





J. Thornhill Eques pinx. G. Vander Gucht Sculp.

PLUTARCHI
CHÆRONENSIS
VITÆ PARALLELÆ,
CUM SINGULIS ALIQUOT.
GRÆCE ET LATINE.

ADDUNTUR

Variantes Lectiones ex MSS. Codd. Veteres & Novæ,
Doctorum Virorum Notæ & Emendationes,
Et INDICES accuratissimi.

RECENSUIT
AUGUSTINUS BRYANUS.

LONDINI,
Ex Officinâ JACOBI TONSON & JOHANNIS WATTS.
M DCC XXIX.

SERENISSIMO CELSISSIMOQUE

FREDERICO

WALLIARUM PRINCIPI

PLUTARCHI VITAS


INSIGNIUM VIRORUM PARALLELAS

CELSITUDINIS EJUS REGIÆ

HUMILLIMUS ET DEVOTISSIMUS SERVUS

EDITOR

D. D. D.



MOSES DU SOUL

LECTORI. S.



RODIT tandem in lucem elegans Vitarum Plutarchi Editio nova; formâ, mole non incommodâ; characteribus, vel seni conspicuis; cultuque reliquo splendido, insignis: quam adornarunt, Viri de bonis literis bene merentes, Jac. Tonson & Joh. Watts; curavit autem & recensuit Vir Doctissimus AUGUSTINUS BRYANUS, *operi jam affecto immortuus.*

In qua quid præstitum sit, cum ab Editore ipso, qui operæ in ea elaboranda positæ, modum, rationes, consilium, atque inde reditura ad omnes commoda, aperire & enarrare maxime erat idoneus, audire non liceat; a nobis accipe, qui quod infectum ab eo relictum est, quam accommodatissime ad ejus mentem potuimus, supplevimus.

I. Græca Plutarchi *habes, iisdem plerumque verbis cum iis quæ in Editione Parisiensi* A. MDCXXIV. *extant. Interdum tamen ab ea recessit Clar. Editor. Utinam sæpius! quotiesque ex ipsius & aliorum Notis & Emendationibus tuto & necessario, aliter quam in vulgata legitur, scribendum fuisse, patet; sive id ex aliarum Editionum, MSS. ve Codicum, auctoritate constet; sive ex certis & indubitatis rationibus, a Viris Doctis prolatis demonstratum sit! Quanto enim cum fructu, quanta cum voluptate, Scriptores veteres sua lingua nos tanto post intervallo etiamnum alloquentes,*

audire

audire & intelligere nobis licet, cum ab innumeris illis mendis repurgata eorum verba sunt, quæ, tot labentibus seculis, aut Librariorum incuria allevit, aut sciolorum pejor adhuc sedulitas invexit, & ita confirmavit, ut nunc labore non levi opus sit, quo deprehendantur & feliciter in integrum restituantur!

Contulit ea de causa diligentissimus Editor veteres plerasque omnes, alicujus nominis, Editiones: præsertim autem omnium Principem Florentinam; ex qua non paucas Emendationes hausit. Adhibuit etiam MSS. Codicum subsidia; Appianique, & aliorum, ubi opus fuit, collationes; de quibus tertio loco nobis erit dicendum.

Paucissima in Græco hujus Editionis textu operarum errata deprehendes. Corrupta, aut manca, quomodo ex Codd. auctoritate, aut ex Doctorum sententia, suppleri aut emendari debeant, nisi quid aut diligentiam nostram fugerit, aut vires superarit, in Notis videbis.

II. Latina Versio *hic exhibita, ea est quam præfert Parisiensis Editio; nisi quod aliquando ad Græca ab Editore melius est accommodata: quod sero a me intellectum est, Græcis unice intento, nec morem illum Latina cum Græcis edendi admodum probante, quo fit ut tam supine & negligenter a nostri ævi hominibus Græca ipsa legantur. Huic tamen malo aliquatenus in hac consulitur, & aliis aliquot nuperis Græcorum Auctorum in Anglia nostra Editionibus, quod Versio, non in laterali columna, sed in inferiore paginæ parte collocata est, ubi consuli quidem, cum lubitum est, sine molestia, potest, sed non tam proclive est ad eam, statim ac perlecta Græca sunt, decurri.*

III. *Volumini cuique ad calcem, addita sunt quæ ad enarrandum aut emendandum Plutarchi textum maxime facere visa sunt.*

Ac primum quidem locum ibi obtinent, RUALDI Animadversiones; *in quibus, si quid a Plutarcho alicubi gravius est peccatum, Vir doctissimus nos cum eo errare non patitur; sed ex aliis scriptoribus, ea in re accuratioribus, quid verius traditum sit, fuse exponit & enarrat.*

Secundo loco, Variæ Lectiones *exhibentur; non eæ tantum quæ in Parisiensi extabant, sed & Novæ, quotquot ex MSS. Angliæ colligi potuerunt:*

runt: eæque non, ut absurde in Parisiensi factum est, ad incertas alterius Editionis lineas concinnatæ, quo fit ut summa cum molestia consulantur; sed ad hujus ipsius Londinensis lineas, annotato accurate cujusque initio; quo certò jam, & minus laboriose, uti, si lubeat, possis. Data quidem est sedulo a Cl. Editore, in duobus prioribus Voluminibus opera, & a me in tribus posterioribus, ut nonnisi raro admodum eo jam labore tibi opus sit: cum in Notis ubique diligenter observatum sit a nobis, quicquid ex iis subsidii ad emaculandum restituendumve Scriptorem nostrum facere nobis visum est. Sed, uti nos eorum industriæ qui præcesserant aliquid addidisse confidimus, ita æquum est ut posteriores etiam, si quid nos fugerit, unde sua stabiliant, in promptu habeant.

Codicum autem, ex quibus Variæ illæ Lectiones desumptæ sunt, VII. *tantum nominantur. Duo priores, ex quibus Parisienses conflatæ;* Vulcobianus, & Anonymus. *Quorum prior, nihil nisi ipsius Codicis scripturam habet: posterior, multorum, ut Cl. Editori & mihi videtur, collationes exhibet; aliquando etiam, Doctorum virorum, non admodum veterum, Emendationes & conjecturas. De* Mureti Annotationibus *idem dictum puta; quæ cum serius ad Editorem pervenerint, in Notis tantum reperientur: in quibus etiam alii aliquot Codices a Stephano, Dacerio & Editore ipso interdum adducuntur, de quibus cum qui iis usi sunt Viri docti Lectorem obiter tantum moneant, quid dicam non habeo.*

Novi Codices Oxonienses, ex quibus accessio non spernenda nunc primum conflata est, quinque sunt. De quibus ita Editor ipse.

" Primus, Baroccianus, *Liber MS. in Folio, pulcherrimus, Num.* 226.
" *sic incipit.* Τῆς καθόλου πραγματείας τῶν παραλλήλων τοῦ Πλουτάρ-
" χου, εἰς τρία διῃρημένης βιβλία, ἐνταῦθα ὁ τῆς πρώτης μόνον βίβλου πί-
" ναξ ἔστιν. *Theseus, Romulus; Solon, Publicola; Themistocles, Camil-
" lus; Aristides, Cato; Cimon, Lucullus; Pericles, Fabius Maximus;
" Nicias, Crassus; Alcibiades, Coriolanus; Demosthenes, Cicero. De-
" finit tamen mutilus circa initium Themistoclis.*

" Secundus, *Bibl. Barocc. Num.* 200. *Liber MS. in Fol. continet,
" præter Herodoti pleraque, Plutarchi Theseum, Romulum; Solonem,*

" *Pu-*

" *Publicolam* (*nisi quod hiet circa finem Solonis & initium Publicolæ*);
" *& desinit mutilus circa initium Themistoclis. Sub hoc titulo citat Catalogus MSS.* Vitarum pars, manu Andreæ Doni. *Mihi quidem videtur ejusdem manus esse cum Codice Primo. Characteres nempe plane congruunt; eædemque glossæ, notæque marginales, adscribuntur. In Solone notantur hæc sub paginam.* Γράφοντος μὲν τὴν παροῦσαν βίβλον, καὶ φθάσαντος ἐνταῦθα, γέγονεν ἔκλειψις σελήνης, οὔσης τετάρτης καὶ δεκαταίης. ἐν ἔτει αῳ φῳ ιεῳ τῇ κεῃ τοῦ Ἰουλλ. ἡμέρα δʹ, ὥρα πρώτη τῆς νυκτός.

" **Tertius.** *Bibl. Barocc. Num.* 137. *Lib. MS. in Quarto. Chartaceus (uti reliqui) charactere minutiori & ineleganti. Continet Vitas* XVIII. *& Tres Libros Arriani de Expeditione Alexandri.*

" **Quartus.** *Bibl. Barocc. Num.* 114. *Lib. MS. Chart. in Quarto. Manu recenti valde & minuta. Continet Sertorium & Eumenem; (sed hunc imperfectum) cum plurimis Herodoti.*

" **Quintus** *denique. Bibl. Laud. Lib. MS. in Folio. Chartaceus. Manu elegantiore, sed recenti. Continet Othonem & Galbam, binosque Gracchos.*

Horum Codicum, quatuor priores ab ipso Editore cum Stephaniana Editione Collati fuere. Quintum cum Parisiensi contulit —— Wise *junior, Collegii S. Trinit. Oxon. uti ex Schedis Cl. Editoris colligere est. Mureti Annotationes, ex Codice Vossiano qui in Bibliotheca Leidensi asservatur, descripsit Jac. Phil. D'Orville.*

Tertio loco, ad calcem cujusque Voluminis additæ sunt Notæ & Emendationes *Doctorum virorum; quibus potissimum vera & genuina Plutarchi scriptura asseritur aut postliminio vindicatur. Non Xylandri tantum, Cruserii, & Stephani, quæ jam in Editione Parisiensi prodierant; sed Palmerii & Dacerii, quæ postea editæ sunt. Quibus accessere & Cl. Editoris permultæ. In his loca innumera restituuntur; quædam ex sola meliorum Codicum Scriptura; alia ex aliis ejusdem Scriptoris locis; nonnulla ex reconditiore eruditionis penu, aliorumque Scriptorum libris, magno labore, curaque non vulgari, consultis & excussis.*

Suas

Suas tamen ad finem usque operis Viro Clarissimo perducere non licuit; impressis enim Vitis, una cum Notis quas ad duo priora volumina concinnarat, e vivis die VI. *Aprilis anni præteriti ereptus est, relictis tantum ad paginas Voluminis tertii priores* XVII. *Notis, & in reliqua brevissimis ad oram Stephanianæ, qua utebatur, Editionis, Notulis.*

Conquirere itaque cœperunt Typographi, hujus Operis redemptores, quos dixi, Londinenses, qui eodem consilio quod deerat perficeret; ut quam minimâ Eruditi Orbis jacturâ, edi tandem aliquando diu elaboratum & ante quinquennium inchoatum opus posset. Ad me, ruri in otio literario degentem, ventum est; aliis quidem studiis, longeque diverso Operi intentum; sed huic faventem, ex quo tot Reipublicæ Literariæ, omniumque adeo ordinum hominibus, reditura videbam commoda; cum novas identidem eximii hujusce Plutarchi Operis in vernaculas linguas concinnatum iri Versiones, trium jam seculorum experientia sponderet; ex novisque Emendationibus in hac Editione indicatis, longe præstituras posteriores prioribus, augurari tuto liceret. Accepi itaque provinciam, a Viro gravi & docto in primis oblatam, cui si ipsi rem in se suscipere per graviora negotia licuisset, non sensisset Resp. Literaria detrimenti quicquam Editoris morte ad se hac in Editione pervenisse. Ego vero, re intellecta, publicis commodis hac in parte non deesse, officii mei esse duxi; missisque ad tempus aliis omnibus, totum me huc accinxi.

Perlectis sedulo trium, quæ restabant, Voluminum Vitis; animadversaque in prioribus Editoris ratione; methodoque ejus rite inspecta; tum demum horum etiam Voluminum Notas & Emendationes, aut jam editas a Viris quos dixi doctis, eligere; aut ope Notularum Cl. Editoris contexere; aut denique ex mei ipsius observatione, ubi quid aliorum diligentiam fugisse animadvertebam, novas conscribere, cœpi. Quas Tu nunc, cum cæteris accipe; si non quales ab eo expectari possent qui Operi edendo tantum temporis, cum non mediocri qua pollebat eruditione, insumpserat; at non indignas tamen, uti spero, quæ supplementi vicem obtineant; quamvis raptim, re ita postulante, a me scriptæ sint; ne diutius Editione utilissima careret Resp. Literaria.

LECTORI.

Hæc itaque omnibus Voluminibus communia insunt.

Ultimo vero additus est, Index duplex accuratus: Prior rerum in toto Opere memorabilium, ex Parisiensi quidem Editione desumptus, sed non tenui Editoris labore ad hanc, numeris mutatis, accommodatus: Posterior, Scriptorum a Plutarcho laudatorum.

Primo autem Tomo, præmissa quædam sunt toti Operi inservientia. 1. Chronologia Daceriana, ab Editore Latine versa. 2. De Plutarcho, ex Fabricio aliisque, scitu digna; Catalogusque Vitarum ab eo conscriptarum, a Lampria filio editus. 3. Plutarchi Elogia, ex veteribus præsertim excerpta; quæ in Editione Parisiensi non extant.

Hæc sunt, candide Lector, quæ te scire intererat, ut quid emolumenti afferat hæc Editio intelligas. Quæ si verbis minime fucatis, & ita nude, a nobis exposita sunt; eam scias fuisse Clar. Bryani modestiam, si Viri ingenium ex uno aut altero colloquio & scriptis norim, ut haud aliter ipse dicturus fuerit.

Tuæ partes erunt, si operam bene collocatam senties, memoriam Viri de te bene meriti colere; fruique laboribus. Si autem ex Plutarchi lectione ad Virtutem Prudentiamque, hisce adjutus, profeceris; laboribus hujusmodi faveas æquum est; ut bona ingenia alacrius ad eximios quosque Veteres Scriptores emaculandos & illustrandos excitentur, ex quibus non exigua Bonarum omnium Artium incrementa sperare merito possimus.

Hinc certe miris modis, longeque quam ex Historia melius, Virorum sua fere cujusque ætate præstantissimorum virtutes & vitia intime perspicienda, æternitatique a Plutarcho consecrata, intueri nobis licet. Hic, quid in iis imitandum, quid cavendum fugiendumve, optime, summaque cum voluptate & utilitate, videns; immorando, versando, & sæpius repetendo, efficere potes, ut & te ipse tibi, animum regendo, moresque tuos ad eandem normam conformando, & Reip. utilem per easdem artes præbeas, quas Viri illi Patriæ amantissimi excoluerunt: ambitionem, luxum, pestes reliquas fugias, quæ alios, Resque eorum publicas, pessum dederunt.

Possunt quidem hæc ex vernaculis etiam Versionibus aliquatenus peti; nec invidendum in subsidium indoctorum ejusmodi procurari Versiones quas

legere

legere & intelligere possint. Quin laudandi potius qui in eorum gratiam laborem istum suscipiunt. Sed cavendum sedulo, ne Juvenes, post tot annos in Scholis Academiisque exactos, segniores facti, versionibusque illis contenti, a Scriptorum ipsorum Originalium lectione abstineant: quod, in Græcis præsertim, admitti a nimis multis constat.

Non abs re erit itaque hic paucis, Qui factum sit, inquirere, ut cum tertio ab hoc seculo tot non modo Viri, sed & Fœminæ principes & illustres, fuerint, quæ Græca & intelligerent probè & nocturna versarent manu, versarent diurna; nunc tam pauci inter doctos ipsos reperiantur qui Græcos fontes adeant; &, Quid ei malo mederi possit, circumspicere.

Causas mali hujus Tres præcipuas invenio; quas indicare hic sufficiet, ne longius progrediatur oratio.

I. *Lexicorum, quorum ope addiscenda Lingua Græca est, absurda ratio a Stephano invecta; in quibus ad Themata, seu Radices, referuntur inquirendæ voces; prima hujus mali causa mihi semper visa est: cum danda fuerit opera, ut statim, ordine suo alphabetico posita, vox quæsita inveniri posset. Ut enim molestiam inutilem mittam, quam invehit Thematis primo inventio, variarum deinde sub illo Classium peragratio, antequam ad id quod unice quæritur perveniri possit; quid absurdius excogitari potest, quam ab adolescente, linguæ prorsus, si rudimenta excipias, ignaro, id flagitare, ut, ad quod Thema referenda vox quæque sit, sciat? Sunt quædam, fateor, ita apertæ, ut vel mediocriter in Græcis versatus hærere non possit: at rursus multæ sunt quæ vel doctis ipsis molestiam creent. Redeundum itaque fuit ad veterem, &, ante Stephanum, receptum, Ordinem alphabeticum; quem Constantini Lexicon observat. Cujus ideo novam Editionem non esse procuratam miror, additamentis locupletatam quæ ex Stephani Thesauro aliisque non difficili labore a quovis peti poterant, si nulla ex privato observationum penu accessio in promptu esset.*

II. *Dolendum etiam, quod Lexica nulla extent, quæ, in juniorum saltem gratiam, Græcas voces vernaculis reddant. Absurdum enim est, ope Latinæ Linguæ Græcam ab iis edisci; tum quia Latinam ii nondum satis*

 norunt,

norunt, tum quod ipsi Lexicon scribenti magis familiaris sua est, meliusque perspecta, expressiusque adeo & signantius, si eam vel leviter excoluerit, vim verborum phrasiumque reddere poterit. Qua de re aliquanto fusius in Epistola Gallica dixi, quæ ante aliquot annos in Tomo XI. *libelli prodiit, cui titulus,* Nouvelles Litteraires.

III. *Mos qui per duo fere jam secula obtinuit, quo Latina cum Græcis ad latus posita eduntur, studiosorum segnitiem alit, interque Causas cur Græca jaceant, non numerari tantum, sed locum præcipuum obtinere, merito censendus est. Lectis enim leviter fere Græcis, statim, si hæreant, Latina, quæ ad manum sunt & sub oculis, adeunt; quibus lectis, ulterius inquirere plerique negligunt. Unde fit, ut pravum sæpe, pro vero, sensum accipiant; Interpretisque mentem, pro Scriptoris ipsius sibi obtrudi patiantur; Linguæ certe penetralia nunquam adeant.*

Hæc Impedimenta, donec, rebus mutatis, sublata sint, moresque saniores in Rem literariam invecti, Juvenibus nostris strenuis auctor sim, ut Lexicon sibi Constantini comparent: Græcas Editiones veteres in manus sumant, in quibus Latini nihil est; has cum optimis recentioribus prius a se collatas, notatisque variis lectionibus, sedulo legant: Omnia ipsi per se, quantum possunt ope Lexici, intelligere nitantur: In Margine Lexici quæ molestiam crearunt annotent: Perlectum sic accurate Librum aliquem eximium, repetitis lectionibus sibi familiarem reddant: ad alios tum demum Scriptores, eadem cura, labore certe jam longe leviore, progrediantur. Spondeoque, paucis annis futurum, ut magna cum voluptate, magnoque cum fructu, quoscunque opus fuerit, evolvere & intelligere Libros Græcos possint: qua ex re quid commodi ad eos, quid ad Rempublicam, Ecclesiamve, rediturum sit emolumenti, hujus loci non est enarrare. Vale.

Calendis Maii, Anno M DCC XXVII.



His

L E C T O R I.

HIS scriptis, Cum Bibliopolæ de Codice MS. insigni inaudivissent, qui in Cœnobio Sancti Germani in pratis asservatur, nollentque suam Editionem absque ea Collatione prodire, decimo tandem post mense ad eos pervenit illa Collatio; quam seorsim edendam, & primo volumini post Elogia inserendam totam, ne distrahendo peccarent bibliopegi, curarunt.

Codex ille manuscriptus optimæ notæ, Decimo seculo exaratus a Doctis existimatur; qui ex notis indiciis ætatem scriptorum librorum satis feliciter & tuto assignare solent.

Membranaceus est; eleganti manu scriptus; (eadem quidem, ad Numæ in eo Vitam usque; deinde autem alia, sed ejusdem antiquitatis;) dignissimusque Clar. Editori merito in Schedis visus, qui cum Edito conferretur. Delibatam esse hanc Collationem a Dacerio, in Notis videbis: sed ex integra quam nunc exhibemus, quanti sit pretii melius patebit.

Continet autem (foliis 170.) Vitas Plutarchi XV. sequentes; hoc ordine. 1. Antonii extrema tantum. 2. & 3. Pyrrhum & Marium. 4. Aratum. 5. Artaxerxem. 6. & 7. Agidem & Cleomenem. 8. & 9. Tib. & C. Gracchos. 10. Lycurgum, fine mutilum. 11. Numam, initio imperfectum. 12. Lysandrum. 13. Syllam. 14. Agesilaum. 15. Pompeium.

Nostro autem ordine, ut eo te labore levem, sic.

Lycurgum & Numam; Pyrrhum & Marium; Lysandrum & Syllam; Agesilaum & Pompeium; Agidem, Cleomenem, Tiberium Caiumque Gracchos; Antonii extrema; Artaxerxem; Aratum.

Collationem nos integram, a Viro Docto nobis incognito, dum Coislinianus adhuc Codex audiret, factam, exhibemus; nisi quod inutilia hæc omisimus; 1. Varias Lectiones in ea adnotatas, quibus ansam præbuerant mera typographica menda Editionis Stephanianæ aut Parisiensis, ad quas alternis adornata est: 2. Notas vocum ita evanidarum ut vix legi possent: 3. Scholia marginalia paucula, quæ ipse Collator, dum describeret, levissimi esse momenti observavit.

Reliqua omnia publici juris facienda duximus. Quamvis enim non omnia ejusdem pretii sint; nonnulla etiam aperte mendosa; multa levissima; ne hæc quidem Viris Doctis prorsus inutilia censenda sunt; cum Librariorum solemnes lapsus,

sus, ætatumque variarum consuetudines pravas in scribendis Græcis observare, & in promptu habere, non minima sit felicis Critices instrumenti pars.

Optandum quidem foret, ut qui Varias ejusmodi Lectiones, tanto suo labore, concinnant, probas a mendosis & palam rejiciendis, aut asterisco, aut literulis aliquot, distinguerent. Idque ego, speciminis causa, in his saltem præstare moliebar, quæ in tribus posterioribus Voluminibus extant; sed temporis ratio, ne festinantes operas detinerem, prohibuit. Hoc unum præstiti; cum per se edantur, Quænam harum in prioribus Collationibus eædem aut diversæ reperiantur, Quæque in Notis sint adductæ, aut ex conjectura prærepta, monere curavi, cum ad Varias Lectiones Te aut Notas illic amando. Vale iterum.

Nonis April. M DCC XXVIII.





Hoc Volumine Continentur





CHRONO

PLUT

Ann. Mund.	Ann. ante 1am Olympiadem.
2437.	737.
2547.	627.
2698.	486.
2720.	454.
2768.	40
2847.	32
2880.	29
2894.	2
2908.	2
3045.	
3174.	
3198.	
3201.	
3235.	



CHRONOLOGIA DACERIANA

PLUTARCHI Vitis accommodata.

Ann. Mund.	Ann. ante 1am Olympiadem.		Ann. ante Romam conditam.	Ann. Ante J. C.
2437.	737.	DIluvium, quod Deucalionis vocatur, quia sub regno ejus evenit; nempe 15 seu 16 anno ante exitum Israelitarum ab Ægypto.	761.	1511.
2547.	627.	Minos primus, filius Jovis & Europæ, regnavit Cretæ 110 anno post Diluvium. Fuit Rex justissimus.	651.	1401.
2698.	486.	Minos secundus, filius Lycastes, nepos primi, successit patri. Fuit Tyrannus.	500.	1250.
		THESEUS.		
2720.	454.	Expeditio Argonautarum fuit circiter A. M. 2720. Non dubium est quin Theseus tunc vixerit. Fuit enim cum Jasone, filiusque ejus Demophon ad bellum Trojanum ivit, quod evenit 40 ann. post illam expeditionem.	478.	1228.
2768.	406.	Troja capta. Tunc Jephtha judicabat Israel.	430.	1180.
2847.	327.	Reditus Heraclidarum in Peloponnesum 80 ann. post Trojam captam.	351.	1101.
2880.	294.	Primum bellum Atheniensium contra Spartam, quo Codrus Rex Atheniensium se pro patria devovebat. Saul, primus Rex Israel.	318.	1068.
2894.	288.	Helotæ subacti ab Agide Rege Spartæ.	304.	1055.
2908.	266.	Migratio Ionica, 140 ann. post Trojam captam.	290.	1040.
		LYCURGUS.		
3045.	129.	Vixit tempore Prophetæ Elisæi. Thales Musicus eodem tempore floruit.	153.	904.
3174.	[illegible]	*PRIMA OLYMPIAS.*	25.	774.
		ROMULUS.		
	Ann. Olymp.		Ann. ab Urbe condita.	
3198.	VII. I.	ROma condita anno primo Olymp. septimæ.		
3201.	VII. 4.	Raptus Sabinarum.	4.	747.
3235.	XVI. I.	Mors Romuli.	38.	713.

A. M.	Olymp.		A.U.C.	Ante J. C.
		NUMA.		
3236.	XVI. 3.	REX electus.	39.	712.
3279.	XXVII. 2.	Mortuus.	82.	669.
		SOLON.		
3350.	XLV. 1.	NON dubium est quo tempore Solon floruit, quum vixit sub Pisistrato, qui Athenas domuit Olymp. 50. Solon illo senior fuit 25 seu 30 ann.	153.	598.
		Conjuratio Cylonis.		
3354.	XLVI. 1.	Epimenides adiit Athenas. Septem Sapientes, Æsopus, Anacharsis Scytha.	157.	594.
3356.	XLVI. 3.	Solon, Archon.	159.	592.
		Crœsus, Rex Lydiæ.		
3370.	L. 1.	Pythagoras in Italiam venit.	173.	578.
3391.	LV. 2.	Cyrus, Rex Persiæ.	194.	557.
3401.	LVII. 4.	Crœsus captus.	204.	547.
		VALERIUS PUBLICOLA.		
3442.	LXVIII. 1.	COnsul effectus in locum Collatini.	245.	506.
		Pugna Bruti & Aruntis filii natu majoris Tarquinii. Uterque cæsus.		
3444.	LXVIII. 3.	Publicola ter Consul. Horatius Pulvillus collega ejus dedicat Templum Jovis Capitolini.	247.	504.
		Horatius Cocles Pontem sublicium defendit contra Tuscos.		
3448.	LXIX. 3.	Mors Publicolæ.	251.	500.
3459.	LXXII. 1.	Hoc anno ponitur pugna Marathonia, qua vicit Darium Hystaspis Miltiades Dux Atheniensis. Sed revera duobus annis postea, nempe Ol. 72. 3. ibi præliatum est. Interfuerunt Themistocles & Aristides.	262.	489.
		CORIOLANUS.		
3460.	LXXII. 2.	IN exilium abiit, quod frumentum Sicilia advectum vetuit plebi distribui. Ad Volscos recessit.	263.	488.
3462.	LXXIII. 1.	Nascitur Herodotus.	265.	486.
3463.	LXXIII. 2.	Coriolanus Romam obsidet. Matris & uxoris precibus exoratus recedit. A Volscis obruitur lapidibus.	266.	485.
		ARISTIDES.		
3467.	LXXIV. 2.	ARistides Ostracismo pulsus in exilium, & post tres annos revocatus.	270.	481.

A. M.	Olymp.		A. U. C.	Ante J. C.
		THEMISTOCLES.		
3470.	LXXV. I.	Pugna Salaminia, qua victus Xerxes a Themistocle, Duce Athenienſium, & Eurybiade, Duce Lacedæmoniorum.	273.	478.
3471.	LXXV. 2.	Pugna Platæenſis, qua Mardonius victus ab Ariſtide & Pauſania.	274.	477.
3474.	LXXVI. I.	Naſcitur Thucydides.	277.	474.
3479.	LXXVII. 2.	Themiſtocles Oſtraciſmo pulſus.	282.	469.
		CIMON,		
3480.	LXXVII. 3.	Filius Miltiadis, paulo junior Themiſtocle, vixit eodem tempore. In Aſiam legatus Perſas terra marique vicit.	283.	468.
3481.	LXXVII. 4.	Socrates naſcitur. Vixit 71 annos.	284.	467.
3500.	LXXXII. 3.	Cimon moritur. Eodem anno naſcitur Alcibiades. Floruerunt Herodotus & Thucydides. Hic illo unior 12 ſeu 13 ann.	303.	448.
		PERICLES,		
3519.	LXXXVII. 2.	Filius Xantippi, movit bellum Peloponneſiacum, quod vocatur etiam bellum Archidami; quoniam Archidamus tunc Spartæ regnabat. Bellum hoc duravit 27 ann. Pericles tutor fuit Alcibiadis. Juvenis admodum fuit, quum Decemviri Solonis leges Athenis petebant.	322.	429.
3521.	LXXXVII. 4.	Moritur Pericles.	324.	427.
3522.	LXXXVIII. I.	Naſcitur Plato.	325.	426.
		Xerxes ab Artabano interfectus.		
		NICIAS.		
3535.	XCI. 2.	Athenienſes bellum in Sicilia ſuſcipiunt ſuadente Alcibiade, cui fruſtra ſe oppoſuit Nicias.	338.	413.
3537.	XCI. 4.	Nicias in Sicilia victus, captus & morte multatus.	340.	411.
		ALCIBIADES.		
3538.	XCII. I.	Junior fuit Nicia, quocum diu in Repub. contendit. Spartam conceſſit anno quo bellum auſpicati ſunt in Sicilia. Inde de vitæ periculo certior factus ad Tiſaphernem Darii Præfectum confugit.	341.	410.
3539.	XCII. 2.	Dionyſius ſenior tyrannidem Syracuſarum occupat.	342.	409.

A. M.	Olymp.		A. U. C.	Ante J. C.
		LYSANDER		
3545.	XCIII. 4.	Bellum Peloponnesiacum finiit, quum 27 ann. duraverat. Triginta Tyrannos Athenis constituit. Xenophon floruit eodem tempore cum Thucydide, licet ætate inferior. Historiam auspicatur unde Thucydides suam concludit. Sic isti tres Historici se invicem sequuntur, totamque Græcam Historiam complectuntur.	348.	403.
3546.	XCIV. 1.	Alcibiades mandato Pharnabazi occisus.	349.	402.
		ARTAXERXES Mnemon.		
3549.	XCIV. 4.	Filius Darii, & frater Cyri junioris. Regnare cœpit quando Lysander Athenis potitus est. Insigni prœlio Cyrum fratrem vicit.	352.	399.
3550.	XCV. 1.	Socrates moritur.	353.	398.
		AGESILAUS.		
3553.	XCV. 4.	Junior Lysandro, qui illum deperibat. Spartæ regnavit post mortem fratris Agidis.	356.	395.
3554.	XCVI. 1.	Lysander in Hellespontum missus ab Agesilao.	357.	394.
3555.	XCVI. 2.	Agesilaus Equitatum Persarum fudit. Lysander diem obiit.	358.	393.
3561.	XCVII. 4.	Romani apud Alliam fusi.	364.	387.
		CAMILLUS.		
3562.	XCVIII. 1.	Ardeam recedit.	365.	386.
3566.	XCIX. 1.	Nascitur Aristoteles.	369.	382.
3569.	XCIX. 4.	Nascitur Demosthenes.	372.	379.
3574.	CI. 1.	Chabrias Lacedæmonios fudit.	377.	374.
3579.	CII. 2.	Pax inter Athenienses & Lacedæmonios. Eodem anno insignis pugna Leuctrica, qua Lacedæmonii sub Cleombroto a Thebanis sub Epaminonda victi. Cleombrotus ibi occubuit.	382.	369.
		PELOPIDAS.		
3580.	CII. 3.	Dux Thebanus, præfuit Sacræ Turmæ prœlio ad Leuctram.	383.	368.
3582.	CIII. 1.	Dionysius senior, Siciliæ Tyrannus, moritur. Succedit filius ejus, Dionysius Junior.	385.	366.
3584.	CIII. 3.	Isocrates floruit, ætate Platonis multo inferior.	387.	364.
		TIMOLEON.		
3585.	CIII. 4.	Occidit fratrem Timophanem, qui tyrannidem Corinthi affectabat.	388.	363.


A. M.	Olymp.		A. U. C.	Ante J. C.
3586.	CIV. 1.	Pelopidas Alexandrum Pheræum in Thessalia fudit. Ipse tamen in prœlio cecidit.	389.	362.
3587.	CIV. 2.	Celebris ad Mantineam pugna, qua vicit Epaminondas, a filio Xenophontis Historici cæsus.	390.	361.
3588.	CIV. 3.	Mors Camilli.	391.	360.
3589.	CIV. 4.	Mors Artaxerxis, eodemque anno Agesilai.	392.	359.
		DION.		
3593.	CV. 4.	Dionysium Tyrannum Sicilia expellit.	396.	355.
3594.	CVI. 1.	Nascitur Alexander Magnus.	397.	354.
3596.	CVI. 3.	Dion a Callippo interficitur.	399.	352.
		DEMOSTHENES.		
3598.	CVII. 1.	Incipit perorare contra Philippum.	401.	350.
3602.	CVIII. 1.	Mors Platonis.	405.	346.
3605.	CVIII. 4.	Timoleon in Siciliam missus ad opitulandum Syracusanis.	408.	343.
3607.	CIX. 2.	Dionysius Junior Corinthum missus.	410.	341.
3609.	CIX. 4.	Nascitur Epicurus.	412.	339.
3610.	CX. 1.	Timoleon magno prœlio Carthaginenses fudit.	413.	338.
3612.	CX. 3.	Insignis ad Chæroneam pugna, qua Athenienses & Thebani a Philippo victi. Alexander filius ejus unum cornu duxit.	415.	336.
3613.	CX. 4.	Mors Timoleontis.	416.	335.
		ALEXANDER MAGNUS.		
3614.	CXI. 1.	Totius Græciæ Dux declaratus contra Persas post obitum patris Philippi.	417.	334.
3616.	CXI. 3.	Pugna ad Granicum.	419.	332.
3619.	CXII. 2.	Pugna ad Arbelam.	422.	329.
3623.	CXIII. 2.	Porus superatus.	426.	325.
3627.	CXIV. 1.	Mors Alexandri.	430.	321.
		PHOCION.		
3632.	CXV. 3.	Ad Polyperchontem fugit, a quo per proditionem Atheniensibus deditus interficitur.	435.	316.
		EUMENES.		
3634.	CXVI. 1.	Inter Alexandri Duces fere primus. Militaverat sub Philippo. Proditione traditus Antigono, & occisus.	437.	314.
		DEMETRIUS,		
3636.	CXVI. 3.	Cognomine Poliorceta, filius Antigoni. Relictus Dux cum exercitu in Syria nondum 22 annos natus.	439.	312.


A. M.	Olymp.		A. U. C.	Ante J. C.
3643.	CXVIII. 2.	Athenæ ab eo liberatæ.	446.	305.
		PYRRHUS,		
3670.	CXXV. 1.	REX Epiri, cum Demetrio vixit. In Italiam transvectus Consulem Lævinum superavit.	473.	278.
3685.	CXXVIII. 4.	Primum bellum Punicum per 24 ann. gestum.	488.	263.
3696.	CXXXI. 3.	Nascitur Philopœmen.	499.	252.
		ARATUS		
3699.	CXXXII. 1.	SIcyonius, liberavit Patriam a tyrannide Nicoclis.	502.	249.
		AGIS & CLEOMENES		
3723.	CXXXVIII. 2.	EOdem tempore cum Arato vixerunt, quippe Aratum vicit Cleomenes.	526.	225.
		PHILOPOEMEN.		
3727.	CXXXIX. 2.	TRiginta annos natus quum Cleomenes Megalopolin cepit. Sub idem tempus vixerunt Hannibal, Marcellus, Fabius Maximus, Scipio Africanus.	530.	221.
3731.	CXL. 2.	Secundum bellum Punicum per 18 annos gestum.	534.	217.
3733.	CXL. 4.	Hannibal ad lacum Thrasymenum Flaminium Consulem vicit.	536.	215.
3734.	CXLI. 1.	Et Varronem & Æmilium Coss. ad Cannas.	537.	214.
3736.	CXLI. 3.	Victus ad Nolam a Marcello.	539.	212.
3738.	CXLII. 1.	Marcellus cepit Syracusas.	541.	210.
3741.	CXLII. 4.	Fabius Maximus Tarentum occupat.	544.	207.
3747.	CXLIV. 2.	Mors Fabii Maximi.	550.	201.
3749.	CXLIV. 4.	Scipio ob devictam Africam triumphat.	552.	199.
		T. QUINTUS FLAMINIUS		
3752.	CXLV. 3.	Consul factus nondum triginta annos natus.	555.	196.
		CATO CENSOR		
		EOdem tempore vixit. Comitatus est enim Fabium Maximum, quum Tarentum cepit, non plus 21 seu 22 ann. natus.		
3754.	CXLVI. 1.	Tota Græcia liberata a T. Q. Flaminio.	557.	194.
3755.	CXLVI. 2.	De Hispania triumphat.	558.	193.
3766.	CXLIX. 1.	Mors Scipionis Africani.	569.	182.
3767.	CXLIX. 2.	Mors Philopœmenis. Eodem anno primum Consul	570.	181.
		ÆMILIUS PAULUS,		
		FIlius Lucii Æmilii ab Hannibale ad Cannas superati.		

A. M.	Olymp.		A. U. C.	Ante J. C
3782.	CLIII. 1.	Secundum Consul Regem Perseum vicit & captivum duxit. Hoc tempore vixit Judas Macabæus. Floruit item Terentius	585.	166.
3790.	CLV. 1.	Mors Pauli Æmilii.	593.	158.
3794.	CLVI. 1.	Nascitur Marius.	597.	154.
3801.	CLVII. 4.	Tertium bellum Punicum per 4 annos gestum. Mors Catonis Censoris.	604.	147.
3804.	CLVIII. 3.	Scipio junior, Pauli Æmilii filius, diruit Carthaginem.	607.	144.
		TIB. & C. GRACCHUS.		
3827.	CLXIV. 2.	Leges Caii Gracchi.	630.	121.
		MARIUS.		
3843.	CLXVIII. 2.	NUmidiam proficiscitur contra Jugurtham. Nascitur Cicero.	646.	105.
3844.	CLXVIII. 3.	Nascitur Pompeius.	647.	104.
3846.	CLXIX. 1.	Marius secundum Consul missus contra Cimbros.	649.	102.
3850.	CLXX. 1.	Nascitur Julius Cæsar sub 6to Consulatu Marii.	653.	98.
		SYLLA.		
3855.	CLXXI. 2.	MIssus post Præturam in Cappadociam.	658.	93.
3862.	CLXXIII. 1.	Romam occupat.	665.	86.
3863.	CLXXIII. 2.	Athenas capit. Eodem anno Marius obiit.	666.	85.
		SERTORIUS.		
3867.	CLXXIV. 2.	MIssus in Hispaniam.	670.	81.
3868.	CLXXIV. 3.	Marius junior a Sylla victus, qui postea Pontium Telesinum sub portas Romæ fudit. Urbem ingressus, fit Dictator, & omnimodam sævitiam exercet.	671.	80.
		MARCUS CRASSUS.		
		PRoscriptionibus Syllanis fit dives. Pompeio senior.		
		POMPEIUS.		
3869.	CLXXIV. 4.	NAtus 25 ann. missus in Africam Domitium vicit.	672.	79.
		CATO UTICENSIS.		
		FUit Pompeio junior: quippe 14 tantum annos habuit quum Sylla summa crudelitate sævviit.		

A. M.	Olymp.		A. U. C.	Ante J. C.
		CICERO.		
3870.	CLXXV. 1.	ROscium defendit, quem Sylla clam opprimere voluit.	673.	78.
3871.	CLXXV. 2.	Sylla Dictaturam abdicat, & insequenti anno moritur.	674.	77.
3874.	CLXXVI. 1.	Pompeius in Hispania contra Sertorium militat.	677.	74.
		LUCULLUS.		
3877.	CLXXVI. 4.	MIssus post Consulatum contra Mithridatem.	680.	71.
3879.	CLXXVII. 2.	Sertorius in Hispania trucidatus. Crassus cum Pompeio Consul.	682.	69.
3881.	CLXXVII. 4.	Tigranes a Lucullo victus.	684.	67.
3887.	CLXXIX. 2.	Mors Mithridatis. Pompeius expugnat Templum Hierosolymitanum. Nascitur Augustus.	690.	61.
		JULIUS CÆSAR.		
3891.	CLXXX. 2.	COnsul cum Bibulo Illyrium obtinet duasque Gallias cum 4 legionibus. Locat filiam Juliam Pompeio.	694.	57.
3897.	CLXXXI. 4.	Crassus a Parthis captus & occisus.	700.	51.
3902.	CLXXXIII. 1.	Cæsar Pompeium ad Pharsaliam superat. Is in Ægyptum fugiens occiditur.	705.	46.
3903.	CLXXXIII. 2.	Cæsar Alexandria potitus Ægyptum subjugat: inde Syriam profectus Pharnacem Ponti Regem vincit.	706.	45.
3904.	CLXXXIII. 3.	Vincit Jubam, Scipionem & Petreium in Africa, & quater triumphat. Cato se interimit.	707.	44.
3905.	CLXXXIII. 4.	Vincit Pompeii filios ad Mundam in Hispania. Cnæus Pompeius prœlio occidit, Sextus in Siciliam fugit. Cæsar quintum agit Triumphum.	708.	43.
		BRUTUS.		
3906.	CLXXXIV. 1.	CÆsar a Bruto & Cassio interficitur.	709.	42.
3907.	CLXXXIV. 2.	Brutus in Macedoniam transit.	710.	41.
		M. ANTONIUS.		
		VIctus ab Augusto ad Mutinam eodem anno. Ad Lepidum confugit. Triumviratus Augusti, Lepidi & Antonii, qui Imperium inter se dividunt.		
3908.	CLXXXIV. 3.	Prœlium ad Philippos, quo Brutus & Cassius ab Augusto & Antonio pulsi sibi manus intulerint.	711.	40.
3909.	CLXXXIV. 4.	Antonius fœdus init cum Sexto Pompeio contra Augustum.	712.	39.

A. M.	Olymp.		A. U. C.	Ante J. C.
3910.	CLXXXV I.	Auguſtus & Antonius amicitiam renovant poſt mortem Fulviæ, uxoris Antonii, qui Octaviam Auguſti ſororem deſponſavit.	713.	38.
3918.	CLXXXVII. I.	Nova occaſio belli inter Auguſtum & Antonium.	721.	30.
3919.	CLXXXVII. 2.	Prœlium Actienſe, quo Antonius ab Auguſto victus cum Cleopatra in Ægyptum confugit.	722.	29.
3920.	CLXXXVII. 3.	Auguſtus potitur Alexandria. Antonius & Cleopatra mortem ſibi conſciſcunt.	723.	28.
		G A L B A.		Ann. poſt J. C.
3947.	CXCIV. 2.	Galba natus eodem anno cum Jeſu Chriſto.	750.	1.
3981.	CCII. 4.	Otho naſcitur.	784.	34.
3982.	CCIII. I.	Galba ſit Conſul.	785.	35.
4018.	CCXI. 4.	Defectio Vindicis. Nero occiditur. Galba Imperator nominatur.	820.	70.
		O T H O		
4019.	CCXII. I.	A Galba deſciſcit, quo occiſo Imperium occupat. Tres poſt menſes a Vitellio victus ſeipſum interficit.	821.	71.





DE
PLUTARCHO,
EX
Fabricii Bibliotheca Græca, aliisque.



PLUTARCHUS e Chæronea Bœotiæ, Philosophus, a Neronis temporibus ad Hadrianum usque claruit; sub quo jam senex constitutus est Procurator Græciæ: Consularibus antea ornamentis auctus a Trajano, quem etiam instituisse sunt qui referunt, & Illyrio præpositus. Præceptorem habuit Ammonium, qui Athenis vita excessit. Hujus Magistri sui & suam ipsius vitam Plutarchum sparsim in scriptis suis exposuisse notat Eunapius in procemio. Sed de Ammonio pleraque nos fugiunt, quia interciderunt Plutarchi multa, & in his liber cui erat titulus Ἀμμώνιος, ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι. De Plutarcho ipso quæ in scriptis ejus superstitibus potuit indagare, non indiligenter collegit *Joannes Rualdus* in erudito libro de Plutarchi

tarchi vita, qui Parisiensi hujus operum Editioni A. 1624. fol. adjungi solet. Videndi præterea Martinus Hanckius libro utroque de Romanarum rerum scriptoribus c. 12. Decius Celer libro de vita Plutarchi Patav. 1617. 8°. & Joannes Jonsius III. 6. de scriptoribus Hist. Philosophicæ, Vossius item libro II. de Hist. Græcis c. 10. & Tillemontius tom. 2. Hist. Imperatorum p. 475. seq. Ut omittam Editores vel Interpretes, Xylandrum, H. Stephanum, Amiotum, & A. Dacerium. Proavus Plutarchi fuit Nicarchus, avus Lamprias: uxor Timoxena, filii Lamprias, Autobulus, Plutarchus & Chæron sive Charon; filia Timoxena, & fortassis Euridyce (secundum Jonsii sententiam) cui & Polliano illius marito Conjugalia præcepta inscripsit. Patris nomen qui apud Chæronenses magistratum gessit, ignoratur: Socer Alexion: fratris vel sororis filii sive nepotes Sextus Chæroneus & Cornelius Fronto, qui M. Antoninum erudiverunt: filius Frontonidis (quæ Frontonis soror) atque adeo Plutarchi pronepos Longinus. Etiam Apuleius e posteris se Plutarchi esse prædicat lib. 1. Metam. Affinitate juncti fuere Craton, Patrocles, Firmus. Amici complures; in his C. Sossius Senecio, apud Trajanum gratiosus, & quater Consul, cui Vitas Parallelas inscripsit & Convivales Quæstiones: & Philosophus Phavorinus multitudinem ejus scriptorum æmulatus. Servum habuit Onesimum, ut e Galeno Viri docti observarunt. Romam iterum, tertioque aut sæpius venisse Plutarchum, antequam ibi consisteret, bene, ut arbitror, colligitur hinc, quod sui secundi vel tertii adventus in urbem expresse ipse alicubi meminit. Quo vero

ro tempore aut Principe, quibusve causis, non satis liquet. Ætas non abnuit ut sub Vespasiano: potuit & sub Vitellio, vel Othone, vel Galba; neque libet definire. Illud magis, neque citius Romam inhabitavisse quam regnaret Vespasianus, siquidem extremo Neronis principatu adhuc agebat in Græcia: neque serius quam Tito imperante, quod Arulenum Rusticum inter auditores Romæ habuerit, qui a Domitiano Titi successore de medio sublatus est. Eo relicta patria primum migravisse Sossii Senecionis hortatu probabile videtur, viri a Plutarcho summa in æstimatione habiti, & magni apud Romanos nominis & auctoritatis. Vel forsan ea spe Romam profectus est, ut in ea terrarum arce, imperiique ac omnis dignitatis domicilio nancisceretur affatim adjumenta maxima iis denique contexendis operibus, quæ animo suo moliebatur, quæque in magnis duntaxat urbibus commode fieri posse ipse docet initio vitæ Demosthenis. Ibi non potuit diu latere adventus ejus apud plurimos viros Græcæ doctrinæ & philosophiæ studiosos: quinetiam tantus eum de rebus philosophicis disserentem frequentavit hominum concursus, ut vix alii rei vacare commode posset: apud quos proculdubio Moralia ista scripta magno cum plausu tunc recitabantur, quæ nos adhuc non minori cum voluptate legimus. Atque hæc, quanta quamque varia eruditione, quam libero candidoque, quam vicissim gravi ac limato judicio, & qua cognitione Philosophiæ, non Sophisticæ illius, sed ad vitam comparatæ instructus fuerit Plutarchus, abunde testantur, quæ complura ætatem tulisse in tanto bonorum Authorum naufragio arbitror multos mecum

cum

cum gaudere. Sectam Philosophorum nullam ita coluit, ut non ex aliis lubenter arriperet, siquid verius meliusque ipsi videretur. Non ferens Stoicorum Paradoxa, sed magis etiam inimicus Epicureorum irreligiositati, in multis rebus Aristotelem sequitur, Platonem in plerisque, & in rebus difficillimis intellectu cum Academicorum Schola non infrequenter cohibet assensum. De Christianorum rebus & dogmatis, cum toties se offerret occasio, nihil scribere maluit, quam vel in ea quæ non satis nosset invehi, vel ea laudare quæ videbat rejici ab omnibus, & displicere Principibus viris. Equidem ex Apostolicorum Librorum lectione profecisse (quod visum Theodorito) vix crediderim: nam licet præclara nonnulla docet de Deo & rebus divinis, & quamvis nonnulla ex ejus scriptis opportune Ethnicis objectarunt idem Theodoritus, Eusebius, & alii veteres Christiani, nihil tamen habet, quod non rationis usus & lectio Platonis & aliorum Philosophorum ipsi potuerit suppeditare. Quemadmodum vero fuerunt qui omnibus veterum scriptis si sit carendum, Plutarcho quam ægerrime carituros se sunt professi, vel si omnes in mare abjiciendi sint, Plutarchum se postremo loco servaturos affirmaverunt, vel qui solum Plutarchum cum duobus vel tribus aliis perfectæ bibliothecæ instruendæ existimarunt sufficere: ita Johannes Metropolita Euchaitensium sub Constantini Monomachi & Comnenorum imperio clarus, testatus est, si cuiquam ex omnibus Ethnicorum sapientibus venia sempiternorum suppliciorum speranda restet, eam nemini magis a Christo expetere se quam Platoni ac Plutarcho. Versus ejus hi sunt:

Εἴπερ

Εἴπερ τινὰς βούλοιο τῶν ἀλλοτρίων
Τῆς σῆς ἀπειλῆς ἐξελέσθαι, Χριστέ μου,
Πλάτωνα καὶ Πλούταρχον ἐξέλοιό μοι.
Ἄμφω γὰρ εἰσὶ τὸν λόγον καὶ τὸν τρόπον
Τοῖς σοῖς νόμοις ἔγγιστα προσπεφυκότες.
Εἰ δ' ἠγνόησαν ὡς Θεὸς σὺ τῶν ὅλων,
Ἐνταῦθα τῆς σῆς χρηστότητος δεῖ μόνον,
Δι' ἣν ἅπαντας δωρεὰν σώζειν θέλεις.

Quos sic utcunque transtuli:

Si quos Averni liberare nexibus
Tibi constitutum est, Christe, non credentium,
Precibus Platonem redde ac Plutarchum meis:
Uterque quorum moribus, sententia,
Accessit ad leges tuas quam proxime.
Quod si Deum esse te Universi pridem eos
Latuit, modo hos nunc experiri gratiam
Concede, qua gratis beare omnes cupis.

Reprehendunt nonnulli in Plutarcho dictionem duriusculam, & quod in antiquitatibus Romanorum non raro lapsus sit linguæ latinæ quam in vita Demosthenis & Catonis Majoris confitetur ignoratione: Græcisque suis nimium tribuat, & nonnulla jam memoriæ errore, jam quod ipsi ita commodum & opportunum videretur, diversis locis diversimode commemoret. Quæ singula etiamsi quis largiatur acerrimis censoribus, excepto eo quod contra historiæ veritatem de industria finxerit nonnulla, quod non temere mihi de eo persuadeo (non magis quam quod in Atheismum propendisse vir quidam doctus (Petrus Molinæus) scripsit, aliis ipsi vicissim ob-

objicientibus ſuperſtitionem & frigidas allegorias) cum longe plura niteant in Plutarchi ſcriptis, nemo ſanus ideo negabit eum lectione eſſe digniſſimum. Tantum optarem ut plura ex præclaris ejus monumentis ſeparatim extarent excuſa in Juvenum uſus, neque voluminum magnitudine fieret, ut Scholis omnibus & Juvenum fere Muſeis exulet Plutarchus, ſolo libello de puerorum inſtitutione, & altero de audiendis poetis fortaſſe pleriſque viſo, qui magno cum fructu haud dubie evolverent libros ejus pleroſque alios, quibus vel ſaluberrima vitæ præcepta, vel multa alia ſcitu digna (ut in Vitis & libris de placitis Philoſophorum) continentur.

Obiiſſe videtur Plutarchus anno quarto vel quinto Hadriani Imp. circa A. C. 120. cum natus eſſet circa decimum Claudii Imp. annum, qui reſpondet anno Chriſti quinquageſimo. Romæ notus eſſe cæpit Veſpaſiano imperante, cum publice diſſertationes ſuas recitaret; ſumma autem & perfecta nominis celebritate fruebatur tum demum ſub Trajano, cum illuſtre opus Vitarum Parallelarum in manus hominum tradidit. Sub idem tempus cum Plutarcho floruerunt in Italia plurimi fama illuſtres ſcriptores, Aſconius Pedianus, Cornutus, Perſius, Lucanus, Seneca, Silius Italicus, Valerius Flaccus, Plinius Junior, Solinus, Martialis, Quintilianus, Juvenalis, aliique. Quorſum vero apud hos omnes de Plutarcho tam altum ſilentium? An hoc malevolentiæ & livori tribuendum? Ægre nempe tulerunt illi, quod vir tanto ingenio præditus ex ignobili iſto Bœotiæ viculo Chæronea prodiret. Quin potius hoc caſui cuidam imputandum eſt, cum & aliis inſignibus Scriptoribus idem contigerit, ut nullum a

con-

contemporaneis famæ suæ testimonium tulerint. Sacerdotio Apollinis Pythii admodum senem functum se testatur libro, An Seni gerenda Respub. Morti vicinus somniavit (ut Artemidorus tradit) in cœlum se ascendere duce Mercurio, & proxima nocte per somnium hoc ipsi quendam interpretantem, & pollicitum fore *felicem*, hoc est, moriturum.

Catalogus scriptorum Parentis sui Plutarchi composuit Lamprias filius teste Suida, composuitque in gratiam amici, ut præfixa Epistola testatur, licet nomen amici excidit. Hujus πίναξ, sive Catalogi parte usus est H. Stephanus in Plutarchi editione: vulgavit eum deinde, sed extrema parte adhuc mutilum, Græce & Latine David Hœschelius nescio e qua Italiæ bibliotheca, Augustæ Vindel. 1597. 4°. Deinde præmissus est editioni Plutarchi Francofurt. 1620. & inde Parisiensi Græcolatinæ 1624. fol. Quoniam vero in aliis editionibus non extat, & brevis est, integrum eum quoad Vitas exhibere volui, apposito iis scriptis quæ interciderunt asterisco.

Λαμπρίας περὶ τῆς ἀναγραφῆς τῶν Πλουτάρχου βιβλίων.

Ἐπιστολή.

Οὐδ' ἄλλοτέ ποτε τῆς γινομένης ἡμῖν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πρὸς ἀλλήλους συνουσίας ἐκλαθόμενος, οὐδὲ τῆς σῆς περὶ παιδείαν καὶ περὶ τοὺς φίλους σπουδῆς καὶ προθυμίας· Καὶ νῦν εὐθέως, δεξάμενός σου τὴν ἐπιστολὴν, ἐγνώρισα τοὔνομα. καὶ (a) ἡδιαίτατα διετέθην, ἐρρωμένον ἐπιγνούς σε, καὶ ἡμῶν μεμνημένον. καὶ ἡδέως ἐν μέρει πάλιν ἀσπάζομαί σε, καὶ τὴν (b) γραφὴν, ὧν ἠθέλησας τῶν τοῦ πατρὸς βιβλίων ἔπεμψά σοι. ἐρρῶσθαι εὔχομαι.

Epistola.

Neque alias unquam veteris illius, quæ mihi tecum in Asia fuit, familiaritatis oblitus; neque tui erga disciplinas & amicos studii ac propensionis ignarus: redditis mihi litteris tuis, nomen statim agnovi: summa adhæc animi voluptate sum perfusus, quod te valere, nostrique memoriam conservare intelligerem. Saluto itaque te vicissim, & quam patris mei Plutarchi optasti librorum exscriptionem ad te mitto. Vale.

(a) Aliter ἡδαίτερον Ful. Ursin. forte ἡδύτερον. (b) forte ἀναγραφήν.

DE PLUTARCHO.

Πλουτάρχου βιβλίων πίναξ.	Librorum Plutarchi Index.
α'. ΘΗσεὺς ϗ Ῥωμύλος.	1. THeseus & Romulus.
β'. Λυκοῦργος ϗ Νοῦμας.	2. Lycurgus & Numa.
γ'. Θεμιστοκλῆς ϗ Κάμιλλος.	3. Themistocles & Camillus.
δ'. Σόλων ϗ Ποπλικόλας.	4. Solon & Poplicola.
ε'. Περικλῆς ϗ Φάβιος Μάξιμος.	5. Pericles & Fabius Maximus.
ς'. Ἀλκιβιάδης ϗ Μάρκος [c] Κορνήλιος.	6. Alcibiades & M. Coriolanus.
ζ'. Ἐπαμινώνδας ϗ Σκιπίων.	7. Epaminondas & Scipio. *
η'. Φωκίων ϗ Κάτων.	8. Phocio & Cato (minor.)
θ'. Ἆγις ϗ Κλεομένης.	9. Agis & Cleomenes.
ι'. Τιβέριος ϗ Γάϊος Γράκχοι.	10. Tiberius & Caius Gracchi.
ια'. Τιμολέων ϗ Παῦλος Αἰμίλιος.	11. Timoleon & Æmilius Paulus.
ιβ'. Εὐμένης ϗ Σερτώριος.	12. Eumenes & Sertorius.
ιγ'. Ἀριστείδης ϗ Κάτων.	13. Aristides & Cato (major.)
ιδ'. Πελοπίδης ϗ Μάρκελλος.	14. Pelopidas & Marcellus.
ιε'. Λύσανδρος ϗ Σύλλας.	15. Lysander & Sulla.
ις'. Πύῤῥος ϗ Μάριος.	16. Pyrrhus & Marius.
ιζ'. Φιλοποίμην ϗ Τίτος.	17. Philopœmen & Titus.
ιη'. Νικίας ϗ Κράσσος.	18. Nicias & Crassus.
ιθ'. Κίμων ϗ Λεύκελλος.	19. Cimon & Lucullus.
κ'. Δίων ϗ Βροῦτος.]	20. Dion & M. Brutus.
κα'. Ἀγησίλαος ϗ Πομπήϊος.	21. Agesilaus & Pompeius.
κβ'. Ἀλέξανδρος ϗ Καῖσαρ.	22. Alexander & Cæsar.
κγ'. Δημοσθένης ϗ Κικέρων.	23. Demosthenes & Cicero.
κδ'. Ἄρατος ϗ Ἀρτοξέρξης.	24. Aratus & Artaxerxes.
κε'. Δημήτριος ϗ Ἀντώνιος.	25. Demetrius & Antonius.
κς'. Αὐγούστου βίος.	26. Augusti Cæsaris Vita. *
κζ'. Τιβέριος.	27. Tiberius. *
κη'. Σκιπίων Ἀφρικανός.	28. Scipio Africanus. *
κθ'. Κλαύδιος.	29. Claudius. *
λ'. Νέρωνος βίος.	30. Neronis vita. *
λα'. Γάϊος Καῖσαρ.	31. Caius Cæsar. *
λβ'. Γάλβας ϗ Ὄθων.	32. Galba & Otho.
λγ'. Βιτέλλιος.	33. Vitellius. *
λδ'. Ἡρακλέους βίος.	34. Herculis vita. *
λε'. Ἡσιόδου.	35. Hesiodi * (Vitæ)
λς'. Πινδάρου.	36. Pindari * (Vitæ)
λζ'. Κράτητος ϗ [d] Δαΐφαντος.	37. Cratetis & Daiphanti (Vitæ)
λη'. Ἀριστομένους.	38. Aristomenis (Vitæ)
λθ'. [e] Ἀράτου.	39. Arati (Vitæ)
μ'. Βίος τῶν δέκα Ῥητόρων.	40. Decem Oratorum (Vitæ)

(c) Κοριολάνος. (d) aliter Δαΐφαντος. (e) forte delendum.



DE PLUTARCHO ELOGIA.

Taurus, apud Gellium lib. I. *cap.* XXVI.

Quid Plutarchus noſter, vir doctiſſimus ac prudentiſſimus ſenſerit, non abs re eſt, ut id audias.

A. Gellius lib. IV. *cap.* XI.

Plutarchus homo in Diſciplinis gravi autoritate.

Origines lib. V. ſub finem, contra Celſum.

Παράδοξα δὲ πράγματα τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφαίνεσθαί ποτε, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἱστόρησαν οὐ μόνον οἱ ὑπονοηθέντες ἂν ὡς μυθοποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἷον πολὺ ἐπιδειξάμενοι γνησίως φιλοσοφεῖν, καὶ φιλαλήθως ἐκτίθεσθαι τὰ εἰς αὐτοὺς φθάσαντα. τοιαῦτα δὲ ἀνέγνωμεν παρά τισι τῶν νεωτέρων, καὶ χθὲς καὶ πρώην γεγενημένων, ὥσπερ παρὰ τῷ Χαιρωνεῖ Πλουτάρχῳ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς.

Euſebius Præparationis libro III. ſtatim initio.

Ἐμοὶ δὲ ἐξαρκεῖ τὰς ἀποδείξεις ἀπὸ τῶν μάλιστα διαφανῶν, καὶ πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις γνωρίμων, κλέος τε οὐ μικρὸν φιλοσοφίας παρ' Ἕλλησιν ἀπενηνεγμένων, παραχεῖν. ὧν πρῶτον λαβὼν, ἀνάγνωθι τοῦ Χαιρωνέως Πλουτάρχου, &c.

Himerius Sophiſta Ethnicus, Bithynus, in funebri laudatione, quam in filium Rufinum habuit.

Θρηνῶ νῦν ὃν δεινότερον ἤλπισα Μινουκιανοῦ φθέγξασθαι, σεμνότερον δὲ Νικαγόρου, Πλουτάρχου δὲ εὐγλωττότερον, Μουσωνίου δὲ φιλοσοφώτερον, Σέξτου καρτερικώτερον, πάντων δὲ ὁμοῦ τῶν προγόνων λαμπρότερόν τε καὶ κρείττονα.

DE PLUTARCHO

Eunapius Sardianus in præfatione libri de Vitis Sophistarum & Philosophorum.

Πλούταρχος ὁ θειότατος.

Idem ibidem mox.

Πλούταρχός τε αὐτὸς ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης Ἀφροδίτη καὶ λύρα.

Ibidem post paulo.

Τούτων δὲ σαφεῖς μὲν καὶ ἀκριβεῖς οὐκ ἦν ἀνευρεῖν τοὺς βίους, ἅτε μηδενὸς ἐγγεγραφότος, ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι, ἱκανοὶ δὲ αὐτῶν ἦσάν τε καὶ εἰσὶ βίοι τὰ γράμματα τοσαύτης ἀνάμεσα παιδείας καὶ θεωρίας, εἴς τε ἠθικὴν ἀρετὴν, καὶ ὅση πρὸς τὴν τῶν ὄντων διήρατο καὶ ἀνέβλεψε φύσιν, τὴν ἄγνοιαν τῶν δυναμένων ἀκολουθεῖν, ὡς ἀχλύν τινα σκεδάσασα. αὐτίκα οὖν ὁ θεσπέσιος Πλούταρχος, τόν τε ἑαυτοῦ βίον ἀναγράφει τοῖς βιβλίοις ἐνδιεσπαρμένως, καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου.

Cyrillus Alexandriæ Archiepiscopus, libro I. contra Julianum.

Γεγράφασι δὲ περὶ τούτων, Πλούταρχός τε καὶ ἕτεροι τῶν παρ' αὐτοῖς (Ἕλλησι) λογάδων.

Idem libro II. adversus eundem.

Ἔφη γάρ που περὶ αὐτῶν ἰσχνὸς ὢν ἄγαν ὁ Πλούταρχος ἐν πρώτῳ βιβλίῳ Φυσικῶν δογμάτων Συναγωγῆς.

Theodoretus Cyri Syriæ Episcopus, lib. X. qui est De Oraculis.

Μαρτυρεῖ δὲ διαρρήδην καὶ Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεύς, ἀνὴρ οὐχ Ἑβραῖος, ἀλλ' Ἕλλην καὶ τὸ γένος, καὶ τὴν γλῶτταν, καὶ μέντοι καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς δόξαις δεδουλωμένος, καὶ τὸν τῶν χρηστηρίων ἀκριβῶς ἐπιστάμενος πλάνον. οὗτος πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ξυνέγραψε. Πολυμαθὴς γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ μάλα πολύπειρος.

Ibidem.

Ταῦτα οὐ προφήτης ἡμέτερος, οὐδ' ἀπόστολος εἴρηκεν, οὐδέ τις ἄλλος τῶν ἐκείνοις πεπιστευκότων, καὶ τὰ ἐκείνων δοξάζειν ἐσπουδακότων, ἀλλ'

ἀνὴρ

ἀνὴρ πᾶσαν μὲν ἠσκημένος παιδείαν, τῇ δὲ παλαιᾷ τῶν φιλοσόφων ἐξαπάτῃ δουλεύων οὕτως ἔφη.

Suidas.

Πλούταρχος Χαιρωνεὺς τῆς Βοιωτίας, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Τραϊανοῦ Καίσαρος χρόνων, καὶ ἔτι πρόσθεν. μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας, προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι. ἔγραψε δὲ πολλά.

Agathias Smyrnæus Scholasticus.

Σεῖο πολυκλήεντα τύπον στῆσαντο Χερωνεῦ
Πλούταρχε, κρατερῶν υἷες Αὐσονίων.
Ὅττι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίστους
Ῥώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις,
Ἀλλὰ τεοῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλον
Οὐδὲ σύ γ' ἂν γράψαις· οὐ γὰρ ὅμοιον ἔχεις.

Photius Patriarcha Constantinopolitanus in Myriobiblo sive Bibliotheca, Cod. CCLV.

Ἀνεγνώσθησαν ἐκ τῶν Πλουτάρχου Παραλλήλων διάφοροι λόγοι, ὧν ἡ ἔκδοσις κατὰ σύνοψιν ἐκλέγεται διάφορον χρηστομαθίαν.

Joan. Xiphilinus Trapezuntius, Patriarcha Constantinopolitanus, Epitomes lib. XLIV.

Ἐπεὶ δ' οὖν καθῆκεν ὁ χρόνος τοῦ τρίτου δασμοῦ, καὶ παρέχειν ἔδει τοὺς πατέρας ἐπὶ τὸν κλῆρον οἷς ἦσαν ἠΐθεοι παῖδες, αὖθις ἀνεφύοντο τῷ Αἰγεῖ διαβολαὶ πρὸς τοὺς πολίτας, ὀδυρομένους καὶ ἀγανακτοῦντας ὅτι πάντων αἴτιος ὢν ἐκεῖνος, οὐδὲν μέρος μετέχει τῆς κολάσεως μόνος, ἀλλ' ἐπὶ νόθῳ καὶ ξένῳ παιδὶ τὴν ἀρχὴν πεποιημένος, αὐτοὺς περιορᾷ γνησίων ἐρήμους καὶ ἄπαιδας ἀπολειπομένους. ταῦτ' ἠνία τὸν Θησέα, καὶ δικαιῶν μὴ ἀμελεῖν, ἀλλὰ κοινωνεῖν τῆς τύχης τοῖς πολίταις, ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἄνευ κλήρου προσελθών. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις τό, τε φρόνημα θαυμαστὸν ἐφάνη, καὶ τὸ δημοτικὸν ἠγάπησαν· ὁ δὲ Αἰγεὺς, ἐπεὶ δεόμενος καὶ καθικετεύων ἀμετάπειστον ἑώρα καὶ ἀμετάτρεπτον, ἀπεκλήρωσε τοὺς ἄλλους παῖδας. Ἑλλάνικος δέ φησιν οὐ τοὺς λαχόντας ἀπὸ κλήρου καὶ τὰς λαχούσας ἐκπέμπειν τὴν πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐκλέγεσθαι, καὶ τὸν Θησέα πάντων ἐλέσθαι πρῶτον ἐπὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν· ὡρισμένον δ' εἶναι, τὴν μὲν ναῦν Ἀθηναίους παρέχειν, ἐμβάντας δὲ πλεῖν σὺν αὐτῷ τοὺς ἠϊθέους, μηδὲν ὅπλον ἀρήϊον ἐπιφερομένους· ἀπολομένου δὲ τοῦ Μινωταύρου, πέρας ἔχειν τὴν ποινήν. πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο· διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προδήλῳ, τὴν ναῦν ἔπεμπον. τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαρρύνοντος καὶ με-

ſcena macula ut trucem & ferum aſperſere: quamvis Minoa ferant regem & legiſlatorem, judicem Rhadamanthum fuiſſe, & juris ab eo ſanciti cuſtodem.

Ut ergo tempus tertii tributi adfuit, & vocandi in ſortem erant patres, qui impuberes liberos habebant, recruduerunt denuo querelæ in Ægeum, civium lugentium atque indignantium illum totius mali authorem ſolum non participem eſſe pœnarum: ſed qui regnum in nothum tranſtuliſſet & hoſpitem filium, ipſos pateretur in juſtorum ſolitudine liberorum & orbitate relinqui. Angebant hæc Theſeum, qui ut æquum bonum agnoſceret & in conſortium veniret fortunæ publicæ, ſemetipſum obtulit, extra ſortem ſe adjungens. Ac cæteri quidem ſpiritus ejus obſtupuerunt & commendaverunt civilitatem. Ægeus vero cum precibus & obſecrationibus urgens immotum videret & inflexibilem, reliquos pueros ſorte duxit. Hellanicus refert non ſorte ductos pueros puellaſque civitatem miſiſſe, ſed Minoa delegiſſe præſentem, ac Theſeum omnium cepiſſe primum præfinita lege: Præfinitum autem fuiſſe, ut navem præberent Athenienſes, & impoſiti impuberes nulla ſecum ferentes arma bellica cum illo navigarent, ſublatoque Minotauro finem fore pœnæ. Ac prius quidem nulla ſpes ſuberat ſalutis. Hinc navem cum atro velo ut in certam perniciem mittebant. Tunc vero cum parentem Theſeus confirmaret, & domiturum ſe-

μεγαληγορεῖσθαι ὡς χειρώσεται τὸν Μινώταυρον, ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ, κελεύσας ὑποστρέφοντα σωζομένου τοῦ Θησέως ἐπάρασθαι τὸ λευκόν· εἰ δὲ μή, τῷ μέλανι πλεῖν, καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος. ὁ δὲ Σιμωνίδης οὐ λευκὸν φησὶν εἶναι τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ φοινίκεον ἱστίον ὑγρῷ πεφυρμένον πρινὸς ἄνθει ἐριθάλλου· καὶ τοῦτο τῆς σωτηρίας αὐτῶν ποιήσασθαι σημεῖον. ἐκυβέρνα δὲ τὴν ναῦν Ἀμαρσυάδας Φέρεκλος, ὥς φησι Σιμωνίδης· Φιλόχορος δὲ παρὰ Σκίρου φησὶν ἐκ Σαλαμῖνος τὸν Θησέα λαβεῖν κυβερνήτην μὲν, Ναυσίθεον, πρωρέα δὲ, Φαίακα, μηδέπω τότε τῶν Ἀθηναίων προσεχόντων τῇ θαλάσσῃ· καὶ γὰρ εἶναι τῶν ἠιθέων ἕνα Μενέσθην Σκίρου θυγατριδοῦν. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις ἡρῷα Ναυσιθέου καὶ Φαίακος, εἱσαμένου Θησέως Φαληροῖ πρὸς τῷ τοῦ Σκίρωνος ἱερῷ, καὶ τὴν ἑορτὴν τὰ κυβερνήσια φησὶν ἐκείνοις τελεῖσθαι.

Γενομένου δὲ τοῦ κλήρου, παραλαβὼν τοὺς λαχόντας ὁ Θησεὺς ἐκ τοῦ πρυτανείου, καὶ παρελθὼν εἰς Δελφίνιον, ἔθηκεν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἱκετηρίαν. ἦν δὲ κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας ἐρίῳ λευκῷ κατεστεμμένος. εὐξάμενος δὲ κατέβαινεν ἕκτῃ μηνὸς ἐπὶ θάλασσαν ἱσταμένου Μουνυχιῶνος, ᾗ καὶ νῦν ἔτι τὰς κόρας πέμπουσιν ἱλασομένας εἰς Δελφίνιον. λέγεται δὲ αὐτῷ τὸν μὲν ἐν Δελφοῖς ἀνελεῖν Θεὸν, Ἀφροδίτην καθηγεμόνα ποιεῖσθαι καὶ παρακαλεῖν συνέμπορον· θύοντι δὲ πρὸς θαλάσσῃ τὴν αἶγα θήλειαν οὖσαν, αὐτομάτως τράγον γενέσθαι· διὸ καὶ καλεῖσθαι τὴν Θεὸν Ἐπιτραγίαν.

Ἐπεὶ δὲ κατέπλευσεν εἰς Κρήτην, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ γράφουσι καὶ ᾄδουσι, παρὰ

se jactaret Minotaurum: aliud velum gubernatori Ægeus candidum dedit cum præcepto, ut in reditu sospite Theseo attolleret candidum, alias navigaret cum atro & signum cladis ederet. Simonides negat candidum ab Ægeo datum, sed puniceum velum ilicis eximie virescentis flore tinctum liquido: atque id insigne dedisse eorum salutis. Navis gubernator Amarsyadas erat Phereclus, ut refert Simonides. Philochorus ab Sciro ait ex Salamine Theseum gubernatorem Nausitheum accepisse, & Phæacem proræ rectorem, quod nondum Athenienses rem maritimam tractarent: etenim fuisse unum ex impuberibus Menesthea Sciri ex filia nepotem. His astipulantur Nausithoi, & Phæacis posita in Phalero à Theseo apud Scironis fanum monumenta. Ac solennia Cybernesia in honorem horum tradit agi.

Sorte ducta cum accepisset ex Prytaneo Theseus eos quorum nomina exierant, profectus in Delphinium supplicia Apollini pro iis posuit. Ea ramus erant sacræ oleæ candida revinctus lana. Votis nuncupatis sexto die mensis Munychionis, quo die adhuc virgines Delphinium mittunt ad placandos Deos, descendit ad mare. Fama est, Apollinem Delphicum ei mandasse ut ducem Venerem caperet, invocaretque itineris sociam: atque sacrificanti in littore capram subito hircum evasisse, inde Deam hanc Epitragiam nuncupatam.

Postquam Cretam appulit (ut plures scriptores & poetæ tradunt canuntque) accepto ab

παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἐρασθείσης τὸ λίνον λαβών, καὶ διδαχθεὶς ὡς ἔστι τοῦ λαβυρίνθου τοὺς ἑλιγμοὺς διεξελθεῖν, ἀπέκτεινε τὸν Μινώταυρον, καὶ ἀπέπλευσε τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἠιθέους. Φερεκύδης δὲ καὶ τὰ ἐδάφη τῶν Κρητικῶν νεῶν φησὶν ἐκκόψαι τὸν Θησέα, τὴν δίωξιν ἀφαιρούμενον. Δήμων δὲ καὶ τὸν Ταῦρον ἀναιρεθῆναι φησὶ τὸν τοῦ Μίνω στρατηγόν, ἐν τῷ λιμένι διαναυμαχοῦντα τοῦ Θησέως ἐκπλέοντος. ὡς δὲ Φιλόχορος ἱστόρηκε, τὸν ἀγῶνα τοῦ Μίνω συντελοῦντος, ἐπίδοξος ὢν ἅπαντας πάλιν νικήσειν ὁ Ταῦρος ἐφθονεῖτο. καὶ γὰρ ἡ δύναμις αὐτοῦ διὰ τὸν τρόπον ἦν ἐπαχθής, καὶ διαβολὴν εἶχεν ὡς τῇ Πασιφάῃ πλησιάζων. διὸ καὶ τοῦ Θησέως ἀξιοῦντος ἀγωνίσασθαι, συνεχώρησεν ὁ Μίνως. ἔθους δὲ ὄντος ἐν Κρήτῃ θεᾶσθαι καὶ τὰς γυναῖκας, Ἀριάδνη παροῦσα πρός τε τὴν ὄψιν ἐξεπλάγη τοῦ Θησέως, καὶ τὴν ἄθλησιν ἐθαύμασε πάντων κρατήσαντος. ἡσθεὶς δὲ καὶ ὁ Μίνως, μάλιστα τοῦ Ταύρου καταπαλαισθέντος καὶ προπηλακισθέντος, ἀπέδωκε τῷ Θησεῖ τοὺς παῖδας, καὶ ἀνῆκε τῇ πόλει τὸν δασμόν. ἰδίως δέ πως καὶ περιττῶς ὁ Κλείδημος ἀπήγγειλε περὶ τούτων, ἄνωθέν ποθεν ἀρξάμενος· ὅτι δόγμα κοινὸν ἦν Ἑλλήνων μηδεμίαν ἐκπλεῖν τριήρη μηδαμόθεν ἀνδρῶν πέντε πλείονας δεχομένην· τὸν δὲ ἄρχοντα τῆς Ἀργοῦς Ἰάσονα μόνον περιπλεῖν, ἐξείργοντα τῆς θαλάσσης τὰ λῃστήρια. Δαιδάλου δὲ πλοίῳ φυγόντος εἰς Ἀθήνας, Μίνως παρὰ τὰ δόγματα μακραῖς ναυσὶ διώκων, ὑπὸ χειμῶνος εἰς Σικελίαν ἀπηνέχθη, κἀκεῖ κατέστρεψε τὸν βίον. ἐπεὶ δὲ Δευκαλίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ πολεμικῶς ἔχων πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἔπεμψεν ἐκδιδόναι Δαίδαλον αὐτῷ κελεύων,

ab amante Ariadna filo, doctus quemadmodum evolvere se Labyrinthi ambagibus valeret, Minotaurum occidit, solvitque inde, Ariadnam & impuberes secum asportans. Pherecydes funda etiam a Theseo Creticarum navium prodit, ne insequi possent, excisa. Demon quoque interfectum Taurum ait, Minois ducem, contracto cum Theseo, dum enavigabat, in portu prœlio navali. Ut vero Philochorus scriptum reliquit, ludos edente Minoe, Taurus, quod putaretur iterum omnes victurus, invidia flagrabat: Quippe potentia ejus ob mores molesta erat, & crimen ei impingebatur quod consuetudinem haberet cum Pasiphae. Unde quum peteret certamen Theseus, admisit Minos. Solenne quum esset apud Cretenses ut spectaculis interessent fœminæ, præsens conspectu obstupuit Ariadna Thesei, & virtutem in certando admirata est omnes superantis. Lætus Minos quoque victo lucta Tauro contumeliaque affecto, restituit Theseo pueros, & civitati Atheniensi tributum remisit. Peculiari vero modo & diffuse de his Clidemus disseruit, alte repetens, Decretum fuisse Græcorum commune, ne quo navigaret triremis ulla, quæ plus quinque viros caperet, sed solus navis Argus dux circumveheretur Jason ad latrocinia mari summovenda: Quum Dædalus autem navigio perfugisset Athenas, Minoa qui præter decreta persequebatur eum longis navibus, in Siciliam tempestate ejectum, vitæ ibi finem fecisse. Postquam vero filius ejus Deucalion infensus Atheniensibus, per legatos dedi sibi deposcit Dædalum, alio-

λεύων, ἢ τοὺς παῖδας ἀποκτενεῖν ἀπειλῶν οὓς ἔλαβεν ὁμήρους ὁ Μίνως· τούτῳ μὲν ἀπεκρίνατο πράως. ὁ δὲ Θησεὺς, παραιτούμενος ἀνεψιὸν ὄντα Δαίδαλον, κἀκείνῳ κατὰ γένος προσήκοντα, μητρὸς ὄντι Μερόπης τῆς Ἐρεχθέως, αὐτὸς ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο, τὴν μὲν ἐν Θυμαιταδῶν αὐτόθι μακρὰν τῆς ξενικῆς ὁδοῦ, τὴν δὲ διὰ Πιτθέως ἐν Τροιζῆνι, βουλόμενος λανθάνειν. γενομένων δὲ ἑτοίμων, ἐξέπλευσε τόν τε Δαίδαλον ἔχων καὶ φυγάδας ἐκ Κρήτης καθηγεμόνας, οὐδενὸς δὲ προειδότος, ἀλλὰ ναῦς φιλίας οἰομένων τῶν Κρητῶν προσφέρεσθαι, τοῦ λιμένος κρατήσας καὶ ἀποβὰς ἔφθασεν εἰς τὴν Κνωσὸν παρελθὼν, καὶ μάχην ἐν πύλαις τοῦ Λαβυρίνθου συνάψας, ἀπέκτεινε τὸν Δευκαλίωνα καὶ τοὺς δορυφόρους. ἐν δὲ τοῖς πράγμασι τῆς Ἀριάδνης γενομένης, σπεισάμενος πρὸς αὐτὴν, τούς τε ἠϊθέους ἀνέλαβε, καὶ φιλίαν ἐποίησε τοῖς Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Κρῆτας, ὁμόσαντας μηδέποτε πολέμου κατάρξειν.

Πολλοὶ δὲ λόγοι καὶ περὶ τούτων ἔτι λέγονται, καὶ περὶ τῆς Ἀριάδνης, οὐδὲν ὁμολογούμενον ἔχοντες. οἱ μὲν γὰρ ἀπάγξασθαί φασιν αὐτὴν ἀπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως, οἱ δὲ εἰς Νάξον ὑπὸ ναυτῶν κομισθεῖσαν, Ὠνάρῳ τῷ ἱερεῖ τοῦ Διονύσου συνοικεῖν, ἀπολειφθῆναι δὲ τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας·

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

τοῦτο γὰρ τὸ ἔπος ἐκ τῶν Ἡσιόδου Πεισίστρατον ἐξελεῖν φησιν Ἡρέας ὁ Μεγαρεύς· ὥσπερ αὖ πάλιν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου νεκυίαν, τὸ,

Θησέα, Πειρίθοοντε, θεῶν ἀριδείκετα τέκνα,

χαριζόμενον Ἀθηναίοις. ἔνιοι δὲ καὶ τεκεῖν ἐκ Θησέως Ἀριάδνην Οἰνοπίωνα

alioqui quos acceperat obsides Minos pueros interfecturum se denuntians, leniter ei respondisse Theseum, excusantem consobrinum suum esse Dædalum & sanguine junctum, cujus esset mater Erechthei filia Merope: mox ædificare instituisse classem: Hinc inter Thymætadas ibidem procul via publica, hinc per Pittheum Trœzene (quo rem occultam haberet) omnibus comparatis solvisse, Dædalumque & exules Cretenses secum traxisse duces, expectante nemine, sed naves socias arbitrantibus advenire Cretensibus portum occupavisse, & descensione facta contendisse cursu Gnossum, prælioque in porta Labyrinthi conserto, Deucalionem cum satellitibus confecisse: Quum vero regni procurationem suscepisset Ariadne, fœdere cum ea icto, impuberes recepisse, amicitiaque Atheniensibus Cretenses conglutinasse, juratos nunquam iis movere bellum.

Jam vero multæ præterea de his & de Ariadna referuntur fabulæ, quæ nihil habent certi. Alii enim laqueo periisse a Theseo destitutam aiunt, alii Naxum a nautis deportatam, sacerdoti Bacchi Onaro nupsisse: relictam autem a Theseo, quod aliam amaret:

Dirus eum vexabat amor Panopeidis Ægles.

Nam hunc versum ex Hesiodo Pisistratum subduxisse Hereas Megarensis autumat: sic ut contra in Homeri Nekyiam, hunc,

Thesea Pirithoumque illustria pignora divum.

in gratiam Atheniensium infercisse. Alii peperisse quoque ex Theseo Ariadnam OEnopionem

ωνα καὶ Στάφυλον· ὧν καὶ ὁ Χῖος Ἴων ἐστί, περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος λέγων,

Τήν ποτε Θησείδης ἔκτισεν Οἰνοπίων·

ἃ δ' ἐστὶ τῶν εὐφημότατα μυθολογουμένων, πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ στόματος ἔχουσιν· ἴδιον δέ τινα περὶ τούτων λόγον ἐκδέδωκε Παίων ὁ Ἀμαθούσιος. τὸν γὰρ Θησέα φησὶν ὑπὸ χειμῶνος εἰς Κύπρον ἐξενεχθέντα, καὶ τὴν Ἀριάδνην ἔγκυον ἔχοντα, φαύλως δὲ διακειμένην ὑπὸ τοῦ σάλου, καὶ δυσφοροῦσαν ἐκβιβάσαι μόνην· αὐτὸν δὲ τῷ πλοίῳ βοηθοῦντα, πάλιν εἰς τὸ πέλαγος ἀπὸ τῆς γῆς φέρεσθαι. τὰς οὖν ἐγχωρίους γυναῖκας τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβεῖν καὶ περιέπειν ἀθυμοῦσαν ἐπὶ τῇ μονώσει, καὶ γράμματα πλαστὰ προσφέρειν, ὡς τοῦ Θησέως γράφοντος αὐτῇ, καὶ περὶ τὴν ὠδῖνα συμπονεῖν καὶ βοηθεῖν· ἀποθανοῦσαν δὲ θάψαι μὴ τεκοῦσαν. ἐπελθόντα δὲ τὸν Θησέα καὶ περίλυπον γενόμενον, τοῖς μὲν ἐγχωρίοις ἀπολιπεῖν χρήματα, συντάξαντα θύειν τῇ Ἀριάδνῃ· δύο δὲ μικροὺς ἀνδριαντίσκους ἱδρύσασθαι, τὸν μὲν, ἀργυροῦν, τὸν δὲ χαλκοῦν. ἐν δὲ τῇ θυσίᾳ τοῦ Γορπιαίου μηνὸς ἱσταμένου δευτέρα, κατακλινόμενόν τινα τῶν νεανίσκων φθέγγεσθαι, καὶ ποιεῖν ἅπερ ὠδίνουσαι γυναῖκες· καλεῖν δὲ τὸ ἄλσος Ἀμαθουσίους, ἐν ᾧ τὸν τάφον δεικνύουσιν, Ἀριάδνης Ἀφροδίτης. καὶ Ναξίων δέ τινες ἰδίως ἱστοροῦσι δύο Μίνωας γενέσθαι καὶ δύο Ἀριάδνας, ὧν τὴν μὲν Διονύσῳ γαμηθῆναι φασὶν ἐν Νάξῳ, καὶ τοὺς περὶ Στάφυλον τεκεῖν· τὴν δὲ νεωτέραν, ἁρπασθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως, καὶ ἀπολειφθεῖσαν, εἰς Νάξον ἐλθεῖν· καὶ τροφὸν μετ' αὐτῆς ὄνομα Κορκύνην, ἧς

onem & Staphylum, in quibus Chius est Ion, qui de patria sua refert,

Quondam hanc Theseides condidit OEnopion.

Quæ vero in fabulis sunt maxime decantata, omnes pene in ore habent. At librum de his edidit Pæon Amathusius diverso modo scriptum. Nam Theseum ait tempestate Cyprum delatum, quum gravidam secum haberet Ariadnam, maleque ex jactatione affectam & languentem solam exposuisset, ad succurrendum navigio in pelagus rursus a terra ablatum: fœminas autem indigenas excepisse Ariadnam, mœstamque quod relicta esset sola, fovisse, ac literas obtulisse ei fictas, velut a Theseo ad eam missas, adjuvisse etiam & præsto fuisse in partu, atque defunctam non edito partu, funeraße: supervenientem Theseum & dolore confectum indigenis argentum reliquisse, instituisseque ut sacra facerent Ariadnæ. Duo aiunt ei exigua simulacra posuisse, argenteum unum, alterum æneum: In sacris altero die mensis Gorpiæi decumbentem quendam adolescentem voce & gestu fœminas parturientes exprimere: Appellare Amathusios lucum, in quo tumulum ostendunt, Ariadnæ Veneris. Jam vero Naxii quidam aliter atque alii duos Minoas, duasque scribunt fuisse Ariadnas: quarum alteram conjugium tenuisse Bacchi in Naxo, & Staphylum memorant peperisse: minorem raptam a Theseo, desertamque in Naxum delatam, nutricemque una Corcynem nomine, cujus

ἧς δείκνυσθαι τάφον. ἀποθανεῖν δὲ καὶ τὴν Ἀριάδνην αὐτόθι, καὶ τιμὰς ἔχειν οὐχ ὁμοίως τῇ προτέρᾳ. τῇ μὲν γὰρ ἡδομένους καὶ παίζοντας ἑορτάζειν, τὰς δὲ ταύτῃ δρωμένας θυσίας εἶναι πένθει τινὶ καὶ συνότητι μεμιγμένας.

Ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων εἰς Δῆλον κατέσχε, καὶ τῷ Θεῷ θύσας, καὶ ἀναθεὶς τὸ Ἀφροδίσιον ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι, μίμημα τῶν ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένην. καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν, ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον εὐωνύμων ἁπάντων. ποιῆσαι δὲ καὶ ἀγῶνά φασιν αὐτὸν ἐν Δήλῳ, καὶ τοῖς νικῶσι τότε πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φοίνικα δοθῆναι.

Τῇ δὲ Ἀττικῇ προσφερομένων, ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτὸν, ἐκλαθέσθαι δὲ τὸν κυβερνήτην ὑπὸ χαρᾶς, ἐπάρασθαι τὸ ἱστίον ᾧ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι. τὸν δὲ, ἀπογνόντα, ῥῖψαι κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτὸν, καὶ διαφθαρῆναι. καταπλεύσας δὲ ὁ Θησεὺς, ἔθυε μὲν αὐτὸς ἃς ἐκπλέων θυσίας ηὔξατο τοῖς Θεοῖς Φαληροῖ, κήρυκα δὲ ἀπέστειλε τῆς σωτηρίας ἄγγελον εἰς ἄστυ. οὗτος ἐνέτυχεν ὀδυρομένοις τε πολλοῖς τὴν τοῦ βασιλέως τελευτὴν, καὶ χαίρουσιν, ὡς εἰκὸς, ἑτέροις, καὶ φιλοφρονεῖσθαι καὶ στεφανοῦν αὐτὸν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ προθύμοις οὖσι. τοὺς μὲν οὖν στεφάνους δεξάμενος, τὸ κηρύκειον ἀνέστεφεν· ἐπανελθὼν δὲ ἐπὶ θάλασσαν, οὔπω πεποιημένου σπονδὰς τοῦ Θησέως, ἔξω περιέμεινε μὴ βουλόμενος τὴν θυσίαν ταράξαι. γινομένων δὲ τῶν σπονδῶν, ἀπήγγειλε

cujus extare sepulcrum: Ariadnam fuisse illic defunctam, & dispares superiori obtinere honores. Priori enim hilares & ludibundos festum diem celebrare: quæ vero huic agitant sacra, luctu confusa & mœstitia esse.

Solvens ex Creta Delum appulit, ubi rem divinam fecit Apollini, dedicatoque Veneris signo, quod ab Ariadna acceperat, tripudium saltavit cum impuberibus, quod hac etiam memoria ferunt Delios servare: Quod in imitationem anfractuum Labyrinthi, & egressuum ad certos modos variis & involutis peragitur gyris. Hoc genus saltatus dicitur à Deliis (ut memoriæ prodidit Dicæarchus) Grus. Saltavit circum aram Ceratonem, quæ ex cornibus erat omnibus sinistris compacta. Ludos quoque edidisse eum aiunt in Delo, ac victores ab illo tunc primum palmæ ramis donatos.

Quum Atticæ appropinquarent, memoriæ cessisse ei, cessisse item gubernatori ex gaudio, ut velum, quod erat salutem eorum significaturum Ægeo, in altum darent: unde despondentem animum de rupe se illum præcipitavisse & extinctum fuisse. Invectus portum Theseus sacra fecit, quæ Diis, quum solveret, voverat in Phalero, nuntiumque incolumitatis misit in urbem caduceatorem. Hic in multos incidit, regis fatis illacrymantes, & exultantes (ut probabile est) alios, promptosque ad læte eum, quod incolumis adesset, excipiendum & coronis ornandum. Coronas accepit, quibus adornavit caduceum. Regressus ad mare, nondum re divina à Theseo perpetrata, ne sacrificium turbaret, restitit foris. Quo peracto, renun-

γειλε τὴν τοῦ Αἰγέως τελευτήν. οἱ δὲ σὺν κλαυθμῷ καὶ θορύβῳ σπεύδοντες ἀνέβαινον εἰς τὴν πόλιν. ὅθεν καὶ νῦν ἐν τοῖς ὠσχοφορίοις στεφανοῦσθαι μὲν οὐ τὸν κήρυκα λέγουσιν, ἀλλὰ τὸ κηρύκειον· ἐπιφωνεῖν δὲ ταῖς σπονδαῖς ἐλελεῦ, ἰοὺ, ἰοὺ, τοὺς παρόντας. ὧν τὸ μὲν σπεύδοντες ἀναφωνεῖν καὶ παιωνίζοντες εἰώθασι, τὸ δὲ ἐκπλήξεως καὶ ταραχῆς ἐστι. θάψας δὲ τὸν πατέρα, τῷ Ἀπόλλωνι τὴν εὐχὴν ἀπεδίδου τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Πυανεψιῶνος μηνὸς ἱσταμένου· ταύτῃ γὰρ ἀνέβησαν εἰς ἄστυ σωθέντες. ἡ μὲν οὖν ἕψησις τῶν ὀσπρίων λέγεται γίνεσθαι διὰ τὸ σωθέντας αὐτοὺς εἰς ταυτὸ συμμῖξαι τὰ περιόντα τῶν σιτίων, καὶ μίαν χύτραν κοινὴν ἑψήσαντας συνεστιαθῆναι, καὶ συγκαταφαγεῖν ἀλλήλοις. τὴν δὲ εἰρεσιώνην ἐκφέρουσι, κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἀνεστεμμένον, ὥσπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν, παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεων καταργμάτων, διὰ τὸ λῆξαι τὴν ἀφορίαν, ἐπᾴδοντες,

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρειν καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃ.

καίτοι ταῦτα τινὲς ἐπὶ τοῖς Ἡρακλείδαις γίνεσθαι λέγουσιν, οὕτως διατρεφομένοις ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων· οἱ δὲ πλείονες, ὡς προείρηται.

Τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε, καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριακόντορον, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ καὶ συμπηγνύντες, οὕτως ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξόμενον λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τῶν μὲν, ὡς τὸ αὐτὸ, τῶν δὲ, ὡς οὐ τὸ

αὐτὸ

renunciavit Ægei mortem. Ita illi cum gemitu & animo commoto in urbem citato gradu aſcenderunt. Unde nunc quoque in Oſchophoriis coronari non caduceatorem aiunt, ſed caduceum, & acclamare inter libamina præſentes, *Eia, heu, heu:* quorum ſolent illud feſtinantes & ovantes exclamare, hoc conſternationis eſt & trepidationis. Elato patre, Apollini vota reddidit die ſeptimo menſis Pyanepſionis. Eo enim ſoſpites urbem iniere. Ac leguminum elixatio inde orta dicitur, quod incolumes cibariorum reliquias in unum confuderint, unaque coctas communi olla, epulati ſimul inter ſe manducaverint. Eireſionem vero proferunt, oleæ nempe ramum lana obvolutum (quemadmodum tunc erant ſupplicia) variis fructuum primitiis onuſtum, quia deſierat tunc ſterilitas, accinentes,

Eireſione fers ficus & pinguia farra,
Et pateram mellis, cum fructu dulcis olivæ
Fœcundum calicem, ſopiaris ut ebria ſomno.

Quamvis hæc quidam in memoriam facta ferant Heraclidarum, qui ita ab Athenienſibus aliti fuerunt: ſed major pars adſtipulatur ante dictis.

Navigium, quo cum impuberibus navigavit & ſalvus rediit, agebatur remis triginta. Hoc uſque ad Demetrii Phalerei ætatem Athenienſes conſervaverunt, veteri materiæ integram aliam ſufficientes, itaque coagmentantes, ut philoſophis in diſputatione de iis quæ augentur, ambiguitatis exemplum hæc navis præbuerit, quod alii eandem manere, alii non

ean-

αὐτὸ διαμένει λεγόντων. ἄγουσι δὲ καὶ τὴν τῶν ὠσχοφορίων ἑορτὴν, Θησέως καταστήσαντος. οὐ γὰρ ἁπάσας αὐτὸν ἐξαγαγεῖν τὰς λαχούσας τότε παρθένους, ἀλλὰ τῶν συνήθων νεανίσκων δύο θηλυφανεῖς μὲν ὀφθῆναι καὶ νεαροὺς, ἀνδρώδεις δὲ ταῖς ψυχαῖς καὶ προθύμους, λουτροῖς τε θερμοῖς καὶ σκιατροφίαις, καὶ ταῖς περὶ τὴν κόμην καὶ λειότητα καὶ χροιὰν ἀλοιφαῖς καὶ κοσμήσεσιν ὡς ἔστιν ἐξαλλάξαντα κομιδῇ, καὶ διδάξαντα φωνὴν καὶ σχῆμα καὶ βάδισιν ὡς ἔνι μάλιστα παρθένοις ὁμοιοῦσθαι, καὶ μηδὲν φαίνεσθαι διαφέροντας, ἐμβαλεῖν εἰς τὸν τῶν παρθένων ἀριθμὸν, καὶ διαλαθεῖν ἅπαντας· ἐπεὶ δὲ ἐπανῆλθεν, αὐτόν τε πομπεῦσαι καὶ τοὺς νεανίσκους οὕτως ἀμπεχομένους, ὡς νῦν ἀμπέχονται τοὺς ὀσχοὺς φέροντες. φέρουσι δὲ, Διονύσῳ καὶ Ἀριάδνῃ χαριζόμενοι, διὰ τὸν μῦθον· ἢ μᾶλλον, ὅτι συγκομιζομένης ὀπώρας ἐπανῆλθον· αἱ δὲ δειπνοφόροι παραλαμβάνονται, καὶ κοινωνοῦσι τῆς θυσίας, ἀπομιμούμεναι τὰς μητέρας ἐκείνων τῶν λαχόντων, ἐπεφοίτων γὰρ αὐτοῖς ὄψα καὶ σιτία κομίζουσαι, καὶ μῦθοι λέγονται, διὰ τὸ κἀκείνας εὐθυμίας ἕνεκεν καὶ παρηγορίας μύθους διεξιέναι τοῖς παισίν. ταῦτα μὲν οὖν καὶ Δήμων ἱστόρηκεν. ἐξῃρέθη δὲ καὶ τέμενος αὐτῷ, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν παρασχόντων τὸν δασμὸν οἴκων ἔταξεν εἰς θυσίαν αὐτῷ τελεῖν ἀποφοράς. καὶ τῆς θυσίας ἐπεμελοῦντο Φυταλίδαι, Θησέως ἀποδόντος αὐτοῖς ἀμοιβὴν τῆς φιλοξενίας.

Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ

κοινὸν

eandem contenderint. Solenne celebrant Oſchophoriorum ex Theſei inſtituto: neque enim omnes eum ſorte lectas virgines ferunt eduxiſſe, ſed familiares ſibi adoleſcentes duos: quorum, quum muliebri quidem vultu & florente, ſed virilibus forent pectoribus & impigri, thermis, umbratili vita, comæ lævoris colorisque cauſſa unctionibus, atque comptu, impenſe inflexerat & finxerat vocem, geſtum & inceſſum, ut quam maxime virgines repræſentarent, neque uſquam viderentur ab iis diſcrepare: Hos inſeruiſſe in virginum numerum, atque omnes fefelliſſe. Poſtquam redux fuit, & illum & adoleſcentes illos pompam duxiſſe eo quo nunc amiciuntur cultu, qui palmites cum racemis ferunt. Hos ferunt in Bacchi & Ariadnæ honorem, propter fabulam: aut potius quod ea tempeſtate rediiſſent, qua colliguntur fructus. Fæminæ vero, Deipnophoræ dictæ, adſiſtunt & adhibentur ſacrificio, illorumque ſortitorum matres imitantur: portaverunt enim iis obſonia & epulas. Fabulæ autem narrantur, eo quod & illæ leniendi liberos & erigendi cauſa, fabulas iis recenſuerint. Atque hæc Demon quoque prodidit. Delubrum etiam ei erectum eſt, & illis familiis quæ tributum pependerant, impoſuit ut ad ſacrificium inferrent vectigal. Sacrificio Phytalidæ præerant: qua re Theſeus hoſpitalitatem eorum remuneravit.

Ab Ægei exceſſu grande & mirificum opus agitans animo, collegit Atticæ cultores in unam urbem, uniuſque urbis unum reddidit populum, qui tunc erant paſſim ſparſi, & ægre

ad

κοινὸν πάντων συμφέρον. ἔστι δ' ὅτε καὶ διαφερομένους ἀλλήλοις καὶ πολεμοῦντας ἐπιὼν ἀνέπειθε κατὰ δήμους καὶ γένη· τῶν μὲν ἰδιωτῶν καὶ πενήτων ἐνδεχομένων ταχὺ τὴν παράκλησιν αὐτοῦ· τοῖς δὲ δυνατοῖς ἀβασίλευτον πολιτείαν προτείνων καὶ δημοκρατίαν, αὐτῷ μόνον ἄρχοντι πολέμου καὶ νόμων φύλακι χρησομένην, τῶν δ' ἄλλων παρέξουσαν ἅπασιν ἰσομοιρίαν. τοὺς μὲν ταῦτα ἔπειθεν· οἱ δὲ τὴν δύναμιν αὐτοῦ δεδιότες, μεγάλην οὖσαν ἤδη, καὶ τὴν τόλμαν, ἐβούλοντο πειθόμενοι μᾶλλον ἢ βιαζόμενοι ταῦτα συγχωρεῖν. καταλύσας οὖν τὰ παρ' ἑκάστοις πρυτανεῖα καὶ βουλευτήρια καὶ ἀρχάς, ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα πρυτανεῖον καὶ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἵδρυται, τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε, καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. ἔθυσε δὲ καὶ μετοίκια τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ἣν ἔτι νῦν θύουσι. καὶ τὴν βασιλείαν ἀφείς, ὥσπερ ὡμολόγησε, διεκόσμει τὴν πολιτείαν, ἀπὸ θεῶν ἀρχόμενος. ἧκε γὰρ αὐτῷ χρησμὸς ἐκ Δελφῶν μαντευομένῳ περὶ τῆς πόλεως,

Αἰγείδη Θησεῦ Πιτθηΐδος ἔκγονε κούρης,
Πολλαῖς τοι πολίεσσι πατὴρ ἐμὸς ἐγκατέθηκε
Τέρματα καὶ κλωστῆρας ἐν ὑμετέρῳ πτολιέθρῳ.
Ἀλλὰ σὺ μή τι λίην πεπονημένος ἔνδοθι θυμὸν
Βουλεύειν· ἀσκὸς γὰρ ἐν οἴδματι ποντοπορεύσῃ.

τοῦτο δὲ καὶ Σίβυλλαν ὕστερον ἀποστοματίσαι πρὸς τὴν πόλιν ἱστοροῦσιν, ἀναφθεγξαμένην,

Ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστίν.

ad agendum in communi de republ. conciri poterant: nonnunquam etiam diffidebant mutuo, belloque certabant. Hos adiit, propofuitque eam rem fingulis populis & familiis. Cujus confilium privati & inopes cito acceperunt. Opulentis & potentibus quum rempub. rege fore liberam proponeret, in qua omnis penes populum effet futura poteftas, ipfe vero moderator tantum belli, & legum foret cuftos, cætera paria omnibus, partim eos perpulit: alii potentiam ejus veriti jam magnam, atque audaciam, malebant fponte his quam vi compulfi affentiri. Igitur diffolvit vicatim prytanea & curias & magiftratus, unoque ftatuto omnibus communi illic prytaneo & curia, ubi hoc tempore confpiciuntur, Aftu & urbem Athenas appellavit, & Panathenæa facrificium inftituit commune. Celebravit etiam metœcia, id eft feftum demigrationis, fexto decimo die menfis Hecatombæonis, quem etiam nunc feftum agunt: depofitoque (ut receperat) regno, rempub. digeffit ab Diis aufpicatus. Nam confulenti Deum de ea urbe, fortes Delphis allatæ funt hæ,

Ægida Thefeu, Pittheidis edite partu,
Fata pater multis meus & finem urbibus olim
Conftituit, voluitque hac in veftra urbe teneri.
Tuque invicte malis animo ne cede labori,
Uter ut infanis pelagi jactaberis undis.

Hoc oraculum poft civitati Athenienfi repetiiffe fcribunt Sibyllam, hoc verfu,

Immergi poteris, fed fubmergi tibi non fas.

Quo

Ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴν πόλιν βουλόμενος, ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ τὸ Δεῦρ' ἴτε πάντες λεῲ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαι φασὶ, πανδημίαν τινὰ καθιστάντος. οὐ μὴν ἄτακτον οὐδὲ μεμιγμένην περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γενομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς εὐπατρίδας καὶ γεωμόρους καὶ δημιουργοὺς, εὐπατρίδαις μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς· τοῖς ἄλλοις δὲ πολίταις ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων. ὅτι δὲ πρῶτος ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, καὶ ἀφῆκε τὸ μοναρχεῖν, ἔοικε μαρτυρεῖν καὶ Ὅμηρος ἐν νεῶν καταλόγῳ, μόνους Ἀθηναίους δῆμον προσαγορεύσας. ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα, βοῦν ἐγχαράξας, ἢ διὰ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ἢ διὰ τὸν Μίνω στρατηγὸν, ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν. ἀπ' ἐκείνου δέ φασι τὸ ἑκατόμβοιον καὶ τὸ δεκάβοιον ὀνομασθῆναι. προσκτησάμενος δὲ τῇ Ἀττικῇ τὴν Μεγαρικὴν βεβαίως, τὴν θρυλλουμένην ἐν Ἰσθμῷ στήλην ἔστησεν, ἐπιγράψας τὸ διορίζον ἐπίγραμμα τὴν χώραν δυσὶ τριμέτροις, ὧν ἔφραζε, τὰ μὲν πρὸς ἕω,

> Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν,

> Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους, ὡς δι' ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ

Quo autem magis civitatem amplificaret, invitavit omnes pari proposito jure: & edictum, *Huc pergite omnes populi*, Thesei autumant fuisse, concilium quoddam populorum constituentis commune. Non permisit tamen ut respub. popularis, ab affluente & indiscreta colluvie incondita evaderet & confusa, sed primus discrevit seorsum patricios, agricolas, & opifices. Patriciis curam sacrorum, & magistratuum ex ordine suo dandorum permisit jus, legumque disciplinam & interpretationem sacrorum rituum. De cætero cives adæquavit, quod dignitate patricii, utilitate agricolæ, artifices numero viderentur præcellere. Nam eum primum fuisse in plebem (ut autor est Aristoteles) propensum, & dominatum deposuisse testari Homerum quoque in Navium Catalogo apparet, qui solum populum Atheniensem vocat. Signavit etiam nummum inciso bove, vel ob taurum Marathonium, vel ob Minois ducem, vel ad agriculturam cives incitans. Hinc ferunt Hecatombœon & Decabœon dictum. Quum agro Attico solido Megaricum adjunxisset, celebrem illam collocavit in Isthmo columnam, inscripsitque ad determinandum agrum epigramma duobus trimetris: quorum id quod orientem spectabat, ita habebat,

> *Hæc non sunt Peloponnesus, ast Ionia.*

Quod vero ad occidentem, hujusmodi erat,

> *Sunt ista Peloponnesus, haud Ionia.*

Ac ludos Herculis imitatione primus statuit, ambiens, ut sicut in illius memoriam Jovi Olympia,

τῷ Διΐ, καὶ δι' αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι φιλοτιμηθεὶς ἄγειν τοὺς Ἕλληνας. ὁ γὰρ ἐπὶ Μελικέρτῃ τεθεὶς αὐτόθι, νυκτὸς ἐδρᾶτο, τελετῆς ἔχων μᾶλλον ἢ θέας καὶ πανηγυρισμοῦ τάξιν. ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκίρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον διὰ τὴν συγγένειαν· Σκίρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης τῆς Πιτθέως. οἱ δὲ Σίννιν, οὐχὶ Σκίρωνα· καὶ τὸν ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως, οὐ δι' ἐκεῖνον. ἔταξεν οὖν καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν, ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον, ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἱστορήκασιν.

Εἰς δὲ τὸν πόντον ἔπλευσε τὸν Εὔξεινον, ὡς μὲν Φιλόχορος καί τινες ἄλλοι λέγουσι, μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεύσας, καὶ γέρας ἀριστεῖον Ἀντιόπην ἔλαβεν· οἱ δὲ πλείους, ὧν ἐστι καὶ Φερεκύδης καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἡρόδωρος, ὕστερόν φασιν Ἡρακλέους ἰδιόστολον πλεῦσαι τὸν Θησέα, καὶ τὴν Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον· πιθανώτερα λέγοντες. οὐδεὶς γὰρ ἄλλος ἱστόρηται τῶν μετ' αὐτοῦ στρατευσάντων Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον. Βίων δὲ, καὶ ταύτην παρακρουσάμενον οἴχεσθαι λαβόντα· φύσει γὰρ οὔσας τὰς Ἀμαζόνας φιλάνδρους, οὔτε φυγεῖν τὸν Θησέα προσβάλλοντα τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ καὶ ξένια πέμπειν· τὸν δὲ, τὴν κομίζουσαν ἐμβῆναι παρακαλεῖν εἰς τὸ πλοῖον· ἐμβάσης δὲ, ἀναχθῆναι. Μενεκράτης δέ τις ἱστορίαν περὶ Νικαίας τῆς ἐν Βιθυνίᾳ πόλεως ἐκδεδωκὼς, Θησέα φησὶ τὴν Ἀντιόπην ἔχοντα διατρί-

ψαι

lympia, ita Isthmia Neptuno Græci in honorem suum agerent. Quod enim in Melicertes honorem institutum nocte illic peragebatur, initiatoria cæremonia potius quam spectaculum & celebritas publica censebatur. Sunt tamen qui dicant Scironi Isthmia dicata, ut ob propinquitatem expiaret illius cædem Theseus: Scironem enim filium Canethi fuisse & Henioches Pitthei filiæ. Alii Sinnin non Scironem, atque hujus gratia ludos, non illius, à Theseo statutos. Constituit certe & convenit ei cum Corinthiis, ut Atheniensibus, qui ad Isthmia venissent, attribuerent prima subsellia tanto spacio quantum navis theoridis expansum humi velum occupasset: quod Hellanicus & Andron Halicarnasseus scriptum reliquerunt.

In pontum Euxinum navigavit, (ut Philochorus & nonnulli alii referunt) Herculem ad bellum adversus Amazonas sequutus, & præmium virtutis ergo accepit Antiopam. At major pars (in quibus est Pherecydes, Hellanicus & Herodorus) post Herculem aiunt cum propria classe navigasse Theseum, & captivam duxisse hanc Amazonem, quod quidem est probabilius. Nemo enim alius proditur illius commilitonum Amazonem captivam duxisse: Bion etiam hac dolo capta, se recepisse. Quippe cupidas virorum Amazonas, neque refugisse delatum ad oram illam Theseum, immo & munera ei misisse: illum vero invitasse eam, quæ hospitalia munera afferebat, ut navigium conscenderet, & postquam illa conscendit, solvisse. Sed Menecrates quidam, qui historiam Nicææ urbis Bithyniæ edidit, Theseum memorat, quum Antiopam

tiopam

ψαι περὶ τούτους τοὺς τόπους· τυγχάνειν δὲ συστρατεύοντας αὐτῷ τρεῖς νεανίσκους ἐξ Ἀθηνῶν, ἀδελφοὺς ἀλλήλων, Εὔνεων καὶ Θόαντα δὲ Σολόοντα. τοῦτον οὖν ἐρῶντα τῆς Ἀντιόπης, καὶ λανθάνοντα τοὺς ἄλλους, ἐξειπεῖν πρὸς ἕνα τῶν συνήθων· ἐκείνου δὲ περὶ τούτων ἐντυχόντος τῇ Ἀντιόπῃ, τὴν μὲν πεῖραν ἰσχυρῶς ἀποτρέψασθαι, τὸ δὲ πρᾶγμα σωφρόνως ἅμα καὶ πρᾴως ἐνεγκεῖν, καὶ πρὸς τὸν Θησέα μὴ κατηγορῆσαι· τοῦ δὲ Σολόοντος, ὡς ἀπέγνω, ῥίψαντος ἑαυτὸν εἰς ποταμόν τινα καὶ διαφθαρέντος, ᾐσθημένον τότε τὴν αἰτίαν καὶ τὸ πάθος τοῦ νεανίσκου τὸν Θησέα, βαρέως ἐνεγκεῖν· καὶ δυσφοροῦντα, λόγιόν τι πυθόχρηστον ἀνενεγκεῖν πρὸς ἑαυτόν· εἶναι γὰρ αὐτῷ προστεταγμένον ἐν Δελφοῖς ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὅταν ἐπὶ ξένης ἀνιαθῇ μάλιστα καὶ περίλυπος γένηται, πόλιν ἐκεῖ κτίσαι, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τινὰς ἡγεμόνας καταλιπεῖν. ἐκ δὲ τούτου, τὴν μὲν πόλιν ἣν ἔκτισεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ Πυθόπολιν προσαγορεῦσαι· Σολόοντα δὲ, τὸν πλησίον ποταμὸν, ἐπὶ τιμῇ τοῦ νεανίσκου. καταλιπεῖν δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οἷον ἐπιστάτας καὶ νομοθέτας, καὶ σὺν αὐτοῖς Ἕρμον, ἄνδρα τῶν Ἀθήνησιν εὐπατριδῶν· ἀφ' οὗ καὶ τόπον, Ἑρμοῦ καλεῖν οἰκίαν τοὺς Πυθοπολίτας· οὐκ ὀρθῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν περισπῶντας, καὶ τὴν δόξαν ἐπὶ Θεὸν ἀπὸ ἥρωος μετατιθέντας.

Πρόφασιν μὲν οὖν ταύτην ὁ τῶν Ἀμαζόνων πόλεμος ἔσχε. φαίνεται δὲ μὴ φαῦλον αὐτοῦ μηδὲ γυναικεῖον γενέσθαι τὸ ἔργον. οὐ γὰρ ἂν ἐν ἄστει κατεστρατοπέδευσαν, οὐδὲ τὴν μάχην συνῆψαν ἐν χρῷ περὶ τὴν Πνύκα καὶ τὸ Μουσεῖον, εἰ μὴ κρατοῦσαι τῆς χώρας, ἀδεῶς τῇ πόλει προσέμιξαν. εἰ μὲν οὖν, ὡς

tiopam teneret, demoratum aliquamdiu illis in oris: habuisse autem eum secum commilitones, tres Athenienses juvenes fratres inter se, Euneum, Thoanta, & Soloonta: Hunc Antiopæ amore inflammatum, quum ardorem suum celaret alios, uni ex familiaribus detexisse: Ut Antiopam ille hac de re appellavit, eam attentationem hujus repulisse acriter: prudenter id & leniter tamen tulisse, neque ad Theseum detulisse: Ubi Soloon abscissa spe, in amnem quendam se abjecit, & interiit, explorata tunc causa & adolescentis amore, tulisse Theseum rem graviter, discruciatumque oraculum quoddam Apollinis ad se applicasse. Nam a Pythia sibi Delphis præceptum, quum peregre gravissime angeretur & esset pertristis, urbem ibi ut conderet, & aliquos de suis relinqueret rectores: Hinc urbem quam condidit, a Dei nomine Pythopolin nuncupasse: atque in honorem adolescentis, propinquum flumen, Soloonta: reliquisse etiam illius fratres velut rectores & legislatores, cum iisque Hermum nobilem Atheniensem: a quo locum quendam Hermou œciam (id est, Hermi ædes) dicere Pythopolitas: qui parum recte contrahant secundam syllabam, honoremque ad Deum Mercurium ab heroe traducant.

Hinc traxit bellum Amazonicum originem. Apparet autem earum non leve neque muliebre factum fuisse. Neque enim in Astu metatæ castra fuissent, neque signa contulissent in loco circa Pnyca & Museum, nisi regione in potestatem redacta, movissent ad urbem intrepide. Porro tam longe venisse, ut Bosphorum

ὡς Ἑλλάνικος ἱστόρηκε, τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον παγέντα διαβᾶσαι περιῆλθον, ἔργον ἐστὶ πιστεῦσαι. τὸ δὲ ἐν τῇ πόλει σχεδὸν αὐτὰς ἐνστρατοπεδεῦσαι, μαρτυρεῖται καὶ τοῖς ὀνόμασι τῶν τόπων, καὶ ταῖς θήκαις τῶν πεσόντων. πολὺν δὲ χρόνον ὄκνος ἦν καὶ μέλλησις ἀμφοτέροις τῆς ἐπιχειρήσεως· τέλος δὲ Θησεὺς κατά τι λόγιον τῷ Φόβῳ σφαγιασάμενος, συνῆψεν αὐταῖς. ἡ μὲν οὖν μάχη Βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνός, ἐφ' ᾗ τὰ Βοηδρόμια μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι θύουσιν. ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνειον, τῷ δὲ δεξιῷ πρὸς τὴν Πνύκα κατὰ τὴν Χρύσαν ἥκειν· μάχεσθαι δὲ πρὸς τοῦτο τοὺς Ἀθηναίους ἀπὸ τοῦ Μουσείου ταῖς Ἀμαζόσι συμπεσόντας· καὶ τάφους τῶν πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας, παρὰ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῷον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. καὶ ταύτῃ μὲν ἐκβιασθῆναι καὶ μέχρι τῶν Εὐμενίδων, καὶ ὑποχωρῆσαι ταῖς γυναιξίν· ἀπὸ δὲ Παλλαδίου καὶ Ἀρδηττοῦ καὶ Λυκίου προσβαλόντας, ὤσασθαι τὸ δεξιὸν αὐτῶν ἄχρι τοῦ στρατοπέδου, καὶ πολλὰς καταβαλεῖν. τετάρτῳ δὲ μηνὶ συνθήκας γενέσθαι διὰ τῆς Ἱππολύτης· Ἱππολύτην γὰρ οὗτος ὀνομάζει τὴν τῷ Θησεῖ συνοικοῦσαν, οὐκ Ἀντιόπην. ἔνιοι δέ φασι μετὰ τοῦ Θησέως μαχομένην πεσεῖν τὴν ἄνθρωπον, ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν, καὶ τὴν στήλην τὴν παρὰ τὸ τῆς Γῆς τῆς Ὀλυμπίας ἱερὸν, ἐπὶ ταύτῃ κεῖσθαι. καὶ θαυμαστὸν οὐκ ἔστιν ἐπὶ πράγμασιν οὕτω παλαιοῖς πλανᾶσθαι τὴν ἱστορίαν· ἐπεὶ καὶ τὰς τετρωμένας φασὶ τῶν Ἀμαζόνων ὑπ' Ἀντιόπης εἰς Χαλκίδα λάθρα δια-

phorum Cimmericum congelatum (quod scriptum reliquit Hellanicus) permeaverint, id difficile creditu est. Sed in ipsa pene urbe castra eas habuisse comprobatur, & locorum vocabulis & tumulis earum quæ ceciderunt. Perdiu dubitavit & cunctata utraque est acies signa conferre. Tandem ex quodam oraculo Theseus, quum sacrificasset Pavori, congressus cum illis est. Pugnatum est mense Boëdromione, quo die Boëdromia hactenus celebrant Athenienses. Scribit Clidemus, singula exequi ad unguem laborans, sinistrum Amazonum cornu ad Amazonion (ut nunc vocatur) declinasse, dextro secundum Chrysam ad Pnyca pertinuisse: Conflixisse adversus hoc Athenienses à Museo concurrentes cum Amazonibus: Sepulchra esse cæsarum in platea, quæ fert ad portam secundum Chalcodontis fanum, quam Pyraicam nunc nominant: qua pulsos fuisse usque ad Eumenidas, & terga fœminis dedisse: Sed a Palladio, Ardetto, & Lyceo aggressos pepulisse dextrum earum cornu usque ad castra, multasque stravisse: Quarto mense ictum Hippolyta interprete fœdus: Hippolytam enim hic eam, quæ in Thesei contubernio erat, non Antiopam appellat. Alii volunt illam à Thesei parte præliantem cecidisse, cum jaculo fuisset à Molpadia icta, & pilam propter Telluris Olympiæ ædem super hanc positam fuisse. Neque est mirandum in antiquitate tanta vagari historiam: quando etiam saucias tradunt Amazonas Chalcidem ab Antiopa occulte dimissas cura-

διαπεμφθείσας, τυγχάνειν ἐπιμελείας, καὶ ταφῆναι τινὰς ἐκεῖ περὶ τὸ νῦν Ἀμαζόνειον καλούμενον. ἀλλὰ τοῦ γε τὸν πόλεμον εἰς σπονδὰς τελευτῆσαι, μαρτύριον ἐστὶν ἥτε τοῦ τόπου κλῆσις τοῦ παρὰ τὸ Θησεῖον, ὅνπερ Ὁρκωμόσιον καλοῦσιν, ἥτε γινομένη πάλαι θυσία ταῖς Ἀμαζόσι πρὸ τῶν Θησείων. δεικνύουσι δὲ καὶ Μεγαρεῖς Ἀμαζόνων θήκην παρ' αὐτοῖς, ἐπὶ τὸν καλούμενον Ῥοῦν βαδίζουσιν ἐξ ἀγορᾶς, ὅπου τὸ ῥομβοειδές. λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι παρὰ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται· περὶ ὧν ἐν τῷ Δημοσθένους βίῳ γέγραπται. φαίνονται δὲ μηδὲ Θεσσαλίαν ἀπραγμόνως αἱ Ἀμαζόνες διελθοῦσαι. τάφοι γὰρ αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν δείκνυνται περὶ τὴν Σκοτουσαίαν καὶ τὰς Κυνὸς κεφαλάς.

Ταῦτα μὲν οὖν ἄξια μνήμης περὶ τῶν Ἀμαζόνων. ἣν γὰρ ὁ τῆς Θησηΐδος ποιητὴς Ἀμαζόνων ἐπανάστασιν γέγραφε, Θησεῖ γαμοῦντι Φαίδραν τῆς Ἀντιόπης ἐπιθεμένης, καὶ τῶν μετ' αὐτῆς Ἀμαζόνων ἀμυνομένων, καὶ κτείνοντος αὐτὰς Ἡρακλέους, περιφανῶς ἔοικε μύθῳ καὶ πλάσματι. τῆς δὲ Ἀντιόπης ἀποθανούσης, ἔγημε Φαίδραν, ἔχων υἱὸν Ἱππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης· ὡς δὲ Πίνδαρός φησι, Δημοφῶντα. τὰς δὲ περὶ ταύτην καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ δυστυχίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀντιπίπτει παρὰ τῶν ἱστορικῶν τοῖς τραγικοῖς, οὕτως ἔχειν θετέον ὡς ἐκεῖνοι πεποιήκασιν ἅπαντες.

Εἰσὶ μέντοι λόγοι περὶ γάμων Θησέως καὶ ἕτεροι, τὴν σκηνὴν διαπεφευγότες, οὔτε ἀρχὰς εὐγνώμονας, οὔτε εὐτυχεῖς τελευτὰς ἔχοντες. καὶ γὰρ

Ἀνα-

curationem nactas fuisse, & sepultas nonnullas ibi apud Amazonion nunc appellatum. Cæterum fuisse diremptum pace bellum testatur tam loci juxta templum Thesei appellatio, quod vocant Horcomosion à jurejurando, quam vetus sacrificium, quod ante Thesea fit Amazonibus. Commonstrant & Megarenses apud se Amazonum monumentum, qua ad locum quem Rhun dicunt, ex foro itur, ubi est Rhomboides. Fama est prope Chæroneam quoque occubuisse alias, conditasque fuisse secundum rivulum, qui olim (ut putant) Thermodon, Hæmon nunc vocatur, de quibus in vita Demosthenis verba fecimus. Nec vero Thessaliam apparet peragrasse Amazonas sine sanguine: quippe tumuli earum vel hac memoria juxta Scotussæam & Cynocephalas extant.

Hæc memoratu digna de Amazonibus fuere. Nam quem poeta Theseidis autor, motum Amazonum descripsit, quod quum jungeret sibi matrimonio Phædram, adorta sit Theseum Antiopa, & sequentes eam Amazones pœnas ab illo expetiverint, Hercules autem eas fuderit, habent plane fabulæ effigiem & commenti. Defuncta Antiopa Phædram duxit, quum sustulisset filium ex Antiopa Hippolytum, ut vero Pindarus ait, Demophontem. Calamitates, quæ Theseo ex hac & ex filio suo acciderunt, quia nihil hic discrepant à tragicis historici, ut omnes illi scripsere, ita evenisse statuendum est.

Sunt tamen famæ de Thesei nuptiis aliæ, quæ in scenam non venerunt: quæ neque rudimenta honesta, neque faustos habuerunt exitus.

Ἀναξὼ τινὰ Τροιζηνίαν ἁρπάσαι λέγεται, καὶ Σίννιν ἀποκτείνας καὶ Κερκυόνα, συγγενέσθαι βίᾳ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν· γῆμαι δὲ καὶ Περίβοιαν τὴν Αἴαντος μητέρα, καὶ Φερέβοιαν αὖθις, καὶ Ἰόπην τὴν Ἰφικλέους. καὶ διὰ τὸν Αἴγλης ἔρωτα τῆς Πανοπέως, ὥσπερ εἴρηται, τὴν Ἀριάδνης ἀπόλειψιν αἰτιῶνται μὴ καλὴν γενέσθαι, μηδὲ πρέπουσαν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν, πολέμου μὲν ἐμπλῆσαι τὴν Ἀττικὴν, αὐτῷ δὲ εἰς φυγὴν καὶ ὄλεθρον τελευτῆσαι· περὶ ὧν ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται. πολλῶν δὲ τότε τοῖς ἀρίστοις ἄθλων γενομένων, Ἡρόδωρος μὲν οὐδενὸς οἴεται τὸν Θησέα μεταχεῖν, ἀλλὰ μόνοις Λαπίθαις τῆς κενταυρομαχίας· ἕτεροι δὲ καὶ μετὰ Ἰάσονος ἐν Κόλχοις γενέσθαι, καὶ Μελεάγρῳ συνεξελεῖν τὸν κάπρον· καὶ διὰ τοῦτο παροιμίαν εἶναι τὴν, Οὐκ ἄνευ Θησέως· αὐτὸν μέντοι μηδενὸς συμμάχου δεηθέντα, πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄθλους κατεργάσασθαι· καὶ τὸν, Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, λόγον ἐπ' ἐκείνου κρατῆσαι. συνέπραξε δὲ καὶ Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων, οὐχ ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ, μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας καὶ σπεισάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι· Φιλόχορος δὲ καὶ σπονδὰς περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως γενέσθαι πρώτας ἐκείνας. ὅτι δὲ Ἡρακλῆς πρῶτος ἐπέδωκε νεκροὺς τοῖς πολεμίοις, ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους γέγραπται. ταφαὶ δὲ τῶν μὲν πολλῶν ἐν Ἐλευθεραῖς δείκνυνται, τῶν δὲ ἡγεμόνων, περὶ Ἐλευσῖνα, καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου. καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται.

Τὴν

itus. Etenim Anaxo quandam fertur Trœzeniam rapuisse, Sinnideque & Cercyone peremptis, vi constuprasse filias eorum, duxisse etiam Peribœam Ajacis matrem: item Pherebœam, & Iphiclis filiam Iopam: præterea ob Ægles Panopei filiæ amorem (ut supra diximus) Ariadnam exprobrant parum eum recte vel honeste repudiavisse: Helenæ denique raptum implevisse bello terram Atticam, atque in exilium ejus evasisse & exitium, de quibus infra verba faciemus. At quum multa clarissimi quique viri certamina ea tempestate obirent, existimat Herodorus nullius Theseum, nisi solis adversus Centauros depugnantibus Lapithis, fuisse consortem conflictus: Alii Jasonis eum fuisse in Colchis socium, & expugnavisse cum Meleagro aprum, atque hinc in proverbio esse, Non sine Theseo: Illum vero nullo socio crebras patrasse & egregias dimicationes, atque hoc dictum, Alter hic Hercules, de eo obtinuisse. Ad hæc adjutor Adrasto fuit ad recuperanda illorum corpora, qui sub Cadmea ceciderant: non ut cecinit in tragœdia Euripides, fusis Thebanis, sed ad inducias faciendas persuasione inductis: nam ita maxima pars tradunt: Philochorus etiam inducias de tollendis cæsis illas fuisse primas. Verum Herculem hostibus primum mortuorum cadavera concessisse, in vita Herculis invenies. At vulgi Eleutheris sepulchra extant, ducum apud Eleusina: id quod etiam gratiæ dedit Theseus Adrasti. Premunt autem suo testimonio Euripidis Supplices Eleusinii Æschyli, in quibus hæc commemorare ipse canitur Theseus.

Ami-

Τὴν δὲ πρὸς Πειρίθουν φιλίαν τοῦτον τὸν τρόπον αὐτῷ γενέσθαι λέγουσι. δόξαν εἶχεν ἐπὶ ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ μεγίστην· βουλόμενος οὖν ὁ Πειρίθους ἐξελέγξαι καὶ λαβεῖν διάπειραν, ἠλάσατο βοῦς ἐκ Μαραθῶνος αὐτοῦ· καὶ πυθόμενος διώκειν μετὰ τῶν ὅπλων ἐκεῖνον, οὐκ ἔφυγεν, ἀλλ' ἀναστρέψας ἀπήντησε. ὡς δὲ εἶδεν ἅτερος τὸν ἕτερον, καὶ τὸ κάλλος ἐθαύμασε καὶ τὴν τόλμαν ἠγάσθη, μάχης μὲν ἔσχοντο, Πειρίθους δὲ πρότερος τὴν δεξιὰν προτείνας, ἐκέλευσεν αὐτὸν γενέσθαι δικαστὴν τὸν Θησέα τῆς βοηλασίας· ἑκὼν γὰρ ὑφέξειν ἣν ἂν ὁρίσῃ δίκην ἐκεῖνος. Θησεὺς δὲ καὶ τὴν δίκην ἀφῆκεν αὐτῷ, καὶ προὐκαλεῖτο φίλον εἶναι καὶ σύμμαχον. ἐποιήσαντο δὲ τὴν φιλίαν ἔνορκον. ἐκ δὲ τούτου γαμῶν ὁ Πειρίθους Δηϊδάμειαν, ἐδεήθη τοῦ Θησέως ἐλθεῖν, καὶ τὴν χώραν ἱστορῆσαι, καὶ συγγενέσθαι τοῖς Λαπίθαις. ἐτύγχανε δὲ καὶ τοὺς Κενταύρους κεκληκὼς ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ὡς δὲ ἠσέλγαινον ὕβρει, καὶ μεθύοντες οὐκ ἀπείχοντο τῶν γυναικῶν, ἐτράποντο πρὸς ἄμυναν οἱ Λαπίθαι· καὶ τοὺς μὲν ἔκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ, πολέμῳ κρατήσαντες, ὕστερον ἐξέβαλον ἐκ τῆς χώρας, τοῦ Θησέως αὐτοῖς συμμαχομένου καὶ συμπολεμοῦντος. Ἡρόδωρος δὲ ταῦτα πραχθῆναι φησὶν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοῦ πολέμου συνεστῶτος ἤδη, τὸν Θησέα βοηθοῦντα τοῖς Λαπίθαις παραγενέσθαι, καὶ τότε πρῶτον ὄψει γνωρίσαι τὸν Ἡρακλέα, ποιησάμενον ἔργον ἐντυχεῖν αὐτῷ περὶ Τραχῖνα πεπαυμένῳ πλάνης ἤδη καὶ ἄθλων· γενέσθαι δὲ μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης καὶ πολλῶν ἐπαίνων ἀμφοτέροις τὴν ἔντευξιν. οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ἄν τις προσέχοι τοῖς πολλάκις ἐντυχεῖν αὐτοὺς ἀλλήλοις ἱστοροῦσι· καὶ τὴν μύησιν Ἡρακλεῖ γενέσθαι, Θησέως σπουδάσαντος, καὶ τὸν πρὸ

Amicitiam cum Pirithoo eum contraxisse. hoc modo referunt. Celebratissimum erat ejus robur & virtus: Pirithous vero cupidine captus explorandi & tentandi, abegit boves ejus ex Marathone, allatoque nuntio insequi armis illum, non consuluit fugæ, sed regressus obvium se ei objecit. Ut alter alterum conspexit, speciem admiratus est, & obstupuit audaciam, a pugna temperarunt, ac prior porrecta dextra Pirithous ipsum voluit Theseum de abactis bobus arbitrum esse: ultro enim se, quas ille definisset, subiturum pœnas. Theseus vero & mulctam ei condonavit, ad ineundamque secum societatem & amicitiam invitavit. Ita amicitiam juramento sanxere. Inde ducens uxorem Pirithous Deidamiam, Theseum rogavit ut veniret ad regionem visendam & ad contrahendam cum Lapithis consuetudinem. Forte invitaverat Centauros quoque ad cænam: qui ut in procacitatem & insolentiam eruperunt, & vino incalescentes non temperaverunt a mulieribus, verterunt se Lapithæ ad ultionem, atque alios eorum obtruncaverunt, alios bello inde victos, socio Theseo & suppetias ferente, regione exegerunt. Herodorus negat hæc ita gesta, sed bello jam commisso, tulisse opem Theseum Lapithis, atque tunc primum in conspectum venisse Herculis, quum appellare cuperet eum circa Trachina, postquam errores jam & certamina deposuisset. Congressum autem eorum honorificum fuisse cum mutua comitate & laudibus. Verum iis potius assentiendum, qui crebro congressos inter se memoriæ tradiderunt, atque initiatum Herculem faciente cum eo Theseo, & ante initiationem lustratum, ut ei, ob

πρὸ τῆς μυήσεως καθαρμὸν ὡς δεομένῳ διά τινας πράξεις ἀβουλήτους.

Ἤδη δὲ πεντήκοντα ἔτη γεγονώς, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, ἔπραξε τὰ περὶ τὴν Ἑλένην, οὐ καθ' ὥραν. ὅθεν ὡς δὴ μέγιστον ἐπανορθούμενοι τοῦτο τῶν ἐγκλημάτων ἔνιοι, λέγουσιν οὐκ αὐτὸν ἁρπάσαι τὴν Ἑλένην, ἀλλὰ Ἴδα καὶ Λυγκέως ἁρπασάντων, παρακαταθήκην λαβόντα τηρεῖν, καὶ μὴ προΐεσθαι τοῖς Διοσκόροις ἀπαιτοῦσιν· ἢ νὴ Δία Τυνδάρεω παραδόντος αὐτῷ, φοβηθέντος Ἐναρσφόρον τὸν Ἱπποκόωντος, ἔτι νηπίαν οὖσαν βιαζόμενον τὴν Ἑλένην λαβεῖν. τὰ δὲ εἰκότα καὶ πλείστους ἔχοντα μάρτυρας, τοιαῦτά ἐστιν. ἦλθον μὲν εἰς Σπάρτην ἀμφότεροι, καὶ τὴν κόρην ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος Ὀρθίας χορεύουσαν ἁρπάσαντες, ἔφυγον. τῶν δὲ πεμφθέντων ἐπὶ τὴν δίωξιν, οὐ πορρωτέρω Τεγέας ἐπακολουθησάντων, ἐν ἀδείᾳ γενόμενοι, καὶ διελθόντες τὴν Πελοπόννησον, ἐποιήσαντο συνθήκας, τὸν μὲν λαχόντα κλήρῳ τὴν Ἑλένην, ἔχειν γυναῖκα, συμπράττειν δὲ θατέρῳ γάμον ἄλλον. ἐπὶ ταύταις δὲ κληρουμένων ταῖς ὁμολογίαις, ἔλαχε Θησεύς· καὶ παραλαβὼν τὴν παρθένον, οὔπω γάμων ὥραν ἔχουσαν, εἰς Ἀφίδνας ἐκόμισε· καὶ τὴν μητέρα καταστήσας μετ' αὐτῆς, Ἀφίδνῳ παρέδωκεν ὄντι φίλῳ, διακελευσάμενος φυλάττειν καὶ λανθάνειν τοὺς ἄλλους. αὐτὸς δὲ Πειρίθῳ τὴν ὑπουργίαν ἀποδιδούς, εἰς Ἤπειρον συναπεδήμησεν ἐπὶ τὴν Ἀϊδωνέως θυγατέρα τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως· ὃς τῇ γυναικὶ Περσεφόνην ὄνομα θέμενος, Κόρην δὲ τῇ θυγατρί, τῷ δὲ κυνὶ Κέρβερον, ἐκέλευε τούτῳ διαμάχεσθαι τοὺς μνωμένους τὴν παῖδα, καὶ λαβεῖν τὸν κρατήσαντα. τοὺς μέν τοι περὶ τὸν Πειρίθουν, οὐ μνηστῆρας ἥκειν ἀλλ' ἁρπασομένους

ob certa facta sua quæ inconsulte admiserat, opus erat.

Annos jam natus (ut Hellanicus refert) quinquaginta, Helenam rapuit nondum maturam. Unde ad sublevandum hoc, quasi gravissimum crimen, abnuunt nonnulli Helenam illum rapuisse, sed raptam ab Ida & Lynceo fuisse, atque apud se servasse depositam, neque reposcentibus Castori & Polluci restituisse: vel sane traditam ei illam ab ipso fuisse Tyndaro, quod Enarsphorum timeret Hippocoontis filium, qui parvulam adhuc capere Helenam vi instabat. At vero propiora & pluribus nixa testibus hoc modo se habent. Venerunt ambo Theseus & Pirithous Spartam, puellaque quæ in templo Dianæ Orthiæ saltabat rapta, fugam cepere. Quum missi ad insectandos illos non ultra Tegæam essent progressi, & illi pervenissent in tutum, atque Peloponnesum transmisissent, pacti sunt inter se, ut cui sors obtigisset, Helenam haberet uxorem, & alteri ad nuptias quærendas alias præsto esset. His legibus missa sorte obvenit illa Theseo, ac virginem nondum nubilem Aphidnas deportavit, matremque ei adjunctam amico suo tradidit Aphidno, præcipiens eas ut servaret, & rem celaret alios. Inde ad præstandum Pirithoo officium suum, profectus in Epirum cum eo est ad Aidonei filiam Molossorum regis, qui uxori Persephonem nomen indiderat, filiæ Coren, cani Gerberum: ac cum hoc pugnare jussit procos puellæ, promittens eam victori. Verum quum Pirithoum non procatum venisse, sed raptum intellexisset, corripuit

συμβὰς πυνθανόμενος, συνέλαβε, καὶ τὸν μὲν Πειρίθουν εὐθὺς ἠφάνισε διὰ τοῦ κυνός, τὸν δὲ Θησέα καθείρξας ἐφύλαττεν.

Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ Μενεσθεὺς ὁ Πετεῶς, τοῦ Ὀρνέως, τοῦ Ἐρεχθέως, πρῶτος, ὥς φασιν, ἀνθρώπων ἐπιθέμενος τῷ δημαγωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι, τούς τε δυνατοὺς συνίστη καὶ παρώξυνε, πάλαι βαρυνομένους τὸν Θησέα, καὶ νομίζοντας ἀρχὴν καὶ βασιλείαν ἀφῃρημένον ἑκάστου τῶν κατὰ δῆμον εὐπατριδῶν, εἰς ἓν ἄστυ συνείρξαντα πάντας, ὑπηκόοις χρῆσθαι καὶ δούλοις· τούς τε πολλοὺς διετάραττε καὶ διέβαλλεν, ὡς ὄναρ ἐλευθερίας ὁρῶντας, ἔργῳ δὲ ἀπεστερημένους πατρίδων καὶ ἱερῶν, ὅπως ἀντὶ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ γνησίων βασιλέων πρὸς ἕνα δεσπότην ἔπηλυν καὶ ξένον ἀποβλέπωσι. ταῦτα δὲ αὐτοῦ πραγματευομένου, μεγάλην ῥοπὴν ὁ πόλεμος τῷ νεωτερισμῷ προσέθηκε τῶν Τυνδαριδῶν ἐπελθόντων· οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶν ὑπὸ τούτου πεισθέντας ἐπελθεῖν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐδὲν ἠδίκουν, ἀλλ' ἀπῄτουν τὴν ἀδελφήν. ἀποκριναμένων δὲ τῶν ἐν ἄστει μήτε ἔχειν μήτε γινώσκειν ὅπη καταλέλειπται, πρὸς πόλεμον ἐτράποντο. φράζει δὲ αὐτοῖς Ἀκάδημος ᾐσθημένος ᾧ δή τινι τρόπῳ τὴν ἐν Ἀφίδναις κρύψιν αὐτῆς. ὅθεν ἐκείνῳ τε τιμαὶ ζῶντι παρὰ τῶν Τυνδαριδῶν ἐγένοντο, καὶ πολλάκις ὕστερον ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀττικὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν χώραν τέμνοντες, τῆς Ἀκαδημίας ἀπείχοντο διὰ τὸν Ἀκάδημον. ὁ δὲ Δικαίαρχος, Ἔχεμον φησὶ καὶ Μάραθον συστρατεύσαντας τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν, ἀφ' οὗ δὲ Μαραθῶνα τὸν δῆμον, ἐπι-

ripuit eos, ac Pirithoum extemplo interimit per canem, Theſeum in vinculis ſervavit.

Interea Meneſtheus Petei, qui filius fuit Ornei & nepos Erechthei, primus (ut fama eſt) inter mortales auram popularem captare aggreſſus & blandiri plebi, hinc primores ſolicitavit, & incendit jam pridem pertæſos Theſei, atque exiſtimantes illum imperio & regno ſingulis per populos nobilitate præcellentibus extorto, in unam ipſos concluſos urbem pro ſubjectis prorſus & ſervis habere: hinc vulgus concitavit exprobravitque, libertatis objecto ſomnio, revera patria & ſacris ſpoliatos eſſe, ut multorum bonorum loco & juſtorum regum, unum reſpicerent advenam & hoſpitem dominum. Hæc illo moliente, magnum momentum bellum ſeditioni, Tyndaridis ingruentibus, adjecit. Sunt qui plane dicant ab illo eos invitatos, bellum moviſſe. Ac primum injuria abſtinuerunt, tantum repetierunt ſororem. Quum reſpondiſſent cives neque penes ſe eſſe illam, neque ubi eſſet relicta, ſe ſcire, ad bellum converſi ſunt. Verum aperit eis Academus (haud ſcio qua ratione odoratus) Aphidnis eam abdi. Unde cum illi honores vivo habiti ſunt a Tyndaridis, tum Lacedæmonii, qui ſæpius poſtmodum incurſaverunt Atticam, univerſoſque fines perpopulati ſunt, Academia abſtinuerunt, Academi cauſa. Dicæarchus vero tradit, quum Echemus & Marathus Tyndaridas ex Arcadia eſſent ad bellum illud ſequuti, nomen ab illo quæſiſſe Echedemiam, quæ nunc appellatur Academia: ab hoc pagum Marathonem, quod ultro

ἐπιδόντος ἑαυτὸν ἑκουσίως κατά τι λόγιον σφαγιάσασθαι πρὸ τῆς παρατάξεως. ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας, καὶ μάχῃ κρατήσαντες, ἐξεῖλον τὸ χωρίον. ἐνταῦθα φασὶ καὶ Ἄλυκον πεσεῖν τὸν Σκίρωνος υἱὸν, συστρατευόμενον τότε τοῖς Διοσκούροις· ἀφ' οὗ καὶ τόπον τῆς Μεγαρικῆς Ἄλυκον καλεῖσθαι, τοῦ σώματος ἐνταφέντος. Ἡρέας δ' ὑπὸ Θησέως αὐτοῦ περὶ Ἀφίδνας ἀποθανεῖν τὸν Ἄλυκον ἱστόρηκε· καὶ μαρτύρια ταυτὶ τὰ ἔπη παρέχεται περὶ τοῦ Ἀλύκου,

——τὸν ἐν εὐρυχόρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ
Μαρνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο
Κτεῖνεν——

οὐ μὴν εἰκὸς, αὐτοῦ Θησέως παρόντος, ἁλῶναι τήν τε μητέρα καὶ τὰς Ἀφίδνας.

Ἐχομένων δ' οὖν τῶν Ἀφιδνῶν, καὶ τῶν ἐν ἄστει δεδιότων, ἔπεισε τὸν δῆμον ὁ Μενεσθεὺς δέχεσθαι τῇ πόλει καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς Τυνδαρίδας, ὡς μόνῳ Θησεῖ βίας ὑπάρξαντι πολεμοῦντας, τῶν δὲ ἄλλων εὐεργέτας ὄντας ἀνθρώπων καὶ σωτῆρας. ἐμαρτύρει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ παρ' ἐκείνων· οὐδὲν γὰρ ἠξίωσαν, ἁπάντων κρατοῦντες, ἀλλ' ἢ μυηθῆναι, μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες· καὶ τοῦτο οὖν ὑπῆρξεν αὐτοῖς, Ἀφίδνου ποιησαμένου παῖδας, ὡς Πύλιος Ἡρακλέα· καὶ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον, Ἄνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατιᾶς τοσαύτης ἔνδον οὔσης. ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελομένους ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν· καὶ τοὺς βασιλεῖς ἴσως Ἄνακτας διὰ τοῦτο

ultro ſe ex quodam oraculo obtuliſſet ante aciem immolandum. Quum moviſſent Aphidnas & victores eſſent prœlio, expugnaverunt oppidum. Ibi Alycum quoque ferunt Scironis filium, commilitonem id temporis Caſtoris & Pollucis, occubuiſſe: a quo locum quendam agri Megarici, quod corpus ejus ibi ſit humatum, Alycum nominatum fuiſſe. Hereas ab ipſo Theſeo prodidit ad Aphidnas cæſum Alycum, & in teſtimonium hæc de Alyco producit carmina,

Hunc Helenæ cauſa formoſæ prœlia quondam
Miſcentem Theſeus ſpatioſa ſtravit Aphidna.

Haud conſonum ſit tamen veritati, præſente Theſeo fuiſſe matrem ejus & Aphidnas captas.

Occupatis Aphidnis, & Athenienſibus trepidantibus ſuaſit populo Meneſtheus, ut admitterent in urbem, & acciperent benigne Tyndaridas: ut qui uni Theſeo injuriæ autori arma inferrent, in cæteros mortales benefici eſſent & eorum ſervatores. Hoc ipſum eventus comprobavit. Nihil enim omnino victores, quam ut initiarentur, poſtulaverunt: quod non minus quam Herculi propinquitas ipſis cum civitate intercederet: quam obtinuerunt ab Aphidno adoptati, ut a Pylio Hercules: atque honores aſſequuti divinos ſunt, Anaces dicti, vel ob factas inducias, vel ob curam & ſolicitudinem, ne cui malum offerretur, quum eſſet intra muros tantus exercitus. Nam ἀνακῶς ἔχειν dicunt eos quibus cura vel tuitio alicujus incumbat, & reges appellant fortaſſis inde

τοῦτο καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες διὰ τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν Ἄνακας ὀνομάζεσθαι· τὸ γὰρ ἄνω τοὺς Ἀττικοὺς ἀνέκας ὀνομάζειν, καὶ ἀνέκαθεν, τὸ ἄνωθεν.

Αἴθραν δὲ τὴν Θησέως μητέρα, γενομένην αἰχμάλωτον, ἀπαχθῆναι λέγουσιν εἰς Λακεδαίμονα, κἀκεῖθεν εἰς Τροίαν μετὰ Ἑλένης· καὶ μαρτυρεῖν Ὅμηρον ἕπεσθαι τῇ Ἑλένῃ φάμενον,

Αἴθρην Πιτθῆος θύγατρα Κλυμένην τε βοῶπιν.

οἱ δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἔπος διαβάλλουσι, καὶ τὴν περὶ Μουνύχου μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσιν. ἴδιον δέ τινα καὶ παρηλλαγμένον ὅλως λόγον ὁ Ἴστρος ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν ἀναφέρει περὶ Αἴθρας, ὡς ἐνίων λεγόντων, Ἀλέξανδρον μὲν, τὸν ἐν Θεσσαλίᾳ Πάριν, ὑπ' Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου μάχῃ κρατηθῆναι παρὰ τὸν Σπερχειὸν, Ἕκτορα δὲ τὴν Τροιζηνίων πόλιν λαβόντα διαρπάσαι, καὶ τὴν Αἴθραν ἀπάγειν ἐκεῖ καταλειφθεῖσαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔχει πολλὴν ἀλογίαν.

Ἀϊδωνέως δὲ τοῦ Μολοσσοῦ ξενίζοντος Ἡρακλέα, καὶ τῶν περὶ τὸν Θησέα καὶ Πειρίθουν κατὰ τύχην μνησθέντος ἅ, τε πράξοντες ἦλθον, καὶ ἃ φωραθέντες ἔπαθον, βαρέως ἤνεγκεν ὁ Ἡρακλῆς, τοῦ μὲν ἀπολωλότος ἀδόξως, τοῦ δὲ ἀπολλυμένου. καὶ περὶ Πειρίθου μὲν οὐδὲν ᾤετο ποιήσειν πλέον, ἐγκαλῶν, τὸν δὲ Θησέα παρῃτεῖτο, καὶ χάριν ἠξίου ταύτην αὐτῷ δοθῆναι. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἀϊδωνέως, λυθεὶς ὁ Θησεὺς ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, οὐδέπω παντάπασι

inde ἄνακτας. Sunt qui ob stellarum eorum apparitionem ferant Anacas appellari: quod τὸ ἄνω Attici ἀνέκας id est supra, & ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν id est superne, vocent.

Porro Thesei matrem captivam Æthram perhibent Lacædemonem abstractam, inde cum Helena Trojam; ac sequutam eam Helenam testari hisce versibus Homerum,

Æthram Pitthei gnatam Clymenenque venustam.

Alii hunc versum rejiciunt & Munychi fabulam, quem ex Demophoonte a Laodice clam editum Ilii crevisse sub Æthra memorant. Peculiarem vero & diversam plane historiam refert de Æthra Istrus in tertio decimo libro rerum Atticarum, prodi a certis, Alexandrum, Parin in Thessalia appellatum, ab Achille & Patroclo pugna ad Sperchium amnem fusum fuisse, Hectorem Trœzeniorum oppidum expugnatum diripuisse, & Æthram illic depositam abduxisse. Verum id sane quam est absonum.

Quum vero Aïdoneus Molossus Herculem hospitio cepisset, & sermonem forte intulisset de Theseo & Pirithoo, quæ suscepissent facinora, & detecti quid essent passi, tulit graviter Hercules alterius turpem exitum, & alterius periculum. Ac de Pirithoo quidem non putavit operæ pretium se facturum expostulando, verum hoc postulavit beneficii, ut concederet sibi Theseum. Annuente Aïdoneo liberatus Theseus vinculis, Athenas est regressus, nondum

τάπασι τῶν φίλων αὐτοῦ κεκρατημένων· καὶ ὅσα ὑπῆρχε τεμένη πρότερον αὐτῷ τῆς πόλεως ἐξελούσης, ἅπαντα καθιέρωσεν Ἡρακλεῖ, καὶ προσηγόρευσεν ἀντὶ Θησείων, Ἡράκλεια, πλὴν τεσσάρων, ὡς Φιλόχορος ἱστόρηκεν. εὐθὺς δὲ βουλόμενος, ὡς πρότερον, ἄρχειν καὶ καθηγεῖσθαι τοῦ πολιτεύματος, εἰς στάσεις ἐνέπεσε καὶ ταραχάς, οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, εὑρίσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν προσειληφότας, ἐν δὲ τῷ δήμῳ πολὺ τὸ διεφθαρμένον ὁρῶν καὶ θεραπεύεσθαι βουλόμενον, ἀντὶ τοῦ ποιεῖν σιωπῇ τὸ προσταττόμενον. ἐπιχειρῶν οὖν βιάζεσθαι, κατεδημαγωγεῖτο καὶ κατεστασιάζετο· καὶ τέλος ἀπογνοὺς τὰ πράγματα, τοὺς μὲν παῖδας εἰς Εὔβοιαν ὑπεξέπεμψε πρὸς Ἐλεφήνορα τὸν Χαλκώδοντος, αὐτὸς δὲ Γαργηττοῖ κατὰ τῶν Ἀθηναίων ἀρὰς θέμενος, οὗ νῦν ἐστι τὸ καλούμενον ἀρατήριον, εἰς Σκῦρον ἐξέπλευσεν, οὔσης αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐκεῖ φιλίας, ὡς ᾤετο, καὶ χωρίων ἐν τῇ νήσῳ πατρῴων. ἐβασίλευε δὲ τότε Λυκομήδης τῶν Σκυρίων. πρὸς τοῦτον οὖν ἀφικόμενος, ἐξῄτει τοὺς ἀγροὺς ἀπολαβεῖν, ὡς αὐτόθι κατοικήσων. ἔνιοι δέ φασι παρακαλεῖν αὐτὸν βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους· ὁ δὲ Λυκομήδης, εἴτε δείσας τὴν δόξαν τοῦ ἀνδρὸς, εἴτε τῷ Μενεσθεῖ χαριζόμενος, ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς χώρας ἀναγαγὼν αὐτὸν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπιδείξων τοὺς ἀγρούς, ὦσε κατὰ τῶν πετρῶν, καὶ διέφθειρεν. ἔνιοι δ' ἀφ' ἑαυτοῦ πεσεῖν φασι σφαλέντα μετὰ δεῖπνον, ὥσπερ εἰώθει, περιπατοῦντα. καὶ παραυτίκα μὲν οὐδεὶς ἔσχεν αὐτοῦ λόγον οὐδένα τεθνηκότος· ἀλλὰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Μενεσθεύς, οἱ δὲ παῖδες ἰδιω-

dum prorſus amicis ejus oppreſſis. Ac quæcunque delubra ante ſibi fuerant à civitate aſſignata, cuncta Herculi, quatuor demtis, ſacravit, dixitque pro Theſeis Herculea, ut autor Philochorus eſt. Sed quum mox priſtino more intenderet imperare & præeſſe Reipublicæ, in ſeditiones incurrit & motus. Quos vero infenſos ſibi reliquerat, quum comperiſſet eos, præterquam quod ſe odiſſent, inſuper timorem abjeciſſe ſui, & populum magna ex parte animadverteret perverſum, neque jam ſine ſtrepitu parentem, ſed blande poſtulantem agi ſecum, conatus vim adhibere, factionibus eſt & ſeditionibus repreſſus. Demum rebus deploratis liberos in Eubœam clam ad Elephenora Chalcodontis miſit. Mox in Gargetto devotis Athenienſium capitibus, ubi nunc Araterion (quod vocant) eſt, in Scyrum navigavit: quod amicitia ei cum incolis (ut arbitrabatur) & prædia paterna in illa eſſent inſula. Obtinebat ea tempeſtate regnum in Scyrios Lycomedes. Ad hunc poſtquam ſe contulit, poſtulavit agros reddi ſibi, quaſi illic commoraturus. Aliqui eum referunt auxilium ab illo contra Athenienſes flagitaſſe. At Lycomedes, ſive quod gloriam tanti viri vereretur, ſive ut ſtudium ſuum probaret Menestheo, eduxit in rupem ejus agri Theſeum, tanquam inde prædia ei monſtraturus, & de ſaxo præcipitatum interemit. Nonnulli ſua ſponte ferunt prolapſum, cum a cœna in deambulando pro more ſuo offenſaſſet. Atque in præſentia quidem nemo ullam habuit mortui rationem, ſed regnavit Athenis Meneſtheus. Filii ejus

ἰδιωτεύοντες Ἐλεφήνορι συνεστράτευσαν εἰς Ἴλιον. ἐκεῖ δὲ Μενεσθέως ἀποθανόντος, ἐπανελθόντες αὐτοὶ τὴν βασιλείαν ἀνεκομίσαντο. χρόνοις δ' ὕστερον Ἀθηναίους ἄλλα τε παρέστησεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησέα, καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων, ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον.


Μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδωνος ἄρχοντος μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ, καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. ἦν δὲ καὶ λαβεῖν ἀπορία, καὶ γνῶναι τὸν τάφον, ἀμιξίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κίμων ἑλὼν τὴν νῆσον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν, ἀετοῦ τινα τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος, ὥς φασι, τῷ στόματι καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι, θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας, ἀνέσκαψεν. εὑρέθη δὲ θήκη τε μεγάλου σώματος, αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ, καὶ ξίφος. κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους, ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον· ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας, ὡς καὶ τοῦ Θησέως προστατικοῦ τινος καὶ βοηθητικοῦ γενομένου, καὶ προσδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις. θυσίαν δὲ ποιοῦσιν αὐτῷ τὴν μεγίστην ὀγδόῃ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἐκ Κρήτης ἐπανῆλθεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις

ejus privatam vitam agentes, Elephenora ab bellum Trojanum ſecuti ſunt. Defuncto illic Meneſtheo, reverſi regnum reſumpſere. Poſterioribus ſeculis viſum Athenienſibus eſt, cum aliis ex cauſis, honorem, ut heroi, Theſeo tribuere, tum quod milites, qui in acie Marathonia adverſus Medos ſteterunt, non pauci viſi ſint ſpeciem in armis Theſei ante ſigna conſpicere in barbaros ruentem.

Poſt bellum Medicum, Phædone Archonte, conſulentibus Apollinem Athenienſibus, reſpondit Pythia, ut oſſa Theſei colligerent, & collocata apud ſe ſervarent honorifice. Erat vero & auferre illa & noſſe conditorium res difficilis, propter inhoſpitalitatem & feritatem incolentium barbarorum. Nihilominus tamen Cimon, cum ei capta hac inſula, ut in vita ejus recenſuimus, cupido inceſſiſſet eruendi oſſa illius, & aquila locum clivoſum ore (uti fama eſt) tundente, & fodiente unguibus, divina quadam ſorte rem animo penſitaret, aperuit locum. Reperti ſunt magni corporis loculi, adjacenſque haſta ænea cum enſe. Hæc a Cimone in triremi ſua deportata, ovantes Athenienſes, eximia celebritate & ſacrificiis, ſicut ipſum reducem ad urbem exceperunt; ac media conditus eſt urbe prope gymnaſium quod nunc eſt. Eſt id perfugium inviolabile ſervis & omnibus demiſſioribus, timentibuſque potentiores: quippe quod tutelaris Theſeus atque auxiliaris fuiſſet, & benigne abjectorum accepiſſet preces. Sacrum maximum ei exhibent octavo die menſis Pyanepſionis, quo ex Creta rediit cum impuberibus. Attamen & aliorum menſium octavo quoque die colunt

ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ περιηγητής· ἢ νομίζοντες ἑτέρου μᾶλλον ἐκείνῳ προσήκειν τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐκ Ποσειδῶνος γεγονέναι λεγομένῳ. καὶ γὰρ Ποσειδῶνα ταῖς ὀγδόαις τιμῶσιν. ἡ γὰρ ὀγδοὰς, κύβος ἀπ' ἀρτίου πρῶτος οὖσα, καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον καὶ δυσκίνητον οἰκεῖον ἔχει τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὃν Ἀσφάλιον καὶ Γαιήοχον προσονομάζομεν.

colunt eum: vel quod primum ex Trœzene octavo Hecatombæonis (ut memoriæ tradidit Diodorus Periegetes) appulisset, vel quod illi præcipue hic numerus, qui ortus diceretur ex Neptuno, attribuendus esset: etenim Neptunum octavis celebrant. Numerus enim octonarius, qui cubus ex pari primus est, & primi quadrati geminus, propriam repræsentat stabilitatem & soliditatem virtutis illius Dei quem Asphalium & Gaieochum appellamus.



ΡΩΜΥΛΟΣ.

Penes Duc. de Devon.

ΡΩΜΥΛΟΣ.

Τὸ μέγα τῆς Ῥώμης ὄνομα, καὶ δόξῃ διὰ πάντων ἀνθρώπων κεχωρηκὸς, ἀφ' ὅτου καὶ δι' ἣν αἰτίαν τῇ πόλει γέγονεν, οὐχ ὡμολόγηται παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν. ἀλλ' οἱ μὲν, Πελασγοὺς ἐπὶ πλεῖστα τῆς οἰκουμένης πλανηθέντας, ἀνθρώπων τε πλείστων κρατήσαντας, αὐτόθι κατοικῆσαι, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ῥώμην, οὕτως ὀνομάσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ, Τροίας ἁλισκομένης, διαφυγόντας ἐνίους καὶ πλοίων ἐπιτυχόντας, ὑπὸ πνευμάτων τῇ Τυρρηνίᾳ προσπεσεῖν φερομένους, καὶ περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν ὁρμίσασθαι. ταῖς δὲ γυναιξὶν αὐτῶν ἀπορουμέναις ἤδη καὶ δυσανασχετούσαις πρὸς τὴν θάλασσαν, ὑποθέσθαι μίαν, ἣ καὶ γένει προὔχειν καὶ φρονεῖν ἐδόκει μάλιστα, Ῥώμην ὄνομα, καταπρῆσαι τὰ πλοῖα· πραχθέντος δὲ τούτου, πρῶτον μὲν ἀγανακτεῖν τοὺς ἄνδρας, ἔπειτα δι' ἀνάγκην ἱδρυνθέντας περὶ τὸ Παλλάντιον, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ κρεῖττον ἐλπίδος ἔπραττον, ἀγαθῆς πεπειραμένοι χώρας, καὶ δεχομένων αὐτοὺς τῶν περιοίκων, ἄλλην τε τιμὴν

ἀπ'

INGENS Romæ nomen, quod gloria est apud omnes gentes pervagatum, haud convenit inter scriptores, a quo urbs & qua de causa invenerit. Sed Pelasgos, quum majorem partem percursassent orbis, plurimasque devicissent nationes, eam oram quidam autores sunt tenuisse, atque ex suo in armis robore, urbem Romam dixisse. Alii, capta Troja, nonnullos profugos, quum naves essent nacti, ad Hetruriam vi ventorum expulsos, circa Tyberim amnem anchoras jecisse: ubi uxoribus eorum fatiscentibus, pelagique pertæsis jactationis, unam quæ & genere clarior cæteris esse & præcellere mente videbatur, Romam nomine, ut classem incenderent suggessisse: id viros primum ægre tulisse: Deinde cum necessario sedes circa Palatium posuissent, & brevi supra spem succederent omnia: quod agri fertilitatem miram sentirent, reciperent etiam ipsos accolæ: cum alios Romæ honores

tri-

ἀπονέμειν τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς, ὡς αἰτίας, προσαγορεύειν. ἐξ ἐκείνου τε παραμένειν λέγουσι τὸ, τοὺς συγγενεῖς τὰς γυναῖκας καὶ οἰκείους ἄνδρας ἀσπάζεσθαι τοῖς στόμασι· καὶ γὰρ ἐκείνας, ὅτε τὰ πλοῖα κατέπρησαν, οὕτως ἀσπάζεσθαι καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, δεομένας αὐτῶν καὶ παραιτουμένας τὴν ὀργήν.

Ἄλλοι δὲ Ῥώμην, Ἰταλοῦ θυγατέρα καὶ Λευκαρίας, οἱ δὲ, Τηλέφου τοῦ Ἡρακλέους, Αἰνείᾳ γαμηθεῖσαν· οἱ δ' Ἀσκανίου, τοῦ Αἰνείου, λέγουσι τοὔνομα θέσθαι τῇ πόλει· οἱ δὲ, Ῥωμανὸν, Ὀδυσσέως παῖδα καὶ Κίρκης, οἰκίσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ, Ῥῶμον ἐκ Τροίας ὑπὸ Διομήδους ἀποσταλέντα τὸν Ἠμαθίωνος· οἱ δὲ, Ῥῶμον Λατίνων τύραννον, ἐκβαλόντα Τυρρηνοὺς, τοὺς εἰς Λυδίαν μὲν ἐκ Θετταλίας, ἐκ δὲ Λυδίας εἰς Ἰταλίαν παραγενομένους. οὐ μὴν οὐδ' οἱ Ῥωμύλον τῷ δικαιοτάτῳ τῶν λόγων ἀποφαίνοντες ἐπώνυμον τῆς πόλεως, ὁμολογοῦσι περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ Αἰνείου καὶ Δεξιθέας τῆς Φόρβαντος υἱὸν ὄντα νήπιον εἰς Ἰταλίαν κομισθῆναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ῥῶμον· ἐν δὲ τῷ ποταμῷ πλημμύραντι τῶν ἄλλων σκαφῶν διαφθαρέντων, ἐν ᾧ δὲ ἦσαν οἱ παῖδες, εἰς μαλακὴν ἀποκλινθέντος ὄχθην ἀτρέμα, σωθέντας ἀπροσδοκήτως, ὀνομασθῆναι Ῥώμην. οἱ δὲ, Ῥώμην θυγατέρα τῆς Τρῳάδος ἐκείνης Λατίνῳ τῷ Τηλεμάχου γαμηθεῖσαν, τεκεῖν τὸν Ῥωμύλον· οἱ δὲ, Αἰμυλίαν τὴν Αἰνείου καὶ Λαβινίας, Ἄρει συγγενομένην· οἱ δὲ μυθώδη παντάπασι περὶ τῆς γενέσεως διεξίασι. Ταρχετίῳ γὰρ Ἀλβανῶν βασιλεῖ παρανομωτάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ φάσμα δαιμόνιον οἴκοι γενέσθαι· φαλλὸν γὰρ ἐκ τῆς ἑστίας ἀνασχεῖν, καὶ διαμένειν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας· εἶναι δὲ Τηθύος ἐν Τυρρηνίᾳ χρηστήριον, ἀφ' οὗ κομισθῆναι

tribuisse, tum vero ejus, ut authoris, urbi nomen indidisse. Inde posteris quoque morem perhibent traditum, ut propinquos fœminæ & viros suos salutent osculo: quod illæ post classem inflammatam deprecantes viros & iram eorum mulcentes, ita eos salutavissent & amplexi essent.

Sunt qui Itali & Leucariæ filiam Romam, sunt qui Telephi Herculis filii filiam Æneæ nuptam, alii Ascanii Æneæ filiam urbi aiunt nomen dedisse: alii Ulyssis & Circes filium Romanum urbem condidisse: alii Remum Æmathionis filium ab Diomede ex Troja missum: alii Remum Latinorum tyrannum, cum ejecisset Hetruscos, qui in Lydiam ex Thessalia, ex Lydia commigraverant in Italiam. Immo nec inter eos, qui probatissima adferunt, Romulum nempe contendentes urbi nomen posuisse, de origine ejus convenit. Hi Æneæ ex Dexithea gnata Phorbantis filium cum fratre Remo infantem admodum deportatum in Italiam fuisse: Cum autem scaphæ reliquæ periissent amne effuso, illa vero, in qua pueri erant, ad ripam placide delata mollem esset, præter spem salvos fuisse, atque ita eum locum Romam fuisse appellatum. Illi Romam fœminæ illius Trojanæ filiam, quæ Telemachi filio nupta Latino fuit, Romuli matrem fuisse: Æmiliam alii Æneæ & Laviniæ filiam ex Marte concepisse. Alii fabulosa plane de ejus ortu referunt, spectrum Tarchetio Albanorum regi, homini teterrimo & sævissimo, divinum domi oblatum: Genitale ex foco ejus masculini sexus extitisse, per multosque dies comparuisse, atque oraculo, quod in Hetruria Tethydis erat, responsum: ut

θῆναι τῷ Ταρχετίῳ χρησμὸν, ὥστε συμμῖξαι τῷ φάσματι παρθένον· ἔσεσθαι γὰρ ἐξ αὐτῆς παῖδα κλεινότατον, ἀρετῇ καὶ τύχῃ καὶ ῥώμῃ διαφέροντα. φράσαντος οὖν τὸ μάντευμα τοῦ Ταρχετίου μιᾷ τῶν θυγατέρων, καὶ συγγενέσθαι τῷ φαλλῷ προστάξαντος, αὐτὴν μὲν ἀπαξιῶσαι, θεράπαιναν δὲ εἰσπέμψαι. τὸν δὲ Ταρχέτιον, ὡς ἔγνω, χαλεπῶς φέροντα, συλλαβεῖν μὲν ἀμφοτέρας ἐπὶ θανάτῳ, τὴν δ' Ἑστίαν ἰδόντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἀπαγορεύουσαν αὐτῷ τὸν φόνον, ἱστόν τινα παρεγγυῆσαι ταῖς κόραις ὑφαίνειν δεδεμέναις, ὡς ὅταν ἐξυφήνωσι, τότε δοθησομένας πρὸς γάμον. ἐκείνας μὲν οὖν δι' ἡμέρας ὑφαίνειν, ἑτέρας δὲ νύκτωρ, τοῦ Ταρχετίου κελεύοντος, ἀναλύειν τὸν ἱστόν. ἐκ δὲ τοῦ φαλλοῦ τῆς θεραπαινίδος τεκούσης δίδυμα, δοῦναί τινι Τερατίῳ τὸν Ταρχέτιον ἀνελεῖν κελεύσαντα. τὸν δὲ θεῖναι φέροντα τοῦ ποταμοῦ πλησίον, εἶτα λύκαιναν μὲν ἐπιφοιτᾶν μαστὸν διδοῦσαν, ὄρνιθας δὲ παντοδαπὰς ψωμίσματα κομίζοντας, ἐντιθέναι τοῖς βρέφεσιν· ἄχρις οὗ βουκόλον ἰδόντα καὶ θαυμάσαντα, τολμῆσαι προσελθεῖν, καὶ ἀνελέσθαι τὰ παιδία· τοιαύτης δὲ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς γενομένης, ἐκτραφέντας ἐπιθέσθαι τῷ Ταρχετίῳ καὶ κρατῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν Προμαθίων τις, ἱστορίαν Ἰταλικὴν συντεταγμένος, εἴρηκε.

Τοῦ δὲ πίστιν ἔχοντος λόγου μάλιστα καὶ πλείστους μάρτυρας, τὰ μὲν κυριώτατα πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκε Διοκλῆς Πεπαρήθιος, ᾧ καὶ Φάβιος Πίκτωρ ἐν τοῖς πλείστοις ἐπηκολούθησε. γεγόνασι δὲ καὶ περὶ τούτων ἕτεραι διαφοραί· τύπῳ δὲ εἰπεῖν, τοιοῦτός ἐστι· τῶν ἀπ' Αἰνείου γεγονότων ἐν Ἄλβῃ βασιλέων εἰς ἀδελφοὺς δύο, Νομήτορα καὶ Ἀμούλιον, ἡ διαδοχὴ καθῆκεν. Ἀμουλίου δὲ νείμαντος τὰ πάντα δίχα, τῇ βασιλείᾳ τὰ χρήματα καὶ τὸν ἐκ

ut virgo cum ſpectro coiret, ex qua filium virtute clariſſimum, fortunaque & robore oriturum inſignem. Hoc reſponſum Tarchetius cum uni ex filiabus expoſuiſſet, juſſiſſetque cum genitali illo ut jungeret ſe: eam, quod aſpernaretur, ſummiſiſſe ancillam: Tarchetium, ut reſcivit, graviter offenſum ambas in vincula conjeciſſe, morte vindicaturum. Sed cum Veſta illi in ſomnio oblata, deterruiſſet eum a cæde, telam in vinculis texere puellas juſſiſſe, ea lege ut ea detexta in nuptias darentur: atque illas texuiſſe interdiu, nocte mandato Tarchetii alias retexere telam ſolitas: Cum ancilla ex genitali illo geminos eſſet enixa, Teratio cuidam Tarchetium necandos tradidiſſe. Illum ad fluvii ripam eos expoſuiſſe, lupam inde accurrentem lactaſſe, aveſque diverſi generis alimenta minuta ori indidiſſe: bubulcum tandem re cum admiratione conſpecta accedere auſum, infantes ſuſtuliſſe: Ad hunc modum ſalvos eductos invaſiſſe eos Tarchetium, & ſuperaſſe. Hæc Promathion quidam in hiſtoria quam ſcripſit de rebus Italicis, retulit.

Cæterum receptiſſimæ hiſtoriæ & a plurimis approbatæ, Peparethius Diocles præcipua quæque primus apud Græcos edidit, quæ in pleriſque Fabius Pictor ſequitur. Et quanquam hic quoque varient, ut breviter tamen abſolvam, narratio hujuſcemodi eſt. Ex Æneæ poſteris, qui Albæ regnarunt, ad duos fratres regnum devenit, Numitorem & Amulium. Univerſo patrimonio ab Amulio in ſortes diviſo duas, regnoque cum pecunia & advecto Troja

ἐκ Τροίας κομισθέντα χρυσὸν ἀντιτιθέντος, εἵλετο τὴν βασιλείαν ὁ Νομήτωρ. ἔχων οὖν ὁ Ἀμούλιος τὰ χρήματα, καὶ πλέον ἀπ' αὐτῶν δυνάμενος τοῦ Νομήτορος, τήν τε βασιλείαν ἀφείλετο ῥᾳδίως, καὶ φοβούμενος ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γενέσθαι παῖδας, ἱέρειαν τῆς Ἑστίας ἀπέδειξεν, ἄγαμον καὶ παρθένον ἀεὶ βιωσομένην. ταύτην οἱ μὲν, Ἰλίαν, οἱ δὲ, Ῥέαν, οἱ δὲ, Σιλουΐαν ὀνομάζουσι. φωρᾶται δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον κύουσα παρὰ τὸν καθεστῶτα ταῖς Ἑστιάσι νόμον. καὶ τὸ μὲν ἀνήκεστα μὴ παθεῖν αὐτὴν, ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ Ἀνθὼ παρῃτήσατο, δεηθεῖσα τοῦ πατρός· εἵρχθη δὲ, καὶ δίαιταν εἶχεν ἀνεπίμικτον, ὅπως μὴ λάθῃ τεκοῦσα τὸν Ἀμούλιον. ἔτεκε δὲ δύο παῖδας ὑπερφυεῖς μεγέθει καὶ κάλλει. δι' ὃ καὶ μᾶλλον ὁ Ἀμούλιος φοβηθεὶς ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὑπηρέτην λαβόντα ῥίψαι. τοῦτον ἔνιοι Φαιστύλον ὀνομάζεσθαι λέγουσιν, οἱ δ' οὐ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν ἀνελόμενον. ἐνθέμενος οὖν εἰς σκάφην τὰ βρέφη, κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς ῥίψων, ἰδὼν δὲ κατιόντα πολλῷ ῥεύματι καὶ τραχυνόμενον, ἔδεισε προσελθεῖν· ἐγγὺς δὲ τῆς ὄχθης καταθεὶς, ἀπηλλάσσετο. τοῦ δὲ ποταμοῦ κατακλύζοντος, ἡ πλημμύρα τὴν σκάφην ὑπολαβοῦσα καὶ μετεωρίσασα πρᾴως, κατήνεγκεν εἰς χωρίον ἐπιεικῶς μαλθακὸν, ὃ νῦν Κερμανὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν, ὡς ἔοικεν, ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, Γερμανοὺς ὀνομάζουσιν.

Ἦν δὲ πλησίον ἐρινεὸς, ὃν Ῥωμινάλιον ἐκάλουν, ἢ διὰ τὸν Ῥωμύλον, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ἢ διὰ τὸ τὰ μηρυκώμενα τῶν θρεμμάτων ἐκεῖ διὰ τὴν σκιὰν ἐνδιάζειν, ἢ μάλιστα διὰ τὸν τῶν βρεφῶν θηλασμόν· ὅτι τήν

τε

Troja auro comparato, sumpsit regnum Numitor. Amulii cum essent ex divitiis quam Numitoris ampliores opes, facile eum regno exuit: ejusque filiam, ne prolem haberet, veritus, Vestæ sacerdotem constituit, ut in perpetuo cælibatu & virginitate viveret: quam Iliam alii vocant, alii Ream: sunt & qui Sylviam. Non multo post deprehenditur contra Virginum Vestalium legem prægnans. Ne ultimo supplicio afficeretur, regis filia a patre precibus Antho obtinuit: in custodiam tamen, ne inscio Amulio pareret, data est, & remota ab hominum consortio. Illa gemellos edidit mira corporis proceritate & specie. Qua re magis Amulius commotus imperat ministro ut eos exponat. Huic Faustulo quidam nomen: alii autem non huic, verum ei qui hos sustulit, fuisse tradunt. Minister igitur infantes imposuit alveo, atque expositurus eos descendit ad fluvium: quem inflatum cum cerneret & rapidum, non est ausus accedere, sed ad proxima ripæ expositis, recessit. Fluvio evagato, suscipiens alveum alluvies, & leniter subvehens in locum detulit satis mollem; Cermanum vocant nunc, quondam, ut videtur, Germanum, quoniam fratres Germanos appellant.

Erat juxta ficus, quam Ruminalem dicebant, ut multorum est opinio, a Romulo: vel quia pecora ruminantia illic propter umbram meridiantur, vel, quod maxime probatur, propter puerorum lactationem. Mammam

enim

τε θηλὴν ῥοῦμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοί, καὶ Θεόν τινα τῆς ἐκτροφῆς τῶν νηπίων ἐπιμελεῖσθαι δοκοῦσαν ὀνομάζουσι Ῥωμυλίαν, καὶ θύουσιν αὐτῇ νηφάλια, καὶ γάλα τοῖς ἱεροῖς ἐπισπένδουσιν. ἐνταῦθα δὲ τοῖς βρέφεσι κειμένοις τήν τε λύκαιναν ἱστοροῦσι θηλαζομένην, καὶ δρυοκολάπτην τινὰ παρεῖναι συνεκτρέφοντα καὶ φυλάττοντα. νομίζεται δ' Ἄρεος ἱερὰ τὰ ζῶα· τὸν δὲ δρυοκολάπτην καὶ διαφερόντως Λατῖνοι σέβονται καὶ τιμῶσιν· ὅθεν οὐχ ἥκιστα πίστιν ἔσχεν ἡ τεκοῦσα τὰ βρέφη, τεκεῖν ἐξ Ἄρεος φάσκουσα. καίτοι τοῦτο παθεῖν αὐτὴν ἐξαπατηθεῖσαν λέγουσιν, ὑπὸ τοῦ Ἀμουλίου διαπαρθενευθεῖσαν, ἐν ὅπλοις ἐπιφανέντος αὐτῇ καὶ συναρπάσαντος. οἱ δὲ, τοὔνομα τῆς τροφοῦ δι' ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκτροπὴν τῇ φήμῃ παρασχεῖν. λούπας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηλειῶν τὰς λυκαίνας, καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας· εἶναι δὲ τοιαύτην τὴν Φαιστύλου γυναῖκα τοῦ τὰ βρέφη θρέψαντος, Ἄκκαν Λαρεντίαν ὄνομα. ταύτῃ δὲ καὶ θύουσι Ῥωμαῖοι, καὶ χοὰς ἐπιφέρει τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς αὐτῇ ὁ τοῦ Ἄρεος ἱερεὺς, καὶ Λαρεντίαν καλοῦσι τὴν ἑορτήν.

Ἑτέραν δὲ τιμῶσι Λαρεντίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης· ὁ νεωκόρος τοῦ Ἡρακλέους ἀλύων, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ σχολῆς προὔθετο πρὸς τὸν Θεὸν διακυβεύειν, ὑπειπὼν ὅτι νικήσας μὲν αὐτὸς, ἕξει τι παρὰ τοῦ Θεοῦ χρηστόν· ἡττηθεὶς δὲ τῷ Θεῷ τράπεζαν ἄφθονον παρέξει, καὶ γυναῖκα καλὴν συναναπαυσομένην. ἐπὶ τούτοις, τὰς μὲν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ τιθεὶς, τὰς δ' ὑπὲρ αὐτοῦ ψήφους, ἀνεφάνη νικώμενος. εὐσυνθετεῖν δὲ βουλόμενος, καὶ δικαιῶν ἐμμένειν τοῖς ὁρισθεῖσι, δεῖπνόν τε τῷ Θεῷ παρεσκεύασε, καὶ τὴν Λαρεντίαν οὖσαν ὡραίαν, οὔπω δ' ἐπιφανῆ μισθωσάμενος,

enim vocabant Rumam priſci, & Deam quandam infantium educationis præſidem Rumiliam dicunt, eique ſacrificium faciunt abſque vino, in quo lac libant. Ad pueros ibi jacentes lupam tradunt lactantem curſum flexiſſe, & picum Martium nutriendis & ſervandis præſto fuiſſe. Marti ea animalia ſacra habentur. Picum Martium præcipuo honore venerantur Latini: unde puerperæ major habita fides ex Marte peperiſſe ſe aſſeveranti. Quamvis in hoc eam deceptam ferant ab Amulio, qui armatus eam ſtupraverat, in eam opinionem veniſſe. Sunt qui ferant nutricis nomen ex vocis ambiguitate fabulæ locum dediſſe. Lupas enim Latini præter notam ſignificationem etiam vocabant eas quæ corpus vulgabant: cujuſcemodi Fauſtuli uxorem puerorum nutritii fuiſſe Accam Larentiam nomine. Huic etiam ſacra Romani faciunt, & menſe Aprili flamen Martialis libat, & Larentialia vocant feſtum.

Alteram item colunt Larentiam ex cauſa hujuſcemodi. Herculis æditiuus forte otii fallendi cauſa, cum Deo talis ludere ſtatuit hac lege, ſi viciſſet, ut ille quippiam ſibi conferret boni: victus ut Deo ipſe lautum epulum & concubitum præberet formoſæ mulieris. In hanc legem, jacit pro Deo, inde pro ſe. Victus cum ſtare pactis, & conditioni vellet conventæ ſatisfacere, cœnam Deo inſtruxit, Larentiamque formoſam puellam nondum famoſam mercede conductam lecto ſtrato

μένος, εἱστίασεν ἐν τῷ ἱερῷ κλίνην ὑποστορέσας· καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον συνεῖρξεν, ὡς δὴ τοῦ Θεοῦ ἕξοντος αὐτήν. καὶ μέντοι καὶ τὸν Θεὸν ἐντυχεῖν λέγεται τῇ γυναικὶ, καὶ κελεῦσαι βαδίζειν ἕωθεν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, καὶ τὸν ἀπαντήσαντα πρῶτον, ἀσπασαμένην ποιεῖσθαι φίλον. ἀπήντησεν οὖν αὐτῇ τῶν πολιτῶν ἀνὴρ ἡλικίας τε πόῤῥω ἥκων, καὶ συνειλοχὼς οὐσίαν ἱκανήν· ἄπαις δὲ καὶ βεβιωκὼς ἄνευ γυναικὸς, ὄνομα Ταῤῥούτιος. οὗτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν, καὶ ἠγάπησε, καὶ τελευτῶν ἀπέλιπε κληρονόμον ἐπὶ πολλοῖς καὶ καλοῖς κτήμασιν, ὧν ἐκείνη τὰ πλεῖστα τῷ δήμῳ κατὰ διαθήκας ἔδωκε. λέγεται δὲ αὐτὴν ἔνδοξον οὖσαν ἤδη, καὶ θεοφιλῆ νομιζομένην, ἀφανῆ γενέσθαι περὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐν ᾧ καὶ τὴν προτέραν ἐκείνην Λαρεντίαν κεῖσθαι. καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Βήλαυρον, ὅτι τοῦ ποταμοῦ πολλάκις ὑπερχεομένου, διεπεραιοῦντο πορθμίοις κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον εἰς ἀγοράν· τὴν δὲ πορθμίαν, βηλατοῦραν καλοῦσιν. ἔνιοι δὲ λέγουσι τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ἐξ ἀγορᾶς πάροδον ἱστίοις καταπεταννύναι τοὺς τὴν θέαν παρέχοντας, ἐντεῦθεν ἀρχομένους. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ ἱστίον βῆλον ὀνομάζουσι. διὰ ταῦτα μὲν ἔχει τιμὰς ἡ δευτέρα Λαρεντία παρὰ Ῥωμαίοις.

Τὰ δὲ βρέφη Φαιστύλος Ἀμουλίου συφορβὸς ἀνείλετο λαθὼν ἅπαντας· ὡς δ' ἔνιοι φασὶ τῶν εἰκότων ἐχόμενοι μᾶλλον, εἰδότος τοῦ Νομήτορος καὶ συγχορηγοῦντος τροφὰς κρύφα τοῖς τρέφουσι. καὶ γράμματα λέγονται καὶ τἆλλα μανθάνειν οἱ παῖδες εἰς Γαβίους κομισθέντες, ὅσα χρὴ τοὺς εὖ γεγονότας. κληθῆναι δὲ καὶ τούτους ἀπὸ τῆς θηλῆς ἱστοροῦσι Ῥωμύλον καὶ Ῥῶμον, ὅτι θηλάζοντες ὤφθησαν τὸ θηρίον. ἡ μὲν οὖν ἐν τοῖς σώμασιν εὐγένεια, καὶ νηπίων ὄντων,

ſtrato convivio excepit in templo; ubi poſt cœnam concluſit eam, ut Deus ipſâ frueretur. Fama tenet Herculem cum puella congreſſum, juſſiſſe ei ad forum mane ſe conferret, & in quem incidiſſet primum, eum oſculo dato amicitia ſibi jungeret. Occurrit ei quidam ex civibus magnus natu & opulentus, liberis orbus, qui hactenus ætatem in cælibatu egerat, nomine Tarrutius. Hic Larentiam complexus eſt ac dilexit, multorumque & lautorum prædiorum reliquit moriens hæredem, quæ illa pleraque populo legavit. Hæc cum jam celebri nomine eſſet atque a Deo dilecta, traditur ex hominum ablata conſpectu, quo loco prior Larentia humata eſt. Velabrum nunc vocant ex eo, quod in crebris fluvii exundationibus trajectus eo loco in forum eſſet. Trajectum velaturam vocant. Alii deducunt à velo: quod qui munus populo exhibent, inde velis viam, quæ a foro fert in circum maximum, adumbrent. Hac de cauſa Larentia altera apud Romanos colitur.

Fauſtulus infantes, Amulii ſubulcus, clam omnibus ſuſtulit. Alii veritati conſona magis referunt, conſcio Numitore, & alimenta ſuppeditante ſecreto nutritiis, pueros literis omnique liberali diſciplina Gabiis inſtitutos: qui tradunt præterea, quia ſugentes viſi eſſent lupam, à papilla Romulum & Remum vocatos. Horum illico in prima etiam ætate corporis præſtantia indolem ex proceritate

tate

ὄντων, εὐθὺς ἐξέφαινε μεγέθει καὶ ἰδέᾳ τὴν φύσιν. αὐξόμενοι δέ, θυμοειδεῖς ἦσαν ἀμφότεροι καὶ ἀνδρώδεις, καὶ φρονήματα πρὸς τὰ φαινόμενα δεινά, καὶ τόλμαν ὅλως ἀνέκπληκτον ἔχοντες· ὁ δὲ Ῥωμύλος γνώμῃ τε χρῆσθαι μᾶλλον ἐδόκει, καὶ πολιτικὴν ἔχειν σύνεσιν, ἐν ταῖς περὶ νομὰς καὶ κυνηγίας πρὸς τοὺς γειτνιῶντας ἐπιμιξίαις πολλὴν ἑαυτοῦ παρέχων κατανόησιν ἡγεμονικοῦ μᾶλλον ἢ πειθαρχικοῦ φύσει γεγονότος. διὸ τοῖς μὲν ὁμοφύλοις ἢ ταπεινοτέροις προσφιλεῖς ἦσαν, ἐπιστάτας δὲ καὶ διόπους βασιλικοὺς καὶ ἀγελάρχας, ὡς μηδὲν αὐτῶν ἀρετῇ διαφέροντας, ὑπερφρονοῦντες, οὔτ᾽ ἀπειλῆς ἐφρόντιζον, οὔτε ὀργῆς. ἐχρῶντο δὲ διατριβαῖς καὶ διαίταις ἐλευθερίοις, οὐ τὴν σχολὴν ἐλευθέριον ἡγούμενοι καὶ τὴν ἀπονίαν, ἀλλὰ γυμνάσια καὶ θήρας καὶ δρόμους, καὶ τὸ λῃστὰς ἀλέξασθαι, καὶ κλῶπας ἑλεῖν, καὶ βίας ἐξελέσθαι τοὺς ἀδικουμένους. ἦσαν δὴ διὰ ταῦτα περιβόητοι.

Γενομένης δέ τινος πρὸς τοὺς Νομήτορος βουκόλους τοῖς Ἀμουλίου διαφορᾶς, καὶ βοσκημάτων ἐλάσεως, οὐκ ἀνασχόμενοι, συγκόπτουσι μὲν αὐτοὺς καὶ τρέπονται, ἀποτέμνονται δὲ τῆς λείας συχνήν. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Νομήτορος, ὠλιγόρουν· συνῆγον δὲ καὶ προσεδέχοντο πολλοὺς μὲν ἀπόρους, πολλοὺς δὲ δούλους, θράσους ἀποστατικοῦ καὶ φρονήματος ἀρχὰς ἐνδιδόντες. τοῦ δὲ Ῥωμύλου πρός τινα θυσίαν ἀποτραπομένου, καὶ γὰρ ἦν φιλοθύτης καὶ μαντικός, οἱ τοῦ Νομήτορος βοτῆρες τῷ Ῥώμῳ, μετ᾽ ὀλίγον βαδίζοντι προστυχόντες ἐμάχοντο. καὶ γενομένων πληγῶν καὶ τραυμάτων ἐν ἀμφοτέροις, ἐκράτησαν οἱ τοῦ Νομήτορος, καὶ συνέλαβον ζῶντα τὸν Ῥῶμον. ἀναχθέντος οὖν αὐτοῦ πρὸς τὸν

tate & forma ostendit: & quum adolescerent, acres ambo & fortes, atque ad objecta pericula magnanimi fuerunt, planeque intrepidi. Romulus tamen præcellentior consilio & civili prudentia habebatur, in pascendo venandoque, vicinis quibuscum haberet commercium, magnam de se opinionem præbens, ad imperandum se quam ad parendum natum potius esse. Itaque popularibus & humilioribus grati esse, villicos regios, procuratores & pecoris magistros, ut nihilo se præcellentiores contemnere, nec minis eorum moveri vel ira: in exercitiis & studiis liberalibus frequentes esse, ab otio & inertia, ut re sordida, abhorrentes: amplecti autem labores, venationem, cursus: latrones propulsare, fures prehendere, & afflictos ab injuria vindicare. Hinc adolescentibus magnum nomen.

Exorta aliquando inter Numitoris & Amulii pastores contentione, pecoribusque abactis a Numitoris bubulcis, non tulerunt eam injuriam, sed ceciderunt eos & in fugam verterunt, exueruntque magna ex parte præda, nihil Numitoris morati indignationem. Gregem inde inopum & servorum cogunt recipiuntque, ut res iis autoribus spectare ad defectionem & audax facinus videretur. Quum esset autem sacrificandi & augurandi Romulus studiosus, eo forte in sacrificio occupato, invadunt Numitoris pastores iter cum parvo comitatu facientem Remum. Dum ictus & vulnera utrinque inferuntur, vincunt Numitoris pastores, ac Remum capiunt. Raptum ad

τὸν Νομήτορα, καὶ κατηγορηθέντος, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐκόλασε, χαλεπὸν ὄντα δεδιὼς τὸν ἀδελφὸν, ἐλθὼν δὲ πρὸς ἐκεῖνον, ἐδεῖτο τυχεῖν δίκης, ἀδελφὸς ὢν καὶ καθυβρισμένος ὑπὸ οἰκετῶν ἐκείνου βασιλέως ὄντος. συναγανακτούντων δὲ τῶν ἐν Ἄλβῃ, καὶ δεινὰ πάσχειν οἰομένων τὸν ἄνδρα παρ' ἀξίαν, κινηθεὶς ὁ Ἀμούλιος αὐτῷ παραδίδωσι τῷ Νομήτορι τὸν Ῥῶμον ὅ, τι βούλοιτο χρήσασθαι. παραλαβὼν δ' ἐκεῖνος, ὡς ἧκεν οἴκαδε, θαυμάζων μὲν ἀπὸ τοῦ σώματος τὸν νεανίσκον, ὑπερφέροντα μεγέθει καὶ ῥώμῃ πάντας, ἐνορῶν δὲ τῷ προσώπῳ τὸ θαρραλέον καὶ ἰταμὸν τῆς ψυχῆς, ἀδούλωτον καὶ ἀπαθὲς ὑπὸ τῶν παρόντων, ἔργα δὲ αὐτοῦ καὶ πράξεις ὅμοια τοῖς βλεπομένοις ἀκούων, τὸ δὲ μέγιστον, ὡς ἔοικε, Θεοῦ συμπαρόντος καὶ συνεπευθύνοντος ἀρχὰς μεγάλων πραγμάτων, ἁπτόμενος ἐπινοίᾳ, καὶ τύχῃ τῆς ἀληθείας, ἀνέκρινεν ὅστις εἴη καὶ ὅπως γένοιτο, φωνῇ τε πρᾳείᾳ καὶ φιλανθρώπῳ βλέμματι πίστιν αὐτῷ μετ' ἐλπίδος ἐνδιδούς. ὁ δὲ θαρρῶν ἔλεγεν· ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψομαί σε. καὶ γὰρ εἶναι δοκεῖς Ἀμουλίου βασιλικώτερος. ἀκούεις γὰρ καὶ ἀνακρίνεις πρὶν ἢ κολάζειν, ὁ δ' ἀκρίτους ἐκδίδωσι. πρότερον μὲν ἑαυτοὺς οἰκετῶν βασιλέως Φαιστύλου καὶ Λαρεντίας ἠπιστάμεθα παῖδας· ἐσμὲν δὲ δίδυμοι. γενόμενοι δὲ ἐν αἰτίᾳ πρὸς σε, καὶ διαβολαῖς, καὶ τοῖς περὶ ψυχῆς ἀγῶσιν, ἀκούομεν μεγάλα περὶ ἑαυτῶν· εἰ δὲ πιστὰ, κρίνειν ἔοικε νῦν ὁ κίνδυνος. γοναὶ μὲν γὰρ ἡμῶν ἀπόρρητοι λέγονται, τροφαὶ δὲ καὶ τιθηνήσεις ἀτοπώτεραι νεογνῶν, οἷς ἐρρίφημεν οἰωνοῖς καὶ θηρίοις, ὑπὸ τούτων τρεφόμενοι, μαστῷ λυκαίνης καὶ δρυοκολάπτου ψωμίσμασιν ἐν σκάφῃ τινὶ κείμενοι παρὰ τὸν μέγαν ποταμόν.

ἔστι

ad se & accusatum Numitor, quia iram verebatur fratris, ipse non punivit, sed profectus ad illum, ultionem postulavit, qui frater esset regis, violatus ab ipsius famulis. Rei indignitas quum etiam Albanos motos ejus dignitate afficeret, adductus est Amulius, ut Remum fratri ad supplicium quodvis dederet. Adolescente domum ducto, corporis eximiam præter cæteros speciem & robur miratus, simul animadversa in vultu audacia & confidentia animi, imperterrita & invicta præsenti periculo: facta deinde & gesta ejus audiens, quæ congrua essent cum corpore & animo; præcipue vero, Deo scilicet præsente, & commonstrante magnarum rerum origines, fortuita quadam sagacitate veritatem assecutus interrogavit, quisnam sit, quæve ejus origo, comique alloquio & humano intuitu spem cum fiducia dat. Ille intrepide, Nihil (inquit) te celabo: namque regio animo magis mihi videris quam Amulius esse, qui ante audias & quæras quam damnes: ille tradidit inauditos. Primum regis ministrorum Faustuli & Larentiæ filios credidimus nos: gemini autem sumus. Verum ut accusati apud te sumus & calumnia circumventi, de vita ut periclitemur, mira de nobis intelligimus. Certane sint, præsens videtur periculum decreturum. Partus enim nostros secretos accipimus, incunabula & lactationem infantium etiam maxime insolitam. Aves enim & feræ, quibus objecti eramus, imprimis lupa & picus Martius, quum ad magnum fluvium in alveo jaceremus, uberibus & minutis cibariis nos nutrierunt.

ἔστι δ' ἡ σκάφη, καὶ σώζεται χαλκοῖς ὑποζώσμασι, γραμμάτων ἀμυδρῶν ἐγκεχαραγμένων· ἃ γένοιτ' ἂν ὕστερον ἴσως ἀνωφελῆ γνωρίσματα τοῖς τοκεῦσιν ἡμῶν ἀπολομένων. ὁ μὲν οὖν Νομήτωρ, ἔκ τε τῶν λόγων τούτων, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν εἰκάζων τὸν χρόνον, οὐκ ἔφυγε τὴν ἐλπίδα σαίνουσαν, ἀλλ' ἐφρόντιζεν ὅπως τῇ θυγατρὶ περὶ τούτων κρύφα συγγενόμενος φράσειεν· ἐφρουρεῖτο γὰρ ἔτι καρτερῶς.

Ὁ δὲ Φαιστύλος ἀκούσας τήν τε σύλληψιν τοῦ Ῥώμου καὶ τὴν παράδοσιν, τὸν μὲν Ῥωμύλον ἠξίου βοηθεῖν, τότε σαφῶς διδάξας περὶ τῆς γενέσεως· πρότερον δὲ ὑπῃνίττετο, καὶ παρεδήλου τοσοῦτον ὅσον προσέχοντας, μὴ μικρὸν φρονεῖν. αὐτὸς δὲ τὴν σκάφην κομίζων ἐχώρει πρὸς τὸν Νομήτορα, σπουδῆς καὶ δέους μεστὸς ὢν διὰ τὸν καιρόν. ὑποψίαν οὖν τοῖς περὶ τὰς πύλας φρουροῖς τοῦ βασιλέως παρέχων, καὶ ὑφορώμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ταραττόμενος πρὸς τὰς ἀνακρίσεις, οὐκ ἔλαθε τὴν σκάφην τῷ χλαμυδίῳ περικαλύπτων. ἦν δέ τις ἐν αὐτοῖς ἀπὸ τύχης τῶν τὰ παιδάρια ῥίψαι λαβόντων, καὶ γεγονότων περὶ τὴν ἔκθεσιν. οὗτος ἰδὼν τὴν σκάφην τότε, καὶ γνωρίσας τῇ κατασκευῇ καὶ τοῖς γράμμασιν, ἔτυχεν ὑπονοίᾳ τοῦ ὄντος· καὶ οὐ παρημέλησεν, ἀλλὰ φράσας τὸ πρᾶγμα τῷ βασιλεῖ, κατέστησεν εἰς ἔλεγχον. ἐν δὲ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἀνάγκαις ὁ Φαιστύλος οὔτ' ἀήττητον ἑαυτὸν διεφύλαξεν, οὔτε παντάπασιν ἐκβιασθείς, σώζεσθαι μὲν ὡμολόγησε τοὺς παῖδας, εἶναι δ' ἄποθεν τῆς Ἄλβης ἔφη νέμοντας· αὐτὸς δὲ τοῦτο πρὸς τὴν Ἰλίαν φέρων βαδίζειν, πολλάκις ἰδεῖν καὶ θιγεῖν, ἐπ' ἐλπίδι βεβαιοτέρᾳ τῶν τέκνων, ποθήσασαν· ὅπερ

runt. Exstat alveus & salvus est, æneis vinculis circumductus, literis inscriptus exolescentibus, quæ parentibus essent olim interitus nostri inutilia indicia. Numitoris ad verba & ætatem ex facie elucentem, tempus reputantis blanda spes animum tetigit, subiitque cura quemadmodum cum filia, quæ in arcta adhuc detinebatur custodia, remotis arbitris de his ageret.

At Faustulus, ut captum Remum & deditum accepit, Romuli implorat opem, eique tandem veram originem ipsius aperit, quam obscure ante & obiter hactenus indicaverat, quatenus illis (si animum adverterent) animos facere posset. Simul temporis necessitate festinabundus & perculsus, cum alveo contendit ad Numitorem. Venit autem in suspicionem regiæ ad portam stationi: & quum oculos in eum intenderent, atque ille trepidaret ad interrogata, detectus est quem pallio operuerat alveus. Erat forte inter eos quidam ex illis qui projiciendos acceperant pueros, & exponendis interfuerant. Hic ut alveum aspexit, agnovit eum ex forma & literis, remque suspicione attigit, quam non neglexit, sed aperuit regi, & ad quæstionem vocavit. Tantis & tam multis circumventus periculis, non omnino Faustulus infractus stetit, neque omnia tamen expressa ei fuere. Pueros ergo esse fatetur superstites, sed procul Alba pascere. Alveum se ad Iliam ferre, quæ & certiorem de liberis spem videre, & contrectare eum sæpe cupierat.

ὅπερ οὖν οἱ ταραττόμενοι καὶ μετὰ δέους ἢ πρὸς ὀργὴν πράττοντες ὁτιοῦν ἁπλῶς πάσχουσι, συνέπεσε παθεῖν τὸν Ἀμούλιον. ἄνδρα γὰρ ἄλλως τε χρηστὸν καὶ τοῦ Νομήτορος φίλον ὑπὸ σπουδῆς ἔπεμψε, διαπυθέσθαι τοῦ Νομήτορος κελεύσας εἴ τις ἥκοι λόγος εἰς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν παίδων, ὡς περιγενομένων. ἀφικόμενος οὖν ὁ ἄνθρωπος, καὶ θεασάμενος ὅσον οὔπω τὸν Ῥῶμον ἐν περιβολαῖς καὶ φιλοφροσύναις τοῦ Νομήτορος, τήν τε πίστιν ἰσχυρὰν ἐποίησε τῆς ἐλπίδος, καὶ παρεκελεύσατο τῶν πραγμάτων ὀξέως ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ συνῆν αὐτοῖς ἤδη καὶ συνέπραττεν. ὁ δὲ καιρὸς οὐδὲ βουλομένοις ὀκνεῖν παρεῖχεν. ὁ γὰρ Ῥωμύλος ἐγγὺς ἦν ἤδη, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξέθεον οὐκ ὀλίγοι τῶν πολιτῶν μίσει καὶ φόβῳ τοῦ Ἀμουλίου. πολλὴν δὲ καὶ σὺν αὐτῷ δύναμιν ἦγε συλλελοχισμένην εἰς ἑκατοστύας· ἑκάστης δὲ ἀνὴρ ἀφηγεῖτο, χόρτου καὶ ὕλης ἀγκαλίδα κοντῷ περικειμένην ἀνέχων. μανίπλα ταῦτα Λατῖνοι καλοῦσιν. ἀπ' ἐκείνου δὲ καὶ νῦν ἐν τοῖς στρατεύμασι τούτους μανιπλαρίους ὀνομάζουσιν. ἀλλὰ δὴ τοῦ μὲν Ῥώμου τοὺς ἐντὸς ἀφιστάντος, τοῦ δὲ Ῥωμύλου προσάγοντος ἔξωθεν, οὔτε πράξας οὐδὲν ὁ τύραννος οὔτε βουλεύσας σωτήριον ἑαυτῷ, διὰ τὸ ἀπορεῖν καὶ ταράττεσθαι, καταληφθεὶς ἀπέθανεν. ὧν τὰ πλεῖστα καὶ Φαβίου λέγοντος καὶ τοῦ Πεπαρηθίου Διοκλέους, ὃς δοκεῖ πρῶτος ἐκδοῦναι Ῥώμης κτίσιν, ὕποπτον μὲν ἐνίοις ἐστὶ τὸ δραματικὸν καὶ πλασματῶδες· οὐ δεῖ δ' ἀπιστεῖν, τὴν τύχην ὁρῶντας οἵων ποιημάτων δημιουργός ἐστι, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα λογιζομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐνταῦθα προὔβη δυνάμεως, μὴ θείαν τινὰ ἀρχὴν λαβόντα, καὶ μηδὲν μέγα μηδὲ παράδοξον ἔχουσαν.

Ἀμου-

pierat. Id quod usu venire perplexis solet, & illis qui metum vel iram in consilium adhibent, accidit Amulio. Quendam enim & probum virum & Numitoris amicum præ festinatione ad eum mittit quæsitum, ecquid de incolumitate puerorum intellexisset. Ille accedens ut pene hærentem jam Remum in complexibus & osculis Numitoris vidit, & spem ejus confirmavit, & ut rem graviter aggrederetur, autor fuit, simulque se illis adjunxit, & rem adjuvit. Nec tempus ullam concedebat vel volentibus prolatationem: nam Romulus jam aderat, ad quem odio & metu Amulii globus se effuderat civium. Manum etiam non contemnendam ipse adducebat in centurias distributam. Singulas unus ducebat, graminis & fruticum manipulum conto alligatum ferens. Manipulos Latini vocant: Inde manet in hodiernum diem, ut in exercitu hos manipulares appellent. At Remus, quum cives ad se traheret, Romulus vero adoriretur foris, torpidus tyrannus & attonitus, nihil est contra molitus, nec quicquam salubris consilii cepit: itaque deprehensus obtruncatur. Hæc fere quanquam & Fabius referat & Peparethius Diocles (quem puto de condita Roma primum memoriæ mandasse) suspecta quidam habent ut fabulosa & commentitia: nos, quum cernamus quanta vis sit fortunæ, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo rem Romanam sine divino aliquo auspicio & magno miraculo non fuisse eo potentiæ progressuram.

Amu-

Ἀμουλίου δὲ ἀποθανόντος, καὶ τῶν πραγμάτων καταστάντων, Ἄλβην μὲν οὔτ' οἰκεῖν μὴ ἄρχοντες, οὔτ' ἄρχειν ἐβούλοντο, τοῦ μητροπάτορος ζῶντος· ἀποδόντες δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἐκείνῳ, καὶ τῇ μητρὶ τιμὰς πρεπούσας, ἔγνωσαν οἰκεῖν καθ' ἑαυτούς, πόλιν ἐν οἷς χωρίοις ἐξ ἀρχῆς ἐνετράφησαν κτίσαντες. αὕτη γὰρ εὐπρεπεστάτη τῶν αἰτιῶν ἐστιν. ἦν δ' ἴσως ἀναγκαῖον, οἰκετῶν καὶ ἀποστατῶν πολλῶν ἠθροισμένων πρὸς αὐτούς, ἢ καταλελύσθαι παντάπασι, τούτων διασπαρέντων, ἢ συνοικεῖν ἰδίᾳ μετ' αὐτῶν. ὅτι γὰρ οὐκ ἠξίουν οἱ τὴν Ἄλβην οἰκοῦντες ἀναμιγνύναι τοὺς ἀποστάτας ἑαυτοῖς οὐδὲ προσδέχεσθαι πολίτας, ἐδήλωσε πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἔργον, οὐχ ὕβρει τολμηθέν, ἀλλὰ δι' ἀνάγκην ἑκουσίων ἀπορίᾳ γάμων· ἐτίμησαν γὰρ αὐτὰς ἁρπάσαντες, περιττῶς. ἔπειτα τῆς πόλεως τὴν πρώτην ἵδρυσιν λαμβανούσης, ἱερόν τι φύξιμον τοῖς ἀφισταμένοις κατασκευάσαντες, ὃ θεοῦ Ἀσυλαίου προσηγόρευον, ἐδέχοντο πάντας, οὔτε δεσπόταις δοῦλον, οὔτε θῆτα χρήσταις, οὔτ' ἄρχουσιν ἀνδροφόνον ἐκδιδόντες, ἀλλὰ μαντεύματι Πυθοχρήστῳ πᾶσι βεβαιοῦν τὴν ἀσυλίαν φάσκοντες· ὥστε πληθῦσαι ταχὺ τὴν πόλιν. ἐπεὶ τάς γε πρώτας ἑστίας λέγουσι τῶν χιλίων μὴ πλείονας γενέσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. ὁρμήσασι δὲ πρὸς τὸν συνοικισμὸν αὐτοῖς, εὐθὺς ἦν διαφορὰ περὶ τοῦ τόπου. Ῥωμύλος μὲν οὖν τὴν καλουμένην Ῥώμην Κουαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον, ἔκτισε, καὶ ἐκεῖνον ἐβούλετο πολίζειν τὸν τόπον· Ῥῶμος δὲ, χωρίον τι τοῦ Ἀβεντίνου καρτερόν, ὃ δι' ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη Ῥεμώνιον, νῦν δὲ Ῥιγνάριον καλεῖται. συνθεμένων δὲ τὴν ἔριν ὄρνισιν αἰσίοις βραβεῦσαι, καὶ καθεζο-

Amulio interfecto rebusque compositis, neque Albæ habitare sine imperio, neque vivo regnare avo induxerunt in animum. Quare permisso illi regno, matrique debito habito honore, ipsis consilium fuit seorsum urbis, ubi primum fuerant educati, condendæ: nam hæc mihi causa honestissima videtur. Fortassis autem quum jam servi atque exules confluxissent frequentes ad ipsos, reliquum erat, ut aut res illorum plane corruerent, si dissipati hi essent, aut ut separatim cum iis conjungerent domicilium. Nam abnuisse Albanos in corpus suum & civitatem recipere fugitivos illos & exules, constat primum ex mulierum raptu non ex libidine instituto, sed ob connubiorum difficultatem necessario facinore: coluerunt enim supra modum raptas. Mox jactis urbis fundamentis asylum aperuerunt profugis & fugitivis, quod Dei Asylæi appellaverunt; omnesque recipiebant, neque servum dominis, nec creditoribus nexum, nec magistratibus dedebant homicidam, verum inviolatum locum ex oraculo Apollinis præstare se asserebant. Ita urbs est brevi frequentata. Nam prima ædificia non amplius fuisse mille volunt. Verum de his infra. Intentis condendæ urbi illico de loco discordia intervenit. Romulus quadratam, ut vocatur, Romam condidit, atque eo in loco statuere voluit urbem. Aventini Remus munitiorem designavit partem, quod ab eo est Remonium dictum, nunc Rignarium vocitatur. Itaque litem augurio committunt. Quum di-

θεζομένων χωρὶς, ἓξ φασὶ τῷ Ῥώμῳ, διπλασίους δὲ τῷ Ῥωμύλῳ προφανῆναι γῦπας. οἱ δὲ τὸν μὲν Ῥῶμον ἀληθῶς ἰδεῖν· ψεύσασθαι δὲ τὸν Ῥωμύλον. ἐλθόντος δὲ τοῦ Ῥώμου, τότε τοὺς δώδεκα τῷ Ῥωμύλῳ φανῆναι· διὸ καὶ νῦν μάλιστα χρῆσθαι γυψὶ Ῥωμαίους οἰωνιζομένους. Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ καὶ τὸν Ἡρακλέα χαίρειν γυπὸς ἐπὶ πράξει φανέντος. ἔστι μὲν γὰρ ἀβλαβέστατον ζώων ἁπάντων, μηδὲν ὧν σπείρουσιν ἢ φυτεύουσιν ἢ νέμουσιν ἄνθρωποι, σινόμενον. τρέφεται δὲ ἀπὸ νεκρῶν σωμάτων· ἀποκτίννυσι δ᾽ οὐδὲν οὐδὲ λυμαίνεται ψυχὴν ἔχον, πτηνοῖς δὲ διὰ συγγένειαν οὐδὲ νεκροῖς πρόσεισιν. ἀετοὶ δὲ καὶ γλαῦκες καὶ ἱέρακες ζῶντα κόπτουσι τὰ ὁμόφυλα καὶ φονεύουσι. καίτοι κατ᾽ Αἰσχύλον,

Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών;

ἔτι τἆλλα μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀναστρέφεται, καὶ παρέχει διὰ παντὸς αἴσθησιν ἑαυτῶν· ὁ δὲ γὺψ σπάνιόν ἐστι θέαμα, καὶ νεοσσοῖς γυπὸς οὐ ῥᾳδίως ἴσμεν ἐντετυχηκότες· ἀλλὰ καὶ παρέσχεν ἐνίοις ἄτοπον ὑπόνοιαν ἔξωθεν αὐτοὺς ἀφ᾽ ἑτέρας τινὸς γῆς καταίρειν ἐνταῦθα τὸ σπάνιον καὶ μὴ συνεχές. οἷον οἱ μάντεις ἀξιοῦσιν εἶναι τὸ μὴ κατὰ φύσιν, μηδ᾽ ἀφ᾽ αὑτοῦ, πομπῇ δὲ θείᾳ φαινόμενον.

Ἐπεὶ δ᾽ ἔγνω τὴν ἀπάτην ὁ Ῥῶμος, ἐχαλέπαινε, καὶ τοῦ Ῥωμύλου τάφρον ὀρύττοντος ᾗ τὸ τεῖχος ἔμελλε κυκλοῦσθαι, τὰ μὲν ἐχλεύαζε τῶν ἔργων, τοῖς δ᾽ ἐμποδὼν ἐγίνετο. τέλος δὲ διαλλόμενον αὐτὸν, οἱ μὲν, αὐτοῦ Ῥωμύλου πατάξαντος, οἱ δὲ, τῶν ἑταίρων τινὸς Κέλερος, ἐν-

diversa loca cepissent, sex vultures Remo tradunt, Romulo bis totidem se ostendisse. Quidam Remum vere sex vidisse, Romulum mentitum: sed quum accessisset ad eum Remus, tunc duodecim Romulo visos: quapropter mansisse ut in augurio capiendo Romani habeant vultures præcipuos. Herodorus Ponticus Herculi lætum augurium tradit fuisse, si vultur se obtulisset ei in re agenda. Est enim hoc animal præter cætera innocentissimum, nec satis vel plantis vel pecori noxium. Cadaveribus tantum vescitur: nihil, quod vivit, perimit, neque ei nocet. Volucribus ob cognationem abstinet etiam mortuis: cum aquilæ, noctuæ & accipitres sui generis aves invadant & interimant vel vivas: licet ut Æschylus ait,

Immunda avis fit, siqua avem depascitur.

Præterea volucres aliæ fere oculis nostris obversantur. Vulturis rarum est spectaculum, neque quenquam temere, qui pullos vulturinos conspexerit, invenias: sed raritas eorum nonnullis & insolentia opinionem invexit novam, ex alio orbe huc eos commigrare: cujuscemodi vates contendunt id esse, quod non natura duce nec sponte se profert sua, sed mittitur divinitus.

Detecta fraude, Remus dolore motus, Romuli, cum fossam duceret, qua muro amplecti urbem statuerat, designationem partim ludibrio habuit, partim interpellavit. Postremo cum eam transiliret, cæsum eo loco esse, authores sunt quidam, Romuli manu, alii Celeris,

ἐνταῦθα πεσεῖν λέγουσιν. ἔπεσε δὲ καὶ Φαιστύλος ἐν τῇ μάχῃ καὶ Πλειστῖνος· ὃν ἀδελφὸν ὄντα Φαιστύλου συνεκθρέψαι τοὺς περὶ τὸν Ῥωμύλον ἱστοροῦσιν. ὁ μὲν οὖν Κέλερ εἰς Τυρρηνίαν μετέστη, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου τοὺς ταχεῖς οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὀξεῖς Κέλερας ὀνομάζουσι· καὶ Κόιντον Μέτελλον, ὅτι τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος ἀγῶνα μονομάχων ἡμέραις ὀλίγαις ἐποίησε, θαυμάσαντες τὸ τάχος τῆς παρασκευῆς, Κέλερα προσηγόρευσαν. ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐν τῇ Ῥεμωνίᾳ θάψας τὸν Ῥῶμον ὁμοῦ καὶ τοὺς τροφεῖς, ᾤκιζε τὴν πόλιν, ἐκ Τυρρηνίας μεταπεμψάμενος ἄνδρας ἱεροῖς τισι θεσμοῖς καὶ γράμμασιν ὑφηγουμένους ἕκαστα καὶ διδάσκοντας, ὥσπερ ἐν τελετῇ. βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερὴς, ἀπαρχαί τε πάντων ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει δ᾽ ὡς ἀναγκαίοις, ἀπετέθησαν ἐνταῦθα. καὶ τέλος, ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν, ἔβαλον εἰς ταῦτα καὶ συνεμίγνυον. καλοῦσι δὲ βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι, μοῦνδον. εἶτα, ὥσπερ κύκλον, κέντρῳ περιέγραψαν τὴν πόλιν. ὁ δ᾽ οἰκιστὴς ἐμβαλὼν ἀρότρῳ χαλκῆν ὕνιν, ὑποζεύξας δὲ βοῦν ἄρρενα καὶ θήλειαν, αὐτὸς μὲν ἐπάγει περιελαύνων αὔλακα βαθεῖαν τοῖς τέρμασι, τῶν δ᾽ ἑπομένων ἔργον ἐστὶν, ἃς ἀνίστησι βώλους τὸ ἄροτρον, καταστρέφειν εἴσω, καὶ μηδεμίαν ἔξω περιορᾷν ἐκτρεπομένην. τῇ μὲν οὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους, ἢ μετὰ τεῖχος· ὅπου δὲ πύλην ἐμβαλεῖν διανοοῦνται, τὴν ὕνιν ἐξελόντες καὶ τὸ ἄροτρον ὑπερθέντες, διάλειμμα ποιοῦσιν. ὅθεν ἅπαν τὸ τεῖχος ἱερὸν, πλὴν τῶν πυλῶν, νομίζουσι· τὰς δὲ πύλας ἱερὰς νομίζοντας, οὐκ ἦν ἄνευ δεισιδαιμονίας, τὰ μὲν δέχεσθαι, τὰ δ᾽ ἀποπέμπειν τῶν τε ἀναγκαίων καὶ τῶν μὴ καθαρῶν.

Ὅτι

qui sodalis erat Romuli. Eo in certamine Faustulus quoque, & Plistinus Faustuli frater, quem socium in educando Romulo Faustulum habuisse scribunt, cecidere. Celer in Hetruriam exulatum ivit. Ab eo veloces vocant Romani Celeres; & Q. Metellum, quod patre defuncto munus gladiatorium populo dedisset, paucis diebus in apparatu positis, velocitatis admiratione, Celerem appellavere. Romulus postquam Remum una cum nutritiis suis in Remonia sepelivit, condidit urbem: ad quod accivit Hetruscos, qui velut in mysteriis, ut quidque faciendum erat, ceremoniis quibusdam & scriptis præscripserunt, docueruntque. Namque comitio fossa est rotunda circumducta. In eam primitias detulerunt omnium, quæ de more ut bonis, natura utebantur ut necessariis. Postremo ex qua quisque advenerat regione, ejus terræ portiunculam collatam eo conjecerunt & commiscuerunt. Fossam hanc eodem quo cœlum nomine, vocaverunt Mundum. Hinc urbem sicut circulum a centro circumscripsere. Ipse conditor aratro æreum vomerem adjungit, junctisque bobus mare & fœmina, ipse circum lineamenta profundum inducit sulcum. Sequentium munus est, ut excitatas ab aratro glebas intro vertant, nec ullam sinant extra ferri. Ita mœnia linea definiunt, idque elisis aliquot literis, Pomerium dicitur, quasi post vel pone mœnia. Ubi portam designare visum est, vomere exempto atque aratro sublato, spatium relinquunt. Unde totum habent murum præter portas sacrum. Nam eas si ducerent sacras, religiosum esset necessaria & impura in urbem recipere, & exportare.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται· καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνομάζοντες. ἐν ἀρχῇ δ', ὥς φασιν, οὐδὲν ἔμψυχον ἔθυον, ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον ᾤοντο δεῖν τῇ πατρίδι τὴν ἐπώνυμον τῆς γενέσεως ἑορτὴν φυλάττειν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς κτίσεως βοτηρική τις ἦν αὐτοῖς ἑορτὴ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, καὶ Παλίλια προσηγόρευον αὐτήν. νῦν μὲν οὖν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς ὁμολογούμενον ἔχουσιν· ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι· καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, ἣν εἰδέναι καὶ Ἀντίμαχον οἴονται τὸν Τήϊον ἐποποιόν, ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν. ἐν δὲ τοῖς κατὰ Οὐάρρωνα τὸν φιλόσοφον χρόνοις, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον, ἦν Ταρούτιος ἑταῖρος αὐτοῦ, φιλόσοφος μὲν ἄλλως καὶ μαθηματικός, ἁπτόμενος δὲ τῆς περὶ τὸν πίνακα μεθόδου, θεωρίας ἕνεκα, καὶ δοκῶν ἐν αὐτῇ περιττὸς εἶναι. τούτῳ προὔβαλλεν ὁ Οὐάρρων ἀναγαγεῖν τὴν Ῥωμύλου γένεσιν εἰς ἡμέραν καὶ ὥραν, ἐκ τῶν λεγομένων ἀποτελεσμάτων περὶ τὸν ἄνδρα ποιησάμενον τὸν συλλογισμόν, ὥσπερ αἱ τῶν γεωμετρικῶν ὑφηγοῦνται προβλημάτων ἀναλύσεις. τῆς γὰρ αὐτῆς θεωρίας εἶναι, χρόνον τε λαβόντας ἀνθρώπου γενέσεως, βίον προειπεῖν, καὶ βίῳ δοθέντι θηρεῦσαι χρόνον. ἐποίησεν οὖν τὸ προσταχθὲν ὁ Ταρούτιος, καὶ τά τε πάθη καὶ τὰ ἔργα τοῦ ἀνδρὸς ἐπιδών, καὶ χρόνον ζωῆς καὶ τρόπον τελευτῆς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα συνθείς, εὖ μάλα τεθαρρηκότως

Conditam urbem in confesso est undecimo Calend. Maias, quem diem Romani patriæ Natalem appellant, habentque festum. Initio, ut fama est, nihil immolabant animatum. Purum censebant & incruentum decere Natalibus patriæ solenne consecratum conservare. Eundem diem illi & ante urbem conditam, festo pastorali habebant sacrum, & Palilia vocabant. Cæterum Novilunia hac tempestate apud Romanos nihil quadrant cum Græcis. At diem illum, quo condidit urbem Romulus, plane in trigesimum mensis apud Græcos tradunt incidisse, quo subiens solis orbem luna defecit, quem defectum Antimachum vidisse Teium poetam lyricum arbitrantur, quum incurreret in tertium sextæ Olympiadis annum. Varroni philosopho, qui Romanorum plurimæ fuit in historia lectionis, familiaris erat Tarutius, philosophus ille quidem & mathematicus, atque etiam genethliacus: cui scientiæ ita se speculandi gratia dederat, ut in ea videretur excellere. Huic proposuit Varro, ut Romuli natalem diem, immo horam designaret, ex eventis ejus ducens rationes, sicut quæstionum geometricarum docent Analyses. Ejusdem esse enim disciplinæ, quum diem natalem acceperis, vitam cujuspiam prænuntiare, ac vita proposita exquirere natalem. Suscepit provinciam Tarutius, positisque ob oculos Romuli casibus, factisque, ac vitæ spatio & mortis genere, atque hujusmodi comparatis omnibus, con-

κότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δ' ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θωθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης· ἐπεὶ καὶ πόλεως τύχην, ὥσπερ ἀνθρώπου, κύριον ἔχειν οἴονται χρόνον, ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων ἐποχὰς θεωρούμενον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ ξένῳ καὶ περιττῷ προσάξεται μᾶλλον ἢ διὰ τὸ μυθῶδες ἐνοχλήσει τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτοῖς.

Κτισθείσης δὲ τῆς πόλεως, πρῶτον μὲν ὅσον ἦν ἐν ἡλικίᾳ πλῆθος, εἰς συντάγματα στρατιωτικὰ διεῖλεν· ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχιλίων ἦν, καὶ τριακοσίων ἱππέων. ἐκλήθη δὲ λεγεὼν, τῷ λογάδας εἶναι τοὺς μαχίμους ἐκ πάντων. ἔπειτα τοῖς μὲν ἄλλοις ἐχρῆτο δήμῳ, καὶ ποπούλους ὠνομάσθη τὸ πλῆθος· ἑκατὸν δὲ τοὺς ἀρίστους ἀπέδειξε βουλευτὰς, καὶ αὐτοὺς μὲν πατρικίους, τὸ δὲ σύστημα, σενάτον προσηγόρευσεν. ὁ μὲν οὖν σενάτος ἀτρεκῶς γερουσίαν σημαίνει· πατρικίους δὲ τοὺς βουλευτὰς κληθῆναι λέγουσιν, οἱ μὲν, ὅτι παίδων γνησίων πατέρες ἦσαν, οἱ δὲ μᾶλλον, ὡς αὐτοὺς ἔχοντας ἑαυτῶν ἀποδεῖξαι πατέρας, ὅπερ οὐ πολλοῖς ὑπῆρξε τῶν πρώτων εἰς τὴν πόλιν συρρεόντων· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς πατρωνείας. οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὴν προστασίαν, καὶ καλοῦσιν ἄχρι νῦν, οἰόμενοι Πάτρωνά τινα τῶν σὺν Εὐάνδρῳ παραγενομένων, κηδεμονικὸν τῶν ὑποδεεστέρων ὄντα καὶ βοηθητικὸν, ἀφ' αὐτοῦ τῷ πράγματι ταύτην τὴν προσηγορίαν ἀπολιπεῖν. μάλιστα δ' ἂν τις τυγ-

χάνοι

confidenter & intrepide conceptum a matre pronuntiavit anno secundæ Olympiadis primo, mensis quem vocant Ægyptii Choeac, tertio & vicesimo die ad tertiam horam, qua sol omni ex parte defecit: In lucem editum mensis Thoth vicesimo primo, circa solis ortum: die nono mensis Pharmuthi urbis incunabula fuisse inter secundam & tertiam horam. Siquidem non minus urbis quam hominis fortunæ certum est tempus, quod ex primis incunabulis ad stellarum capitur positiones. Verum hæc fortassis & similia non tam erunt lectori odiosa, quia fabulosa sunt, quam novitate & curiositate ducent.

Urbe jam condita juventutem adultam in militares ordines distribuit. Singuli ordines peditum habebant terna millia, tricenos equites. Quia vero ex omnibus bellicosi lecti erant, Legio dicta. Hinc reliquum cœtum habuit & dixit populum. Centum præstantissimos delegit in consilium, quos Patricios vocavit, collegium, Senatum. Per Senatum cætus Seniorum intelligitur: Senatores vero Patricios dictos ferunt hi, quod liberorum ingenuorum essent parentes: alii quod parentes suos laudare possent, quod ex colluvie illa civitatis prima licebat paucis. Sunt qui a patrocinio; Patronem quendam, qui sequutus fuerat Evandrum, advenam, defensorem inopum & vindicem, huic rei nomen arbitrantes tribuisse. Verius

videa-

χάνοι τοῦ εἰκότος, εἰ νομίζοι τὸν Ῥωμύλον, ἀξιοῦντα τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους πατρικῇ κηδεμονίᾳ καὶ φροντίδι προσήκειν ἐπιμελεῖσθαι τῶν ταπεινοτέρων, ἅμα δὲ τοὺς ἄλλους διδάσκοντα μὴ δεδιέναι μηδ' ἄχθεσθαι ταῖς τῶν κρειττόνων τιμαῖς, ἀλλὰ χρῆσθαι μετ' εὐνοίας, καὶ νομίζοντας καὶ προσαγορεύοντας πατέρας, οὕτως ὀνομάσαι. καὶ γὰρ ἄχρι νῦν τοὺς ἐν συγκλήτῳ τελοῦντας, οἱ μὲν ἔξωθεν ἄνδρας ἡγεμόνας καλοῦσιν· αὐτοὶ δὲ Ῥωμαῖοι πατέρας συγγεγραμμένους, τῷ μεγίστῳ μὲν ἀξίωμα καὶ τιμὴν, ἥκιστα δὲ φθόνον ἔχοντι χρώμενοι τῶν ὀνομάτων. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν πατέρας αὐτοὺς μόνον, ὕστερον δὲ, πλειόνων προσαναλαμβανομένων, πατέρας συγγεγραμμένους προσηγόρευσαν. καὶ τοῦτο μὲν ἦν ὄνομα σεμνότερον αὐτῷ τῆς πρὸς τὸ δημοτικὸν τοῦ βουλευτικοῦ διαφορᾶς· ἑτέρους δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν διῄρει πάτρωνας ὀνομάζων, ὅπερ ἐστὶ προστάτας, ἐκείνους δὲ, κλίεντας, ὅπερ ἐστὶ πελάτας· ἅμα δὲ πρὸς ἀλλήλους θαυμαστὴν εὔνοιαν αὐτοῖς καὶ μεγάλων δικαίων ὑπάρξουσαν ἐνεποίησεν. οὗτοι μὲν γὰρ ἐξηγητάς τε τῶν νομίμων καὶ προστάτας δικαζομένοις, συμβούλους τε πάντων καὶ κηδεμόνας ἑαυτοὺς παρεῖχον. ἐκεῖνοι δὲ τούτους ἐθεράπευον, οὐ μόνον τιμῶντες, ἀλλὰ καὶ πενομένοις θυγατέρας συνεκδιδόντες, καὶ χρέα συνεκτιννύοντες· καταμαρτυρεῖν τε πελάτου προστάτην, ἢ προστάτου πελάτην, οὔτε νόμος οὐδεὶς, οὔτε ἄρχων ἠνάγκαζεν. ὕστερον δὲ τῶν ἄλλων δικαίων μενόντων, τὸ λαμβάνειν χρήματα τοὺς δυνατοὺς παρὰ τῶν ταπεινοτέρων, αἰσχρὸν ἐνομίσθη καὶ ἀγεννές. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων.

Τετάρτῳ δὲ μηνὶ μετὰ τὴν κτίσιν, ὡς Φάβιος ἱστορεῖ, τὸ περὶ τὴν ἁρπαγὴν

videatur, Romulum principum & potentissimorum censentem partes esse, ut paterna cura & solicitudine complecterentur demissiores, simulque docentem plebem, ne timerent præstantiores, neve inviderent honoribus eorum, sed uterentur iis cum benevolentia, ac ducerent patres appellarentque, id nomen his dedisse. Nam nunc quoque senatores, exteræ nationes, Dominos Ducesque, ipsi Romani cum amplissimo & honoratissimo, tum minime invidioso nomine Patres Conscriptos vocant. Principio Patres tantum, post pluribus adscitis, Patres conscriptos appellavere. Atque eo tam venerando vocabulo populum à senatu distinxit. Cæteros deinde potentiores secrevit a plebe, appellavitque Patronos illos, hos Clientes. Ex quo fonte mirifice eos inter se benevolentiæ necessitudinisque copulavit jure, quum litigantibus patroni de jure responderent, atque advocati adessent in judicio, omnibusque item in rebus consilio eos & studio foverent: hos contra colerent clientes, non honorando modo, verum dote etiam tenuiorum filiabus conferenda, & ære alieno solvendo. Testimonii adversus patronum clienti, vel patrono adversus clientem dicendi, nulla regis, nulla magistratus coactio erat. Postea reliquis officiis nihil imminutis, si mercedem accepissent potentiores a demissioribus, turpe haberi cœpit & sordidum. Sed hactenus de his.

Ab urbe condita quarto mense raptum designatum Sabinarum tradit Fabius. Romulum

γὴν ἐτολμήθη τῶν γυναικῶν. καὶ λέγουσι μὲν ἔνιοι τὸν Ῥωμύλον αὐτὸν, τῇ φύσει φιλοπόλεμον ὄντα, καὶ πεπεισμένον ἔκ τινων ἄρα λογίων ὅτι τὴν Ῥώμην πέπρωται πολέμοις τρεφομένην καὶ αὐξομένην γενέσθαι μεγίστην, βίας ὑπάρξαι πρὸς τοὺς Σαβίνους· οὐδὲ γὰρ πολλὰς, ἀλλὰ τριάκοντα μόνας παρθένους λαβεῖν αὐτὸν, ἅτε δὴ πολέμου μᾶλλον ἢ γάμων δεόμενον. τοῦτο δ' οὐκ εἰκός· ἀλλὰ τὴν μὲν πόλιν ὁρῶν ἐποίκων εὐθὺς ἐμπιπλαμένην, ὧν ὀλίγοι γυναῖκας εἶχον, οἱ δὲ πολλοὶ μιγάδες ἐξ ἀπόρων καὶ ἀφανῶν ὄντες ὑπερεωρῶντο καὶ προσεδοκῶντο μὴ συμμενεῖν βεβαίως· ἐλπίζων δὲ πρὸς τοὺς Σαβίνους τρόπον τινὰ συγκεράσεως καὶ κοινωνίας ἀρχὴν τὸ ἀδίκημα ποιήσειν αὐτοῖς ἡμερωσαμένοις τὰς γυναῖκας, ἐπεχείρησε τῷ ἔργῳ τόνδε τὸν τρόπον. διεδόθη λόγος ὑπ' αὐτοῦ πρῶτον, ὡς Θεοῦ τινος ἀνευρήκοι βωμὸν ὑπὸ γῆς κεκρυμμένον. ὠνόμαζον δὲ τὸν Θεὸν, Κῶνσον· εἴτε βουλαῖον ὄντα, κωνσίλιον γὰρ ἔτι νῦν τὸ συμβούλιον καλοῦσι, καὶ τοὺς ὑπάτους, κωνσούλας, οἷον προβούλους· εἴτε ἵππιον Ποσειδῶ. καὶ γὰρ ὁ βωμὸς ἐν τῷ μείζονι τῶν ἱπποδρόμων ἐστὶν ἀφανὴς τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἀνακαλυπτόμενος. οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ τοῦ βουλεύματος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς ὄντος, ὑπόγειον οὐκ ἀλόγως τῷ Θεῷ βωμὸν γενέσθαι κεκρυμμένον. ὡς δ' ἀνεφάνη, θυσίαν τε λαμπρὰν ἐπ' αὐτῷ καὶ ἀγῶνα καὶ θέαν ἐκ καταγγελίας ἐπετέλει πανηγυρικήν. καὶ πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι συνῆλθον, αὐτὸς δὲ προὐκάθητο μετὰ τῶν ἀρίστων ἁλουργίδι κεκοσμημένος. ἦν δὲ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιχειρήσεως σύμβολον, ἐξαναστάντα τὴν ἁλουργίδα πτύξαι, καὶ περιβαλέσθαι πάλιν. ἔχοντες οὖν ξίφη πολλοὶ προσεῖχον αὐτῷ, καὶ τοῦ σημείου γενομένου, σπασάμενοι τὰ ξίφη, καὶ

μετὰ

lum ipsum quidam autores sunt ad arma natum, atque certis scilicet adductum oraculis, in fatis esse ut Roma re militari enutrita & aucta in immensum cresceret, Sabinos vi prius invasisse, neque sane multas, sed rapuisse triginta duntaxat, ut qui non tam connubia quam bellum quæreret: atqui id parum congruit. Verum urbem quum statim videret refertam advenis, quorum haberent pauci conjuges, reliqui ex egenis conflati & obscuris contemnerentur, neque putarentur diu cum ipso mansuri: speraret autem ex hac injuria vinculum aliquod suis, ubi mulieres demulsissent, cum Sabinis & commercium nasciturum, rem ad hunc modum aggressus est. Primum divulgavit Dei cujuspiam defossam se sub terra aram reperisse. Consum vocabant Deum, sive consiliorum ille præses a consilio vel consulibus dictus, sive Neptunus equestris fuit. Ara enim in circo maximo est, alias operta, ludis Circensibus aperitur. Alii dictitant, quia plane arcanum debeat esse & tectum consilium, recte Deo aram quæ sub terra esset abdita, sacratam fuisse. Ob eam inventam magnificum sacrificium, ludos & spectaculum solemne finitimis indixit & concelebravit. Multi mortales convenere. Ille cum principibus trabea amictus præsedit. Signum dederat adoriendi, quum ipse exurgens complicasset trabeam rursusque indueret. Multi gladiis accincti oculos tenebant in eum intentos. Dato signo stringunt enses, &

magno

μετὰ βοῆς ὁρμήσαντες, ἥρπαζον τὰς θυγατέρας τῶν Σαβίνων, αὐτοὺς δὲ φεύγοντας εἴων καὶ παρίεσαν. ἁρπασθῆναι δέ φασιν, οἱ μὲν, τριάκοντα μόνας, ἀφ' ὧν καὶ τὰς φρατρίας ὀνομασθῆναι· Οὐαλλέριος δὲ Ἀντίας, ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας· Ἰόβας δὲ, τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίας παρθένους. ὃ μέγιστον ἦν ἀπολόγημα τῷ Ῥωμύλῳ· γυναῖκα γὰρ οὐ λαβεῖν ἀλλ' ἢ μίαν Ἑρσιλίαν διαλλάττουσαν αὐτοὺς, ἅτε δὴ μὴ μεθ' ὕβρεως μηδ' ἀδικίας ἐλθόντας ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν, ἀλλὰ συμμίξαι καὶ συναγαγεῖν εἰς ταυτὸ τὰ γένη ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις διανοηθέντας. τὴν δ' Ἑρσιλίαν οἱ μὲν Ὀστίλιον γῆμαι λέγουσι, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐπιφανέστατον· οἱ δὲ, αὐτὸν Ῥωμύλον, καὶ γενέσθαι καὶ παῖδας αὐτῷ, μίαν μὲν θυγατέρα, Πρίμαν, τῇ τάξει τῆς γενέσεως οὕτω προσαγορευθεῖσαν, ἕνα δ' υἱὸν μόνον, ὃν Ἀόλλιον μὲν ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς γενομένης ἀθροίσεως ὑπ' αὐτοῦ τῶν πολιτῶν ὠνόμασεν, οἱ δ' ὕστερον, Ἀβίλλιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱστορῶν Ζηνόδοτος ὁ Τροιζήνιος πολλοὺς ἔχει τοὺς ἀντιλέγοντας.

Ἐν δὲ τοῖς ἁρπάζουσι τὰς παρθένους τότε τυχεῖν λέγουσι τῶν οὐκ ἐπιφανῶν τινας ἄγοντας κόρην τῷ τε κάλλει πολὺ καὶ τῷ μεγέθει διαφέρουσαν. ἐπεὶ δὲ ἀπαντῶντες ἔνιοι τῶν κρειττόνων ἐπεχείρουν ἀφαιρεῖσθαι, βοᾶν τοὺς ἄγοντας ὡς Ταλασίῳ κομίζοιεν αὐτὴν, ἀνδρὶ νέῳ μὲν, εὐδοκίμῳ δὲ καὶ χρηστῷ· τοῦτ' οὖν ἀκούσαντας εὐφημεῖν καὶ κροτεῖν ἐπαινοῦντας, ἐνίους δὲ καὶ παρακολουθεῖν ἀναστρέψαντας εὐνοίᾳ καὶ χάριτι, τοῦ Ταλασίου μετὰ βοῆς τοὔνομα φθεγγομένους. ἀφ' οὗ δὴ τὸν Ταλάσιον ἄχρι νῦν, ὡς Ἕλληνες τὸν Ὑμέναιον, ἐπᾴδουσι Ῥωμαῖοι τοῖς γάμοις· καὶ γὰρ εὐτυχίᾳ φασὶ χρήσασθαι περὶ τὴν γυναῖκα τὸν Ταλάσιον. Σέξτιος
δὲ

magno clamore ad capiendas Sabinarum filias discurrunt. Fugientes omiserunt Sabinos, neque sunt eos sequuti. Raptas aiunt hi triginta tantum, &ab eis nominatas Curias : Valerius Antias quingentas viginti septem : Juba octoginta tres supra sexcentas virgines. Id Romulum excusavit potissimum, quod matronam nisi unam non rapuissent Hersiliam, idque imprudentes : quippe quos non libido, non injuria ad rapiendum instigavisset, sed ut commiscerent conjungerentque utramque gentem arctissimis vinculis. Hersiliam nupsisse Hostilio quidam tradunt, viro inter Romanos nobilissimo : alii ipsi Romulo, cui etiam illam liberos peperisse, filiam Primam, ex ordine nascendi ita nuncupatam : unicum praeterea filium, quem ab concursu sub se civium Aollium ille vocavit, posteri Abillium. Hæc Trœzenius scribit Zenodotus, quæ tamen multi refellunt.

Inter virginum raptores fuisse aiunt plebeiorum globum, qui puellam longe ante alias insignem specie & statura ducebant : quam quum quidam obvii ex primoribus eripere conarentur, Talasio ferri illi clamitaverunt, juveni claro proboque. Quo audito, gratulatione & plausu eos collaudasse : fuisse etiam qui regressi comitarentur gratia & favore Talasii nomen conclamantes. Inde Romanis in hunc usque diem vox nuptialis facta, ut Hymenæus Græcis. Nam prospere Talasio cessisse hoc matrimonium aiunt. Sextius
Sylla

δὲ Σύλλας ὁ Καρχηδόνιος, οὔτε μουσῶν οὔτε χαρίτων ἐπιδεὴς ἀνήρ, ἔλεγεν ἡμῖν, ὅτι τῆς ἁρπαγῆς σύνθημα τὴν φωνὴν ἔδωκε ταύτην ὁ Ῥωμύλος. ἅπαντες οὖν ἐβόων τὸν Ταλάσιον οἱ τὰς παρθένους κομίζοντες, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς γάμοις παραμένειν τὸ ἔθος. οἱ δὲ πλεῖστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ ὁ Ἰόβας ἐστί, παράκλησιν εἶναι καὶ παρακέλευσιν εἰς φιλεργίαν καὶ ταλασίαν, οὔπω τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων. εἰ δὲ τοῦτο μὴ λέγεται κακῶς, ἀλλ' ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι τότε τῷ ὀνόματι τῆς ταλασίας καθάπερ ἡμεῖς, ἑτέραν ἄν τις αἰτίαν εἰκάσειε πιθανωτέραν. ἐπεὶ γὰρ οἱ Σαβῖνοι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πολεμήσαντες διηλλάγησαν, ἐγένοντο συνθῆκαι περὶ τῶν γυναικῶν, ὅπως μηδὲν ἄλλο ἔργον τοῖς ἀνδράσιν ἢ τὰ περὶ τὴν ταλασίαν ὑπουργῶσι. παρέμεινε γ' οὖν καὶ τοῖς αὖθις γαμοῦσι, τοὺς διδόντας ἢ παραπέμποντας, ἢ ὅλως παρόντας, ἀναφωνεῖν τὸν Ταλάσιον μετὰ παιδιᾶς, μαρτυρομένους ὡς ἐπ' οὐδὲν ἄλλο ὑπούργημα τῆς γυναικὸς ἢ ταλασίαν εἰσαγομένης. διαμένει δὲ μέχρι νῦν, τὸ τὴν νύμφην αὐτὴν ἀφ' ἑαυτῆς μὴ ὑπερβαίνειν τὸν οὐδὸν εἰς τὸ δωμάτιον, ἀλλ' αἰρομένην εἰσφέρεσθαι, διὰ τὸ καὶ τότε κομισθῆναι βιασθείσας, μὴ εἰσελθεῖν. ἔνιοι δὲ λέγουσι καὶ τὸ τὴν κόμην τῆς γαμουμένης αἰχμῇ διακρίνεσθαι δορατίου, σύμβολον εἶναι τοῦ μετὰ μάχης καὶ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γενέσθαι· περὶ ὧν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς αἰτίοις εἰρήκαμεν. ἐτολμήθη μὲν οὖν ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μηνός, Αὐγούστου δὲ νῦν, ἐν ᾗ τὴν τῶν Κωνσαλίων ἑορτὴν ἄγουσιν.

Οἱ δὲ Σαβῖνοι, πολλοὶ μὲν ἦσαν καὶ πολεμικοί, κώμας δὲ ᾤκουν ἀτειχίστους,

ὡς

Sylla Carthaginensis retulit nobis, vir & doctus & festivus, eam vocem pro signo dedisse Romulum ad raptum. Itaque qui virgines abducebant, conclamabant omnes Talasio: atque hinc relictum hunc morem nuptiis. Plerique (inter quos est Juba) adhortationem & incitationem ad laboris sedulitatem & lanificium, quod Græci ταλασίαν dicunt, censent, nondum id temporis Italicis verbis cum Græcis confusis. Quod si hoc placet, & Romani tum Talasii vocabulum nobiscum usurpabant, aliam conjicias magis probabilem rationem. Nam in fœdere quod Sabini post bellum pepigerunt cum Romanis, convenit ne aliam operam viris quam circa lanificium præstarent uxores: qui mos sequutis nuptiis permansit, ut qui elocarent puellas, vel deducerent vel præsentes essent, omnino Talasio acclamarent per lusum, testantes ad nullum aliud munus, quam lanificium, sponsam adduci. Servatur hinc etiam hodie, ne limen sponsa ipsa transcendat in cubiculum, sed sublata inferatur, quod vi tunc illatæ, non ingressæ essent. Addunt quidam, quando sponsæ capillos hastæ discriminent cuspide, primas nuptias denotare vi & hostiliter contractas: de quibus prolixius in Quæstionibus diximus. Admissus hic raptus est octavodecimo die Sextilis, quem nunc vocant Augustum, quo Consualia celebrant.

Sabinorum magna gens quidem & bello bona erat, sed vicatim habitabant sine mœnibus:

ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν, καὶ μὴ φοβεῖσθαι, Λακεδαιμονίων ἀποίκοις οὖσιν. οὐ μὴν ἀλλ' ὁρῶντες αὐτοὺς ἐνδεδεμένους μεγάλοις ὁμηρεύμασι, καὶ δεδιότες περὶ τῶν θυγατέρων, πρέσβεις ἀπέστειλαν, ἐπιεικῆ καὶ μέτρια προκαλούμενοι τὸν Ῥωμύλον· ἀποδόντα τὰς κόρας αὐτοῖς καὶ λύσαντα τὸ τῆς βίας ἔργον, εἶτα πειθοῖ καὶ νόμῳ πράττειν τοῖς γένεσι φιλίαν καὶ οἰκειότητα. τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰς μὲν κόρας μὴ προϊεμένου, παρακαλοῦντος δὲ τὴν κοινωνίαν δέχεσθαι τοὺς Σαβίνους, οἱ μὲν ἄλλοι βουλευόμενοι καὶ παρασκευαζόμενοι διέτριβον· Ἄκρων δὲ βασιλεὺς Κενινητῶν, ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ δεινὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς, τά τε πρῶτα τολμήματα τοῦ Ῥωμύλου δι' ὑποψίας εἶχε, καὶ τῷ πραχθέντι περὶ τὰς γυναῖκας ἤδη φοβερὸν ἡγούμενος πᾶσιν εἶναι, καὶ οὐκ ἀνεκτόν, εἰ μὴ κολασθείη, προεξανέστη τῷ πολέμῳ, καὶ μετὰ πολλῆς ἐχώρει δυνάμεως ἐπ' αὐτόν· καὶ ὁ Ῥωμύλος ἐπ' ἐκεῖνον. γενόμενοι δ' ἐν ὄψει, καὶ κατιδόντες ἀλλήλους, προὐκαλοῦντο μάχεσθαι, τῶν στρατευμάτων ἐν ὅπλοις ἀτρεμούντων. εὐξάμενος οὖν ὁ Ῥωμύλος, εἰ κρατήσειε καὶ καταβάλοι, τῷ Διῒ φέρων ἀναθήσειν αὐτὸς τὰ ὅπλα τοῦ ἀνδρός, αὐτόν τε καταβάλλει κρατήσας, καὶ τρέπεται τὸ στράτευμα μάχης γενομένης. αἱρεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν· οὐ μὴν ἠδίκησε τοὺς ἐγκαταλειφθέντας, ἀλλ' ἢ τὰς οἰκίας ἐκέλευσε καθελόντας ἀκολουθεῖν εἰς Ῥώμην, ὡς πολίτας ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἐσομένους. τούτου μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅ,τι μᾶλλον ηὔξησε τὴν Ῥώμην, ἀεὶ προσποιοῦσαν ἑαυτῇ καὶ συννέμουσαν ὧν κρατήσειε. ὁ δὲ Ῥωμύλος ὡς ἂν μάλιστα τὴν εὐχὴν τῷ τε Διῒ κεχαρισμένην, καὶ τοῖς πολίταις ἰδεῖν ἐπιτερπῆ παράσχοι, σκεψάμε-
νος

nibus: scilicet quos fortes esse, nihilque timere decuerit, quum coloni essent Lacedæmoniorum. At quia magnis se pignoribus cernebant adstrictos, timentes de filiabus, legatos miserunt ad Romulum cum æquis & moderatis postulatis: redderet sibi puellas & vim illatam resolveret, tum cum bona gratia & lege amicitiam & affinitatem inter utramque gentem contraheret. Verum quum non remitteret Romulus puellas, hortaretur autem Sabinos, ut hanc necessitudinem comprobarent, alii in deliberando & apparatu lente agebant: Ceninensium rex Acron, magno vir animo & bellator insignis, qui jamdudum Romuli cœpta habebat suspecta, & hoc facinore in mulieres auso formidandum cunctis existimans, neque tolerabilem, si ferret impune, primus bellum intulit, magnisque copiis movit in Romulum, & in illum Romulus. Quum jam in conspectu essent, & vicissim se contuerentur, provocaverunt se mutuo ad pugnam, copiis in acie quiescentibus. Ibi Jovi Romulus, si hostem vicisset fudissetque, vovit arma illius semetipsum ei dedicaturum. Acronem superat & occidit, exercitum ejus signis collatis profligat. Eodem impetu oppidum eorum capit, nec violat tamen eos qui illic substiterant: nisi quod demoliri ædificia jussos Romam attrahit, in civitatem æquo jure recipiendos. Neque res alia ulla perinde amplificavit civitatem Romanam, quam quod connecteret sibi & in corpus suum contribueret victos. Romulus, ut votum Jovi redderet quam gratissimum & oculis civium speciosissimum, quercum,

νον ἐπὶ στρατοπέδου, δρῦν ἔτεμεν ὑπερμεγέθη, καὶ διεμόρφωσεν ὥσπερ τρόπαιον, καὶ τῶν ὅπλων τοῦ Ἄκρωνος ἕκαστον ἐν τάξει περιήρμοσε καὶ κατήρτισεν· αὐτὸς δὲ τὴν μὲν ἐσθῆτα περιεζώσατο, δάφνῃ δὲ ἐστέψατο τὴν κεφαλὴν κομῶσαν. ὑπολαβὼν δὲ τῷ δεξιῷ τὸ τρόπαιον ὤμῳ προσερειδόμενον ὀρθὸν, ἐβάδιζεν ἐξάρχων ἐπινικίου παιᾶνος ἐν ὅπλοις ἑπομένῃ τῇ στρατιᾷ, δεχομένων τῶν πολιτῶν μετὰ χαρᾶς καὶ θαύματος. ἡ μὲν οὖν πομπὴ, τῶν αὖθις θριάμβων ἀρχὴν καὶ ζῆλον παρέσχεν· τὸ δὲ τρόπαιον, ἀνάθημα Φερετρίου Διὸς ἐπωνομάσθη. τὸ γὰρ πλῆξαι, φερῖρε Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· εὔξατο δὲ πλῆξαι τὸν ἄνδρα καὶ καταβαλεῖν. ὀπίμια δὲ τὰ σκῦλα φησὶν Οὐάῤῥων, καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὄπεμ λέγουσι. πιθανώτερον δ' ἄν τις εἴποι διὰ τὴν πρᾶξιν· ὄπους γὰρ ὀνομάζεται τὸ ἔργον. αὐτουργῷ δὲ ἀριστείας στρατηγῷ στρατηγὸν ἀνελόντι δίδοται καθιέρωσις ὀπιμίων. καὶ τρισὶ μόνοις τοῦτο τυχεῖν ὑπῆρξε Ῥωμαίοις ἡγεμόσι, πρώτῳ, Ῥωμύλῳ κτείναντι τὸν Κενινήτην Ἄκρωνα· δευτέρῳ, Κορνηλίῳ Κόσσῳ Τυῤῥηνὸν ἀνελόντι Τολούμνιον· ἐπὶ πᾶσι δὲ, Κλαυδίῳ Μαρκέλλῳ Βριτομάρτου κρατήσαντι Γαλατῶν βασιλέως. Κόσσος μὲν οὖν καὶ Μάρκελλος ἤδη τεθρίπποις εἰσήλαυνον, αὐτοὶ τὰ τρόπαια φέροντες. Ῥωμύλον δ' οὐκ ὀρθῶς φησὶν ἅρματι χρήσασθαι Διονύσιος. Ταρκυΐνιον γὰρ ἱστοροῦσι τὸν Δημαράτου τῶν βασιλέων πρῶτον εἰς τοῦτο τὸ σχῆμα καὶ τὸν ὄγκον ἐξᾶραι τοὺς θριάμβους· ἕτεροι δὲ πρῶτον ἐφ' ἅρματος θριαμβεῦσαι Ποπλικόλαν. τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰς εἰκόνας ὁρᾶν ἔστιν ἐν Ῥώμῃ τὰς τροπαιοφόρους πεζὰς ἁπάσας.

Μετὰ

cum, quam in castris vidit, miræ proceritatis, recidit & instar adornavit trophæi, Acronis armis apte suspensis ex ea adaptatisque: veste ipse incincta, & capite fluente coma, laurea coronatus, feretrum dextro innixum humero directum gerens incessit, carmen victoriale exercitui præcinens in armis sequenti, civibus cum gratulatione & laudibus eum excipientibus. Triumphorum fuit hæc celebritas in posterum origo & exemplum. Feretrum Jovis Feretrii donum appellatum est a feriendo. Precatus enim Deum fuerat ut Acronem feriret & cæderet. Opima spolia dicta sunt, autore Varrone, quod divitias opes appellent. Rectius mihi videtur ab opere: Nam quum manu sua dux ducem interfecerit, ipsi virtutis ergo permittitur opima spolia consecrare. Ac tribus modo Romanis imperatoribus hic honos contigit: primo, Romulo, interfecto Ceninensi Acrone: secundo, Cornelio Cosso, qui Tolumnium Tuscorum ducem occidit: postremo Claudio Marcello, a quo Gallorum rex cæsus est Viridomarus. Cossus & Marcellus curru demum invecti sunt, quum ipsi opima spolia ferrent. Romulum fallitur Dionysius, qui usum dicit curru. Siquidem Tarquinium Demarati filium, proditum memoriæ est regum primum, eam in speciem & fastum evexisse triumphos. Poplicolam scribunt alii primum curru triumphantem invectum. Sed Romuli statuas triumphales videre est omnes pedestres.

Μετὰ δὲ τὴν τῶν Κενινητῶν ἅλωσιν, ἔτι τῶν ἄλλων Σαβίνων ἐν παρασκευαῖς ὄντων, συνέστησαν οἱ Φιδήνην καὶ Κρουστουμέριον καὶ Ἀντέμναν οἰκοῦντες ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους· καὶ μάχης γενομένης ἡττηθέντες ὁμοίως, τάς τε πόλεις Ῥωμύλῳ παρῆκαν ἑλεῖν, καὶ τὴν χώραν δάσασθαι, καὶ μετοικίσαι σφᾶς αὐτοὺς εἰς Ῥώμην. ὁ δὲ Ῥωμύλος τὴν μὲν ἄλλην κατένειμε χώραν τοῖς πολίταις, ὅσην δ' εἶχον οἱ τῶν ἡρπασμένων παρθένων πατέρες, αὐτοὺς ἔχειν ἐκείνους εἴασεν. ἐπὶ τούτοις βαρέως φέροντες οἱ λοιποὶ Σαβῖνοι, Τάτιον ἀποδείξαντες στρατηγόν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐστράτευσαν· ἦν δὲ δυσπρόσοδος ἡ πόλις, ἔχουσα πρόβλημα τὸ νῦν Καπιτώλιον, ἐν ᾧ φρουρὰ καθειστήκει, καὶ Ταρπήϊος ἡγεμὼν αὐτῆς, οὐχὶ Ταρπηΐα παρθένος, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, εὐήθη τὸν Ῥωμύλον ἀποδεικνύοντες· ἀλλὰ θυγάτηρ ἡ Ταρπηΐα τοῦ ἄρχοντος οὖσα προὔδωκε τοῖς Σαβίνοις, ἐπιθυμήσασα τῶν χρυσῶν βραχιονιστήρων, οὓς εἶδε περικειμένους, καὶ ᾔτησε μισθὸν τῆς προδοσίας ἃ φοροῖεν ἐν ταῖς ἀριστεραῖς χερσί. συνθεμένου δὲ τοῦ Τατίου, νύκτωρ ἀνοίξασα πύλην μίαν, ἐδέξατο τοὺς Σαβίνους. οὐ μόνος οὖν, ὡς ἔοικεν, Ἀντίγονος ἔφη προδιδόντας μὲν φιλεῖν, προδεδωκότας δὲ μισεῖν· οὐδὲ Καῖσαρ, εἰπὼν ἐπὶ τοῦ Θρακὸς Ῥυμιτάλκου, φιλεῖν μὲν προδοσίαν, προδότην δὲ μισεῖν· ἀλλὰ κοινόν τι τοῦτο πάθος ἐστὶ πρὸς τοὺς πονηροὺς τοῖς δεομένοις αὐτῶν, ὥσπερ ἰοῦ καὶ χολῆς ἐνίων θηρίων δέονται· τὴν γὰρ χρείαν ὅτε λαμβάνουσιν, ἀγαπῶντες, ἐχθαίρουσι τὴν κακίαν ὅταν τύχωσι. τοῦτο καὶ πρὸς τὴν Ταρπηΐαν τότε παθὼν ὁ Τάτιος, ἐκέλευσε μεμνημένους τῶν ὁμολογιῶν τοὺς Σαβίνους, μηδενὸς αὐτῇ φθονεῖν ὧν ἐν ταῖς

Devictis Ceninensibus, dum reliqui Sabini tempus in apparatu terunt, Fidenates, Crustumini, & Antemnates coierunt contra Romanos. Qui item acie fusi, oppida sua capi, agrosque dividi, ac se Romam passi sunt transferri. Romulus reliquum agri partitus populo, raptarum tantum parentibus quod eorum fuisset, concessit. Molesta hæc cæteris erant Sabinis. Itaque imperatore creato Tatio infestum agmen Romam moverunt. Haud expeditus erat ad urbem accessus: quod is collis, ubi nunc Capitolium est, propugnaculum iis esset cum præsidio, cui præerat Tarpeius, non Tarpeia virgo (ut nonnulli tradunt qui stultum faciunt Romulum) verum filia præfecti Tarpeia, quæ cupidine capta aurearum armillarum quas gerentes videbat Sabinos, prodidit iis arcem, pacta proditionis mercedem quæ lævis manibus ferrent. Hac conditione Tatio unam noctu reserat portam, qua recipit Sabinos. Verum enimvero non unus sane dixit Antigonus, Prodentes amare se, odisse quum prodiderint: neque de Rhymitalce Thrace Cæsar, Amare se proditionem, proditorem odisse: sed communi hoc in sceleratos animo sunt illi qui eorum operam requirunt, ut veneno & felle quarundam maleficarum bestiarum qui opus habent. Quippe operam eorum dum ex usu est amplectuntur, execrantur scelus, ubi voto potiti sunt. Perinde tum Tatius Tarpeiæ fecit: jussis suis ut conventorum memores, quæ sinistris ferrent, omnia

ταῖς ἀριστεραῖς ἔχουσι. καὶ πρῶτος ἅμα τὸν βραχιονιστῆρα τῆς χειρὸς περιελὼν, καὶ τὸν θυρεὸν ἐπέρριψε. πάντων δὲ τὸ αὐτὸ ποιούντων βαλλομένη τε τῷ χρυσῷ καὶ καταχωσθεῖσα τοῖς θυρεοῖς, ὑπὸ πλήθους καὶ βάρους ἀπέθανεν. ἑάλω δὲ καὶ Ταρπήϊος προδοσίας, ὑπὸ Ῥωμύλου διωχθεὶς, ὡς Ἰόβας φησὶ Γάλβαν Σουλπίκιον ἱστορεῖν. τῶν δ' ἄλλα περὶ Ταρπηΐας λεγόντων, ἀπίθανοι μέν εἰσιν οἱ Τατίου θυγατέρα τοῦ ἡγεμόνος τῶν Σαβίνων οὖσαν αὐτὴν, Ῥωμύλῳ δὲ βίᾳ συνοικοῦσαν, ἱστοροῦντες ταῦτα ποιῆσαι καὶ παθεῖν ὑπὸ τοῦ πατρός· ὧν καὶ Ἀντίγονός ἐστι. Σίμυλος δ' ὁ ποιητὴς καὶ παντάπασι ληρεῖ, μὴ Σαβίνοις οἰόμενος, ἀλλὰ Κελτοῖς τὴν Ταρπηΐαν προδοῦναι τὸ Καπιτώλιον, ἐρασθεῖσαν αὐτῶν τοῦ βασιλέως. λέγει δὲ ταῦτα,

Ἡ δ' ἄγχου Ταρπηΐα παρὰ Καπιτώλιον αἰπὸς
  Ναίουσα, Ῥώμης ἔπλετο τειχολέτις·
Κελτῶν ἣ στέρξασα γαμήλια λέκτρα φορέως,
  Σκηπτούχων πατέρων οὐκ ἐφύλαξε δόμους.

καὶ μετ' ὀλίγα περὶ τῆς τελευτῆς,

Τὴν δ' οὔτ' ἄρ Βοῖοί τε καὶ ἔθνεα μυρία Κελτῶν
  Χηράμενοι, ῥείθρων ἐντὸς ἔθεντο Πάδου.
Ὅπλα δ' ἐπιπροβαλόντες ἀρειμανέων ἀπὸ χειρῶν
  Κούρῃ ἐπὶ στυγερῇ, κόσμον ἔθεντο φόνου.

Τῆς μέντοι Ταρπηΐας ἐκεῖ ταφείσης, ὁ λόφος ὠνομάζετο Ταρπήϊος, ἄχρις οὗ Ταρκυνίου βασιλέως Διῒ τὸν τόπον καθιεροῦντος, ἅμα τε καὶ λείψανα

nia congererent in illam. Ipse ante alios detraxit manu armillam, unaque cum hac scutum ei injecit. Quum idem facerent omnes, auro illa injecto scutisque obruta est: itaque numero & pondere oppressa periit. Damnatus est ab Romulo & Tarpeius proditionis, ut Juba autor est Sulpitium Galbam in historia prodere. Inter reliquos, qui Tarpeiæ meminerunt, absurdi sunt, qui tradunt ducis Sabinorum eam filiam Tatii fuisse: & quum invita esset cum Romulo, hoc perpetrasse, atque ita fuisse a patre multatam: Ex his est Antigonus. Poeta vero Simulus plane delirat, qui non Sabinis Tarpeiam, sed Gallis putat Capitolium prodidisse, quum esset regis eorum capta amore. Is ita scribit,

At Capitolinam custos Tarpeia tenebat
  Arcem, quæ muris non bene fida fuit.
Gallica dum demens sequitur connubia: patrum,
  Qui orbis sceptra gerunt, prodidit illa lares.

Mox de ejus morte,

Istam non Boii, non gentes mille puellam
  Gallorum ad gelidum corripuere Padum:
At sibi nudatis splendentia dona lacertis
  Injiciunt miseræ, condecorantque necem.

Cæterum a Tarpeia illic sepulta, collis ille vocatus Tarpeius fuit, donec locum eum Tarquinius rex Jovi consecravit: quo tempore ossa ejus alio

ψανα μετηνέχθη, καὶ τοὔνομα τῆς Ταρπηΐας ἐξέλιπε. πλὴν πέτραν ἔτι νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ταρπηΐαν καλοῦσιν, ἀφ' ἧς ἐῤῥίπτουν τοὺς κακούργους. ἐχομένης δὲ τῆς ἄκρας ὑπὸ τῶν Σαβίνων, ὅ,τε Ῥωμύλος ὑπ' ὀργῆς εἰς μάχην αὐτοὺς προὐκαλεῖτο, καὶ ὁ Τάτιος ἐθάῤῥει, καρτερὰν, εἰ βιασθεῖεν, ἀναχώρησιν ὁρῶν αὐτοῖς ὑπάρχουσαν. ὁ γὰρ μεταξὺ τόπος ἐν ᾧ συμπίπτειν ἔμελλεν, ὑπὸ πολλῶν λόφων περιεχόμενος, ἀγῶνα μὲν ὀξὺν ἐδόκει καὶ χαλεπὸν ὑπὸ δυσχωρίας ἀμφοτέροις παρέξειν, φυγὰς δὲ καὶ διώξεις ἐν στενῷ βραχείας. ἔτυχε δὲ, τοῦ ποταμοῦ λιμνάσαντος οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις, ἐγκαταλελεῖφθαι τέλμα βαθὺ καὶ τυφλὸν ἐν τόποις ἐπιπέδοις, κατὰ τὴν νῦν οὖσαν ἀγοράν. ὅθεν οὐκ ἦν ὄψει πρόδηλον, οὐδ' εὐφύλακτον, ἄλλως δὲ χαλεπὸν καὶ ὕπουλον. ἐπὶ τοῦτο τοῖς Σαβίνοις ἀπειρίᾳ φερομένοις εὐτύχημα γίγνεται. Κούρτιος γὰρ ἀνὴρ ἐπιφανὴς, δόξῃ καὶ φρονήματι γαῦρος, ἵππον ἔχων, πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐχώρει· δεξαμένου δὲ τοῦ βαράθρου τὸν ἵππον, ἄχρι μέν τινος ἐπειρᾶτο πληγῇ καὶ παρακελεύσει χρώμενος ἐξελαύνειν· ὡς δ' ἦν ἀμήχανον, ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωζεν. ὁ μὲν οὖν τόπος δι' ἐκεῖνον ἔτι νῦν Κούρτιος λάκκος ὀνομάζεται. φυλαξάμενοι δὲ τὸν κίνδυνον οἱ Σαβῖνοι, μάχην καρτερὰν ἐμαχέσαντο, κρίσιν οὐ λαβοῦσαν· καίτοι πολλῶν πεσόντων, ἐν οἷς ἦν καὶ Ὀσίλλιος. τοῦτον Ἑρσιλίας ἄνδρα, καὶ πάππον Ὀσιλλίου τοῦ μετὰ Νομᾶν βασιλεύσαντος γενέσθαι λέγουσιν. αὖθις δὲ πολλῶν ἀγώνων ἐν βραχεῖ συνισταμένων, ὡς εἰκὸς, ἑνὸς μάλιστα τοῦ τελευταίου μνημονεύουσιν· ἐν ᾧ Ῥωμύλου τὴν κεφαλὴν πληγέντος λίθῳ, καὶ πεσεῖν ὀλίγου δεή-

alio fuerunt delata, nomenque exolevit Tarpeiæ, excepto saxo, quod vocant etiam nunc Tarpeium, ex quo præcipitare sceleratos solebant. Arcem Sabinos insidentes ira stimulante provocavit ad pugnam Romulus: nec Tatius, munitum, si urgeretur, suis receptum videns, detrectavit. Quod enim inter frequentes colles planiciei est, ubi concursuræ acies erant, ob loci difficultatem utrisque acrem videbatur & gravem dimicationem præbiturum: fugam vero & insectationem in arcto brevem. Forte paucis ante diebus limus ex fluminis eluvie altus & cæcus restiterat in locis planis, quo loco nunc forum est: ita cum tectus erat & evitatu difficilis, tum molestus & in imo mollis. Quo quum ferrentur imperitia Sabini, fortuna adfuit iis. Nam Curtius celso vir animo & clarus nomine, equo longe ante signa evectus est. Quum equus ejus in voraginem demergeretur, conatus est eum aliquamdiu cædendo & excitando expedire: ubi id parum procedit, omisso equo ipse evadit. Locus ab eo etiam hodie Lacus Curtius dicitur. Periculo Sabini vitato acriter capessunt pugnam: in qua neutri inclinavit victoria, licet multis cadentibus; inter quos erat Hostilius. Hunc Hersiliæ virum & avum Hostilii, qui post Numam regnavit, perhibent fuisse. Quum autem certamina de integro multa (ut verisimile est) brevi tempore fierent, unius potissimum meminerunt novissimi: quo quum in capite esset Romulus saxo ictus, ut pene in terram prolaberetur, & re-

δείσαντος, τοῦ τ' ἀντέχειν ὑφεμένου τοῖς Σαβίνοις, ἐνέδωκαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φυγῇ πρὸς τὸ Παλάντιον ἐχώρουν ἐξωθούμενοι τῶν ἐπιπέδων. ἤδη δὲ ὁ Ῥωμύλος ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέρων, ἐβούλετο μὲν εἰς τὰ ὅπλα χωρεῖν τοῖς φεύγουσιν ἐναντίως, καὶ μέγα βοῶν ἵστασθαι καὶ μάχεσθαι παρεκάλει. πολλῆς δὲ τῆς φυγῆς αὐτῷ περιεχομένης, καὶ μηδενὸς ἀναστρέφειν τολμῶντος, ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, ηὔξατο τῷ Διῒ στῆσαι τὸ στράτευμα, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα πεσόντα μὴ περιϊδεῖν, ἀλλ' ὀρθῶσαι. γενομένης δὲ τῆς εὐχῆς, αἰδώς τε τοῦ βασιλέως ἔσχε πολλοὺς, καὶ θάρσος ἐκ μεταβολῆς παρέστη τοῖς φεύγουσιν. ἔστησαν οὖν πρῶτον οὗ νῦν ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Στάτορος ἵδρυται νεὼς, ὃν ἐπιστάσιον ἄν τις ἑρμηνεύσειεν. εἶτα συνασπίσαντες πάλιν, ἔωσαν ὀπίσω τοὺς Σαβίνους ἐπὶ τὴν νῦν Ῥήγιαν προσαγορευομένην καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερόν.

Ἐνταῦθα δὴ αὐτοὺς ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς μάχεσθαι παρασκευαζομένους, ἐπέσχε δεινὸν ἰδεῖν θέαμα καὶ λόγου κρεῖττον ὄψις. αἱ γὰρ ἡρπασμέναι θυγατέρες τῶν Σαβίνων ὤφθησαν ἀλλαχόθεν ἄλλαι μετὰ βοῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ διὰ τῶν ὅπλων φερόμεναι καὶ τῶν νεκρῶν, ὥσπερ ἐκ θεοῦ κάτοχοι, πρός τε τοὺς ἄνδρας αὐτῶν καὶ τοὺς πατέρας· αἱ μὲν, παιδία κομίζουσαι νήπια πρὸς ταῖς ἀγκάλαις, αἱ δὲ, τὴν κόμην προϊσχόμεναι λελυμένην· πᾶσαι δὲ ἀνακαλούμεναι τοῖς φιλτάτοις ὀνόμασι, ποτὲ μὲν τοὺς Σαβίνους, ποτὲ δὲ τοὺς Ῥωμαίους. ἐπεκλάσθησαν οὖν ἀμφότεροι, καὶ διέσχον αὐταῖς ἐν μέσῳ καταστῆναι τῆς παρατάξεως· καὶ κλαυθμὸς ἅμα διὰ πάντων ἐχώρει, καὶ πολὺς οἶκτος ἦν πρός

τε

resistere Sabinis jam desineret, pedem retulerunt Romani, motique campo, & fuga delati ad Palatium sunt. Interea Romulus ex vulnere aliquantum recreatus occurrit fugientibus, ac repetere pugnam, reprimereque eos atque in hostem conabatur reducere, altaque voce ut resisterent, adhortabatur, certamenque ciebat. Quum vero effusa fuga circa eum fieret, neque quisquam reverti sustineret, tensis ad cœlum manibus precatus Jovem est, fugam ut sisteret, ac rem Romanam ruentem sustineret, restitueretque. Hæc orantis multos regis repressit verecundia, animumque, ablato timore, denuo addidit fugientibus. Restiterunt primum ubi nunc Jovis Statoris templum est. Tum collatis iterum armis impulerunt Sabinos ad Regiam, quam nunc vocant, & Vestæ ædem.

Hic eos iterare pugnam molientes, terribile visu & inauditum cohibuit spectaculum. Sabinorum filiæ, quæ raptæ fuerant, ex diversis locis accurrere. Hæ per infesta arma & cadavera cum clamore & ululatu tanquam numine quodam correptæ ad viros & patres intulerunt se, partim infantes in ulnis gestantes, partim crinibus resolutis, omnes tamen blandissimis nominibus, hinc Sabinos, hinc Romanos appellantes. Confestim flectebantur utrinque, atque inter utramque aciem datus est iis locus. Jam ejulatus ab omnibus pariter perceptus est, speciesque

com-

τε τὴν ὄψιν καὶ τοὺς λόγους, ἔτι μᾶλλον εἰς ἱκεσίαν καὶ δέησιν ἐκ δικαιολογίας καὶ παρρησίας τελευτῶντας. Τί γὰρ, ἔφασαν, ὑμᾶς δεινὸν ἢ λυπηρὸν ἐξεργασάμεναι, τὰ μὲν ἤδη πεπόνθαμεν, τὰ δὲ πάσχομεν τῶν σχετλίων κακῶν; ἡρπάσθημεν ὑπὸ τῶν νῦν ἐχόντων βίᾳ καὶ παρανόμως· ἁρπασθεῖσαι δ' ἠμελήθημεν ὑπ' ἀδελφῶν καὶ πατέρων, καὶ οἰκείων χρόνον τοσοῦτον, ὅσος ἡμᾶς πρὸς τὰ ἔχθιστα κεράσας ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις, πεποίηκε νῦν ὑπὲρ τῶν βιασαμένων καὶ παρανομησάντων δεδιέναι μαχομένων, καὶ κλαίειν θνησκόντων. οὐ γὰρ ἤλθετε τιμωρήσοντες ἡμῖν παρθένοις οὔσαις ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ νῦν ἀνδρῶν ἀποσπᾶτε γαμετὰς καὶ τέκνων μητέρας, οἰκτροτέραν βοήθειαν ἐκείνης τῆς ἀμελείας καὶ προδοσίας βοηθοῦντες ἡμῖν ταῖς ἀθλίαις. τοιαῦτα μὲν ἠγαπήθημεν ὑπὸ τούτων, τοιαῦτα δὲ ὑφ' ὑμῶν ἐλεούμεθα. καὶ γὰρ εἰ δι' ἄλλην αἰτίαν μάχεσθε, παύσασθαι δι' ἡμᾶς, πενθεροὺς γεγονότας καὶ πάππους καὶ οἰκείους ὄντας, ἐχρῆν. εἰ δ' ὑπὲρ ἡμῶν ὁ πόλεμός ἐστι, κομίσασθε ἡμᾶς μετὰ γαμβρῶν καὶ τέκνων, καὶ ἀπόδοτε ἡμῖν πατέρας καὶ οἰκείους, μηδὲ ἀφέλησθε παῖδας καὶ ἄνδρας, ἱκετεύομεν ὑμᾶς, μὴ πάλιν αἰχμάλωτοι γενέσθαι. τοιαῦτα πολλὰ τῆς Ἑρσιλίας προσαγορευούσης, καὶ τῶν ἄλλων δεομένων, ἐσπείσθησαν ἀνοχαί, καὶ συνῆλθον εἰς λόγους οἱ ἡγεμόνες. αἱ δὲ γυναῖκες ἐν τούτῳ τοῖς πατράσι καὶ τοῖς ἀδελφοῖς τοὺς ἄνδρας προσῆγον καὶ τέκνα, προσέφερόν τε τροφὴν καὶ ποτὸν τοῖς δεομένοις, καὶ τετρωμένους ἐθεράπευον οἴκαδε κομίζουσαι· καὶ παρεῖχον ὁρᾶν ἀρχούσας μὲν αὐτὰς τοῦ οἴκου, προσέχοντας δὲ τοὺς ἄνδρας αὐταῖς, καὶ μετ' εὐνοίας τιμὴν ἅπασαν νέμοντας. ἐκ τούτου συντίθενται τῶν μὲν γυναικῶν τὰς

commovit eos: multo maxime oratio in obsecrationem & precationem ex disceptatione & querimonia desinens. Quo nostro (inquiunt) merito in miserias tantas, & nuper & hoc tempore incidimus? vi sumus & injuria ab illis qui nunc habent, raptæ, injuria nostra a fratribus, parentibus, propinquis hactenus neglecta, dum vinculis cum inimicissimis conglutinatæ arctissimis, timere raptoribus & violatoribus cogamur præliantibus, & lugere cadentes. Neque enim vindicatum nos, dum virgines fuimus, advolastis a violatoribus, sed nunc a viris avellitis conjuges, & a liberis matres, qui miseris nobis tristius auxilium, quam neglectus ille fuit & proditio, fertis: ita honorum amore, ita vestra miseratione affecti. Nam si alia belli causa esset, dandum hoc erat nobis, quæ vos soceros, avos atque affines effecimus, arma ut poneretis: sin nos in causa sumus, abducite nos quæsumus cum generis & liberis, ac reddite nobis parentes cognatosque: abstrahere a prole atque viris omittite, ne iterum captivæ reddamur. Quum talia multa Hersilia diceret, orarentque cæteræ, induciis factis procedunt ad colloquium duces. Interea mulieres ad parentes & fratres adducere viros liberosque, reficere cibo & potu eos qui quærerent, saucios domum deportatos curare, ostendere domi se præesse, quanta viri in se indulgentia essent, quantaque charitate & honore prosequerentur. Ita pax fit, ut quæ vellent mulieres, manerent

τὰς βουλομένας συνοικεῖν τοῖς ἔχουσιν, ὥσπερ εἴρηται, παντὸς ἔργου καὶ πάσης λατρείας, πλὴν ταλασίας, ἀφειμένας· οἰκεῖν δὲ κοινῇ τὴν πόλιν Ῥωμαίους καὶ Σαβίνους· καὶ καλεῖσθαι μὲν Ῥώμην ἐπὶ Ῥωμύλῳ τὴν πόλιν, Κυρίτας δὲ, Ῥωμαίους ἅπαντας ἐπὶ τῇ Τατίου πατρίδι· βασιλεύειν δὲ κοινῇ καὶ στρατηγεῖν ἀμφοτέρους. ὅπου δὲ ταῦτα συνέθεντο, μέχρι νῦν κομίτιον καλεῖται· κομίρε γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι.

Διπλασιασθείσης δὲ τῆς πόλεως, ἑκατὸν μὲν ἐκ Σαβίνων πατρίκιοι προσκατελέχθησαν, αἱ δὲ λεγεῶνες ἐγένοντο πεζῶν μὲν ἑξακισχιλίων, ἱππέων δὲ, ἑξακοσίων. φυλὰς δὲ τρεῖς καταστήσαντες, ὠνόμασαν τοὺς μὲν ἀπὸ Ῥωμύλου, Ῥαμνήνσης· τοὺς δὲ ἀπὸ Τατίου, Τατιήνσης· τρίτους δὲ, Λουκερήνσης διὰ τὸ ἄλσος, εἰς ὃ πολλοὶ καταφυγόντες ἀσυλίας διδομένης, τοῦ πολιτεύματος μετέσχον· τὰ δ᾽ ἄλση λούκους ὀνομάζουσιν. ὅτι δ᾽ ἦσαν αἱ φυλαὶ τοσαῦται, τοὔνομα μαρτυρεῖ· τρίβους γὰρ ἔτι νῦν τὰς φυλὰς καλοῦσι, καὶ τριβούνους τοὺς φυλάρχους. ἑκάστη δὲ φυλὴ δέκα φατρίας εἶχεν, ἃς ἔνιοι λέγουσιν ἐπωνύμους εἶναι ἐκείνων τῶν γυναικῶν. τοῦτο δὲ δοκεῖ ψεῦδος εἶναι· πολλαὶ γὰρ ἔχουσιν ἀπὸ χωρίων τὰς προσηγορίας. ἀλλὰ μέντοι πολλὰ ταῖς γυναιξὶν εἰς τιμὴν ἀπέδωκαν, ὧν καὶ ταῦτά ἐστιν· ἐξίστασθαι μὲν ὁδοῦ βαδιζούσαις, αἰσχρὸν δὲ μηδένα μηδὲν εἰπεῖν παρούσης γυναικὸς, μηδ᾽ ὀφθῆναι γυμνὸν, ἢ δίκην φεύγειν παρὰ τοῖς ἐπὶ τῶν φονικῶν καθεστῶσι, φορεῖν δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν τὴν καλουμένην βοῦλλαν, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὅμοιον πομφόλυγι περιδέῤῥαιόν τι, καὶ περιπόρφυρον. ἐβουλεύοντο δὲ οἱ βασιλεῖς οὐκ εὐθὺς ἐν κοινῷ μετ᾽ ἀλλήλων, ἀλλ᾽ ἑκάτερος πρότερον ἰδίᾳ μετὰ τῶν ἑκα-

nerent apud eos a quibus tenebantur, ab omni opere, & obsequio, præterquam lanificio, immunes: communem haberent Romani & Sabini urbem, Roma urbs a Romulo, Romani omnes Quirites a Tatii patria vocarentur, regnum ducibus domi militiæque consociaretur. Locus ubi fœdus ictum fuit, hodie quoque a coeundo Comitium vocatur.

Geminata urbe, centum ex Sabinis senatores allecti, legiones constitutæ ex peditibus senis millibus, equitibus sexcenis. Tribus tres factæ nominantur Ramnenses a Romulo, a Tatio Tatienses, Luceres a luco, quo in asylum multi qui confugerant, inviolati in civitatem recepti erant: quippe tres fuisse, & nomina tribus & tribuni declarant. Singulæ denis constabant curiis, quibus Sabinarum imposita nomina autumant quidam fuisse. Verum id, quia a regionibus cognomina complures habent, falsum videtur: quamvis multa constituerint in honorem fœminarum, ex quibus hæc sunt: Decedere illis via, ab omni obscœno dicto præsente muliere abstinere, non conspici nudum, aut apud judices rerum capitalium illas causam dicere, earum liberos gestare bullam ex figura & similitudine ita dictam, colli quoddam ornamentum, & prætextam. Concilia non statim vocabant reges in unum, sed separata primo cum suis uterque centenis habe-

ἕκατον, εἶτα οὕτως εἰς ταυτὸν ἅπαντας συνῆγον. ᾤκει δὲ Τάτιος μὲν, ὅπου νῦν ὁ τῆς Μονήτης ναός ἐστι, Ῥωμύλος δὲ, παρὰ τοὺς λεγομένους βαθμοὺς καλῆς ἀκτῆς. οὗτοι δέ εἰσι περὶ τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον τὸν μέγαν ἐκ Παλατίου κατάβασιν. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν κράνειαν ἔφασαν τὴν ἱερὰν γεγονέναι, μυθολογοῦντες ὅτι πειρώμενος ὁ Ῥωμύλος αὑτοῦ, λόγχην ἀκοντίσειεν ἀπὸ τοῦ Αοεντίνου, τὸ ξυσὸν ἔχουσαν κρανείας· καταδύσης δὲ τῆς αἰχμῆς εἰς βάθος, ἀνασπάσαι μὲν οὐδεὶς, πειρωμένων πολλῶν, ἴσχυσε· τὸ δὲ ξύλον ἔστεξεν ἡ γῆ ζώφυτος οὖσα, καὶ βλαστοὺς ἀνῆκε, καὶ στέλεχος εὐμέγεθες κρανείας ἔτρεψε. τοῦτο δ' οἱ μετὰ Ῥωμύλον, ὡς ὄν τι τῶν ἁγιωτάτων ἱερῶν φυλάττοντες καὶ σεβόμενοι, περιετείχισαν. ὅτῳ δὲ προσιόντι δόξειε μὴ θαλερὸν εἶναι μηδὲ χλωρὸν, ἀλλ' οἷον ἀτροφεῖν καὶ φθίνειν, ὁ μὲν εὐθὺς ἔφραζε κραυγῇ τοῖς προστυγχάνουσιν· οἱ δ' ὥσπερ ἐμπρησμῷ βοηθοῦντες, ἐβόων ὕδωρ, καὶ συνέτρεχον πανταχόθεν, ἀγγεῖα πλήρη κομίζοντες ἐπὶ τὸν τόπον. Γαΐου δὲ Καίσαρος, ὥς φασι, τὰς ἀναβάσεις ἐπισκευάζοντος, καὶ τῶν τεχνιτῶν περιορυττόντων τὰ πλησίον, ἔλαθον αἱ ῥίζαι κακωθεῖσαι παντάπασι, καὶ τὸ φυτὸν ἐμαράνθη.

Μῆνας μὲν οὖν οἱ Σαβῖνοι τοὺς Ῥωμαίων ἐδέξαντο, καὶ περὶ αὐτῶν ὅσα καλῶς εἶχεν, ἐν τῷ Νουμᾶ βίῳ γέγραπται. θυρεοῖς δὲ τοῖς ἐκείνων ὁ Ῥωμύλος ἐχρήσατο, καὶ μετέβαλε τὸν ὁπλισμὸν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν Ῥωμαίων, Ἀργολικὰς πρότερον ἀσπίδας φορούντων. ἑορτῶν δὲ καὶ θυσιῶν ἀλλήλοις μετεῖχον, ἃς μὲν ἦγε τὰ γένη πρότερον οὐκ ἀνελόντες, ἑτέρας δὲ θέμενοι καινὰς, ὧν ἥ τε τῶν Ματρωναλίων ἐστὶ, δοθεῖσα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου

habebant, inde in unum convocabant omnes. Tatius habitabat ubi ædes nunc Monetæ est, Romulus ad pulchri littoris quos vocant gradus, circa descensum ex Palatio in Circum maximum. Quo loco referunt sacram cornum fuisse, & fabulam attexunt, exercentem se Romulum torsisse ex Aventino lanceam, cujus erat corneum hastile. Alte defixam cuspidem convellere quum multi niterentur, neminem valuisse, luxuriantem autem, quæ lignum erat amplexa, humum, ramos emisisse & stipitem corni eximia nutrivisse proceritate. Eam posteri, ut rem sanctissimam magna religione venerantes, muro cinxerunt. Quæ cuivis visa esset minus frondescere vel virescere, sed marcescere & exarescere, id clamore ille illico significabat obviis quibusque: qui sicut ad restinguendum incendium aquam conclamabant, simul concursus fiebat undique vasa plena eo aquæ portantium. Caio autem Cæsare gradus instaurante, quum opifices tellurem adhærentem arbori circumfoderent, imprudentes plane corruperunt radices, ac contabuit arbor.

Menses acceperunt Sabini Romanorum, in quibus quicquid probatu dignum sit, in vita Numæ retulimus. Romulus ab illis est scuta mutuatus, suaque ac Romanorum, qui ferre ante parmas Argolicas solebant, arma mutavit. Festos dies & sacra inter se promiscua habuere: quæ adferret utraque gens non antiquarunt, instituerunt insuper nova, ex quibus Matronalia sunt, ob bellum diremptum,

λέμου καταλύσει, καὶ ἡ τῶν Καρμενταλίων. τὴν δὲ Καρμένταν οἴονταί τινες μοῖραν εἶναι, κυρίαν ἀνθρώπων γενέσεως· διὸ καὶ τιμῶσιν αὐτὴν αἱ μητέρες. οἱ δὲ, τὴν τοῦ Εὐάνδρου τοῦ Ἀρκάδος γυναῖκα, μαντικήν τινα καὶ φοιβαστικὴν ἐμμέτρων χρησμῶν γενομένην, Καρμένταν ἐπονομασθῆναι· τὰ γὰρ ἔπη κάρμινα καλοῦσι, Νικοστράτη δὲ ἦν ὄνομα κύριον αὐτῇ. καὶ τοῦτο μὲν ὁμολογεῖται· τὴν δὲ Καρμένταν ἔνιοι πιθανώτερον ἀφερμηνεύουσιν, οἷον ἐστερημένην νοῦ, διὰ τὰς ἐν τοῖς ἐνθουσιασμοῖς παραφροσύνας. τὸ μὲν γὰρ στέρεσθαι, κάρηρε, μέντεμ δὲ, τὸν νοῦν ὀνομάζουσι. περὶ δὲ τῶν Παλιλίων προείρηται. τὰ δὲ Λουπερκάλια, τῷ μὲν χρόνῳ δόξειεν ἂν εἶναι καθάρσια· δρᾶται γὰρ ἐν ἡμέραις ἀποφράσι τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, ὃν καθάρσιον ἄν τις ἑρμηνεύσειε, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τοπαλαιὸν ἐκάλουν Φεβράτην· τοὔνομα δὲ τῆς ἑορτῆς ἑλληνιστὶ σημαίνει λύκαια, καὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο παμπάλαιος ἀπ' Ἀρκάδων εἶναι τῶν παρ' Εὔανδρον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν κοινόν ἐστι· δύναται γὰρ ἀπὸ τῆς λυκαίνης γεγονέναι τοὔνομα. καὶ γὰρ ἀρχομένους τῆς περιδρομῆς τοὺς Λουπέρκους ὁρῶμεν ἐντεῦθεν ὅπου τὸν Ῥωμύλον ἐκτεθῆναι λέγουσι. τὰ δὲ δρώμενα τὴν αἰτίαν ποιεῖ δυστόπαστον· σφάττουσι γὰρ αἶγας, εἶτα μειρακίων δυοῖν ἀπὸ γένους προσαχθέντων αὐτοῖς, οἱ μὲν ᾑμαγμένῃ μαχαίρᾳ τοῦ μετώπου θιγγάνουσιν, ἕτεροι δὲ ἀπομάττουσιν εὐθὺς, ἔριον βεβρεγμένον γάλακτι προσφέροντες. γελᾶν δὲ δεῖ τὰ μειράκια μετὰ τὴν ἀπόμαξιν. ἐκ δὲ τούτου τὰ δέρματα τῶν αἰγῶν κατατεμόντες, διαθέουσιν ἐν περιζώματι γυμνοὶ, τοῖς σκύτεσι τὸν ἐμποδὼν παίοντες. αἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ γυναῖκες οὐ φεύγουσι τὸ παίεσθαι, νομίζουσαι πρὸς εὐτοκίαν

ptum, concessa fœminis, itemque Carmentalia. Carmentam aiunt quidam Parcam esse, hominum generationis præsidem. Unde colitur a matribus familias. Alii Arcadis Evandri memorant conjugem fuisse fatidicam, & versibus oracula solitam reddere : propterea a carminibus dictam Carmentam, quum Nicostrata verum nomen esset: quod quidem omnibus in confesso est. Alii vero probabilius Carmentam interpretantur, quasi mente carentem, ex furore fanatico : hoc enim istæ voces Latine denotant. De Paliliis supra est dictum. Lupercalia ex tempore dicas lustralia esse, quia diebus nefastis aguntur mensis Februarii, quem interpreteris lustralem. Diem veteres februatam vocabant. Nomen vero festi Græce sonat Lupercalia ; ideoque admodum vetusta, ab Arcadibus Evandri comitibus accepta videtur. Cæterum hæc vulgata est fama : nam deduci nomen potuit a lupa : quod inde Luperci, unde educatum Romulum ferunt, auspicari cernamus cursum per urbem. Verum quæ aguntur, causam præbent conjectu difficilem. Jugulant capras, inde nobilibus duobus adolescentibus adductis, alii gladio cruento frontem tingunt, alii statim imbuta lacte lana detergunt eam : post detersionem ridere adolescentes oportet. Hinc tergoribus dissectis caprarum, in subligaculo discurrunt nudi, obvium quemque scuticis cædentes. Mulieres adultæ non declinant verbera, proficere ea ad conceptionem

τοκίαν καὶ κύησιν συνεργεῖν. ἴδιον δὲ τῆς ἑορτῆς τὸ καὶ κύνα θύειν τοὺς Λουπέρκους. Βούτας δέ τις αἰτίας μυθώδεις ἐν ἐλεγείοις περὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀναγράφων, φησί, τοῦ Ἀμουλίου τοὺς περὶ τὸν Ῥωμύλον κρατήσαντας, ἐλθεῖν δρόμῳ μετὰ χαρᾶς ἐπὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ νηπίοις οὖσιν αὐτοῖς ἡ λύκαινα θηλὴν ὑπέσχε· καὶ μίμημα, τοῦ τε δρόμου τὴν ἑορτὴν ἄγεσθαι καὶ τρέχειν τοὺς ἀπὸ γένους, τοὺς

Ἐμποδίους τύπτοντας, ὅπως τότε φάσγαν' ἔχοντες
Ἐξ Ἄλβης ἔθεον Ῥωμύλος ἠδὲ Ῥέμος.

καὶ τὸ μὲν ξίφος ἡμαγμένον προσφέρεσθαι τῷ μετώπῳ, τοῦ τότε φόνου καὶ κινδύνου σύμβολον, τὴν δὲ διὰ τοῦ γάλακτος ἀποκάθαρσιν, ὑπόμνημα τῆς τροφῆς αὐτῶν εἶναι. Γάϊος δὲ Ἀκίλιος ἱστορεῖ, πρὸ τῆς κτίσεως τὰ θρέμματα τῶν περὶ τὸν Ῥωμύλον ἀφανῆ γενέσθαι· τοὺς δέ, τῷ Φαύνῳ προσευξαμένους ἐκδραμεῖν γυμνοὺς ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ὅπως ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος μὴ ἐνοχλοῖντο· καὶ διὰ τοῦτο γυμνοὺς περιτρέχειν τοὺς Λουπέρκους. τὸν δὲ κύνα φαίη τις ἄν, εἰ μὲν ἡ θυσία καθαρμός ἐστι, θύεσθαι, καθαρσίῳ χρωμένων αὐτῷ· καὶ γὰρ Ἕλληνες ἔν τε τοῖς καθαρσίοις σκύλακας ἐκφέρουσι, καὶ πολλαχοῦ χρῶνται τοῖς λεγομένοις περισκυλακισμοῖς· εἰ δὲ τῇ λυκαίνῃ χαριστήρια ταῦτα, καὶ τροφεῖα καὶ σωτήρια Ῥωμύλου τελοῦσιν, οὐκ ἀτόπως ὁ κύων σφάττεται· λύκοις γάρ ἐστι πολέμιος. εἰ μὴ νὴ Δία κολάζεται τὸ ζῷον ὡς παρενοχλοῦν τοὺς Λουπέρκους, ὅταν περιθέωσι.

Λέγεται δὲ καὶ τὴν περὶ τὸ πῦρ ἁγιστείαν Ῥωμύλον καταστῆσαι πρῶτον, ἀποδείξαντα

onem & partum ratæ. Celebritas ea hoc quoque habet peculiare, canem quod immolent Luperci. Butas quidam, qui causas fabulosas in Elegiis rerum Romanarum tradidit, ait Romulum devicto Amulio cursu se exultantem contulisse in locum eum ubi lupa infantibus ipsis summiserat mammam, atque hac solemnitate eum cursum referri, nobilesque in cursu adolescentes,

Pulsare oblatos strictis velut ensibus Alba
Tunc sese extulerant Romulus atque Remus.

Ensem vero cruentum fronti admotum cædis illius notam esse & periculi: Abstersionem per lac ipsorum monumentum nutrimentorum. C. Acilius ante conditam urbem autor est Romuli & Remi pecus amissum fuisse, quos Fauno voto facto nudos, ne molestus iis sudor foret, ad requirendum id, excurrisse: Hinc nudos discurrere Lupercos. Canem arbitror, si lustratio id sacrum est, immolari, quod eo utantur inter lustrandum. Etenim Græci in sacris lustralibus catulos efferunt, quibus sæpius utuntur, quam ceremoniam vocant περισκυλακισμόν. Quod si lupæ gratitudinis causa sacrum faciunt, ob eductum & servatum Romulum, non absurde canem jugulant, quia lupis inimicus est. Nisi sane hoc animal, quod interpellet in discurrendo Lupercos, punitur.

Fama est, Romulum etiam ignem primum consecrasse, virginesque legisse, quas Vesta-

ξαντα παρθένους ἱερὰς, ἑστιάδας προσαγορευομένας. οἱ δὲ τοῦτο μὲν εἰς Νουμᾶν ἀναφέρουσι, τὰ δ' ἄλλα τὸν Ῥωμύλον διαφερόντως θεοσεβῆ, ἔτι δὲ μαντικὸν ἱστοροῦσι γενέσθαι, καὶ φορεῖν ἐπὶ μαντικῇ τὸ καλούμενον λίτυον. ἔστι δὲ καμπύλη ῥάβδος, ᾗ τὰ πλινθία καθεζομένους ἐπ' οἰωνῶν διαγράφειν. τοῦτο δ' ἐν Παλατίῳ φυλαττόμενον ἀφανισθῆναι περὶ τὰ Κελτικὰ τῆς πόλεως ἁλούσης· εἶτα μέντοι τῶν βαρβάρων ἐκπεσόντων, εὑρεθῆναι κατὰ τέφρας βαθείας, ἀπαθὲς ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀπολωλόσι καὶ διεφθαρμένοις. ἔθηκε δὲ καὶ νόμους τινὰς, ὧν σφοδρὸς μέν ἐστιν ὁ γυναικὶ μὴ διδοὺς ἀπολείπειν ἄνδρα, γυναῖκα δὲ διδοὺς ἐκβαλεῖν ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων, ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ, καὶ μοιχευθεῖσαν· εἰ δ' ἄλλως τις ἀποπέμψαιτο, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ μὲν τῆς γυναικὸς εἶναι, τὸ δὲ τῆς Δήμητρος ἱερὸν κελεύων· τὸν δ' ἀποδόμενον γυναῖκα θύεσθαι χθονίοις θεοῖς. ἴδιον δὲ τὸ μηδεμίαν δίκην κατὰ πατροκτόνων ὁρίσαντα, πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατροκτονίαν προσειπεῖν, ὡς τούτου μὲν ὄντος ἐναγοῦς, ἐκείνου δὲ ἀδυνάτου. καὶ μέχρι χρόνων πολλῶν ἔδοξεν ὀρθῶς ἀπογνῶναι τὴν τοιαύτην ἀδικίαν· οὐδεὶς γὰρ ἔδρασε τοιοῦτον οὐδὲν ἐν Ῥώμῃ σχεδὸν ἐτῶν ἑξακοσίων διαγενομένων· ἀλλὰ πρῶτος μετὰ τὸν Ἀννιβαϊκὸν πόλεμον ἱστορεῖται Λεύκιος Ὄστιος πατροκτόνος γενέσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ περὶ τούτων.

Ἔτει δὲ πέμπτῳ τῆς Τατίου βασιλείας, οἰκεῖοί τινες αὐτοῦ καὶ συγγενεῖς πρέσβεσιν ἀπὸ Λαυρέντου βαδίζουσιν εἰς Ῥώμην ἐντυχόντες, καθ' ὁδὸν ἐπεχείρουν ἀφαιρεῖσθαι τὰ χρήματα βίᾳ, καὶ μὴ προϊεμένους, ἀλλ' ἀμυνομένους ἀνεῖλον. ἔργου

Vestales vocant. Alii tribuunt id Numæ. Mire alioqui Romulum fuisse tradunt religiosum, augurandique peritum, atque eam ob scientiam lituum gestasse. Est lituus bacillum incurvum, quo qui auspicantur, regiones cœli definiunt. Hunc in Capitolio ferunt servari solitum, sed capta a Gallis urbe perditum, mox ejectis illis inter cætera incensa omnia & corrupta, multo obrutum cinere inventum fuisse, ab igne intactum. Leges Romulus nonnullas tulit: ex quibus illa dura est, quæ mulieri a viro vetat divertere, at viro permittit illam, veneficio sublatis liberis, vel subdito partu, vel adulterio admisso repudiare. Sin alia de causa domo exegerit eam, partem bonorum viri attribuit mulieri, partem Cereri consecravit. Qui repudiasset uxorem, Deos manes placaret. Singulare est, quod qui pœnam in eos qui parentes necaverunt, nullam sanxerit, quodvis homicidium parricidii designaverit nomine, tanquam hoc nefario facinore, illo inaudito. Ac multis quidem seculis post visus est merito sane id scelus censuisse non extiturum. Nam annis prope totis sexcentis, nemo Romæ se isti facinori obligavit: sed patrem interemisse L. Ostius a secundo bello Punico primus fertur. Hactenus de illis satis.

Porro familiares quidam Tatii & propinqui, anno ejus regni quinto, Laurentum legatos, in quos proficiscentes Romam inciderant in itinere, spoliare sunt aggressi: quos repugnantes & se defendentes obtruncaverunt. Ro-

ἔργου δὲ δεινοῦ τολμηθέντος, ὁ μὲν Ῥωμύλος εὐθὺς δεῖν ᾤετο κολάζεσθαι τοὺς ἀδικήσαντας, ὁ δὲ Τάτιος ἐξέκρουε, καὶ παρῆγε. καὶ τοῦτο μόνον αὐτοῖς ὑπῆρξεν αἴτιον ἐμφανοῦς διαφορᾶς, τὰ δ' ἄλλα κατακοσμοῦντες ἑαυτοὺς, ὡς ἔνι μάλιστα κοινῶς ἐχρῶντο καὶ μεθ' ὁμονοίας τοῖς πράγμασιν. οἱ δὲ τῶν ἀνῃρημένων οἰκεῖοι, πάσης ἐξειργόμενοι δίκης νομίμου διὰ τὸν Τάτιον, ἀποκλινοῦσιν αὐτὸν ἐν Λαβινίῳ, θύοντα μετὰ Ῥωμύλου, προσπεσόντες. τὸν δὲ Ῥωμύλον, ὡς δίκαιον ἄνδρα, προὔπεμψαν εὐφημοῦντες. ὁ δὲ, τὸ μὲν σῶμα τοῦ Τατίου κομίσας ἐντίμως ἔθαψε, καὶ κεῖται περὶ τὸ καλούμενον Ἀρμιλούστριον ἐν Ἀβεντίνῳ, τῆς δὲ δίκης τοῦ φόνου παντάπασιν ἠμέλησεν. ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων ἱστοροῦσι, τὴν μὲν πόλιν τῶν Λαυρεντίων φοβηθεῖσαν ἐκδιδόναι τοὺς αὐτόχειρας Τατίου, τὸν δὲ Ῥωμύλον ἀφεῖναι, φήσαντα φόνον φόνῳ λελύσθαι· τοῦτο δὲ λόγον μέν τινα παρέσχε καὶ ὑποψίαν, ὡς ἀσμένως γέγονεν αὐτῷ τὸ τοῦ συνάρχοντος ἀπαλλαγῆναι. τῶν δὲ πραγμάτων οὐδὲν διετάραξεν οὐδὲ διεστασίασε τοὺς Σαβίνους, ἀλλ' οἱ μὲν εὐνοίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν, οἱ δὲ φόβῳ τῆς δυνάμεως, οἱ δ' ὡς θεῷ χρώμενοι, εἰς πᾶσαν εὔνοιαν θαυμάζοντες διετέλουν. ἐθαύμαζον δὲ πολλοὶ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀνθρώπων τὸν Ῥωμύλον· οἱ δὲ πρεσβύτεροι Λατῖνοι πέμψαντες αὐτῷ φιλίαν ἐποιήσαντο καὶ συμμαχίαν. Φιδήνας δὲ εἷλεν, ἀστυγείτονα τῆς Ῥώμης πόλιν, ὡς μὲν ἔνιοι φασὶν, ἐξαίφνης τοὺς ἱππέας πέμψας, καὶ κελεύσας ὑποτεμεῖν τῶν πυλῶν τοὺς στρόφιγγας, εἶτα ἐπιφανεὶς αὐτοῖς ἀπροσδοκήτως· ἕτεροι δὲ λέγουσι, προτέρους ἐκείνους ἐμβαλόντας ἐλάσασθαί τε λείαν καὶ καθυβρίσαι πολλὰ τὴν χώραν καὶ τὸ προάστειον·

Romulus facinore perpetrato tam atroci, confestim supplicio afficiendos censebat autores: Tatius rem rejiciebat ac dissimulabat. Atque hinc solum aperta est inter eos dissensio exorta, quum alioqui summa moderatione & concordia regnum administrarent communiter. Cæsorum vero necessarii, quum pœnas jure gentium per Tatium non consequerentur, sacrificantem cum Romulo Lavinii adorti interfecere: Romulum ut virum justum honorifice sunt cum favore prosequuti. Ille corpus Tatii magno honore Romam delatum tumulavit in Aventino ad Armilustrium, cædis ultionem tamen plane neglexit persequi. Sunt qui scribant metu perculsos Laurentes Tatii percussores dedisse, sed Romulum cæde pensatam cædem præfatum, eos noxa solvisse: Ideo sermonibus jactitatum & habitum, ut a regni socio liberaretur, accidisse id eo non invito. Verum nihil hinc tumultus, nihil seditionis ortum ab Sabinis est, sed partim favore in illum, partim metu potentiæ, alii pro Deo eum habentes, uno & constanti animo illum coluere. Multæ etiam exteræ nationes suspiciebant Romulum. Prisci Latini missis legatis amicitiam cum eo & societatem junxere. Fidenas cepit vicinam Romæ urbem (ut quidam autores sunt) ex improviso immisso equitatu: quibus in mandatis dederat ut cardines exscinderent portarum, mox oppressit nec opinantes. Alii tradunt, quum occœpissent illi invadere fines Romanos, populabundique agrum & suburbium fœde

σειον· ἐνέδρας δὲ τὸν Ῥωμύλον θέμενον αὐτοῖς, καὶ διαφθείραντα πολλοὺς, λαβεῖν τὴν πόλιν. οὐ μὴν ἀνεῖλεν οὐδὲ κατέσκαψεν, ἀλλὰ Ῥωμαίων ἐποίησεν ἀποικίαν, δισχιλίους καὶ πεντακοσίους ἀποστείλας οἰκήτορας, εἰδοῖς Ἀπριλλίαις.

Ἐκ τούτου λοιμὸς ἐμπίπτει, θανάτους μὲν αἰφνιδίους ἀνθρώποις ἄνευ νόσων ἐπιφέρων, ἁπτόμενος δὲ καὶ καρπῶν ἀφορίας, καὶ θρεμμάτων ἀγονίας. ὕσθη δὲ καὶ σταγόσιν αἵματος ἡ πόλις, ὥστε πολλὴν προσγενέσθαι τοῖς ἀναγκαίοις πάθεσι δεισιδαιμονίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τὸν Λαυρεντὸν οἰκοῦσιν ὅμοια συνέβαινεν, ἤδη παντάπασιν ἐδόκει τῶν ἐπὶ Τατίῳ συγκεχυμένων δικαίων, ἐπί τε τοῖς πρέσβεσι φονευθεῖσι, μήνιμα δαιμόνιον ἀμφοτέρας ἐλαύνειν τὰς πόλεις. ἐκδοθέντων δὲ τῶν φονέων καὶ κολασθέντων παρ' ἀμφοτέραις, ἐλώφησεν ἐπιδήλως τὰ δεινά· καὶ καθαρμοῖς ὁ Ῥωμύλος ἥγνισε τὰς πόλεις, οὓς ἔτι νῦν ἱστοροῦσιν ἐπὶ τῆς Φερεντίνης πύλης συντελεῖσθαι. πρὶν δὲ λῆξαι τὸν λοιμὸν, ἐπέθεντο Καμάριοι Ῥωμαίοις, καὶ κατέδραμον τὴν χώραν ὡς ἀδυνάτων ἀμύνεσθαι διὰ τὸ πάθος. εὐθὺς οὖν ὁ Ῥωμύλος ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ μάχῃ κρατήσας, ἑξακισχιλίους ἀπέκτεινε· καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν, τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν περιγενομένων εἰς Ῥώμην μετῴκισε, τῶν δ' ὑπομενόντων διπλασίους ἐκ Ῥώμης κατῴκισεν εἰς τὴν Καμερίαν, Σεξτιλίαις καλάνδαις. τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν πολιτῶν, ἑκκαίδεκα ἔτη σχεδὸν οἰκοῦντι τὴν Ῥώμην. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις λαφύροις, καὶ χαλκοῦν ἐκόμισε τέθριππον ἐκ Καμαρίας· τοῦτο δὲ ἀνέστησεν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου, ποιησάμενος ἑαυτὸν ὑπὸ νίκης στεφανούμενον.

Οὕτω

fœde vastassent, insidiis Romulum circumventos plurimos occidisse, atque urbe eorum potitum esse. Non excidit eam tamen, neque solo æquavit, sed coloniam Romanam illuc, missis ad eam incolendam duobus millibus quingentis civibus, Idus Apriles deduxit.

Inde pestilentia ingruit, quæ mortem subitam inferens non trahebat morbum. Vulgabatur & in fruges pecudesque, inde magna sterilitas orta. Sanguine quoque pluit. Unde præter fatales calamitates incessit animis gravis superstitio. Enimvero ubi eadem Laurentes infestarunt, tum pro certo habitum, ob necem tam Tatii quam legatorum jure non vindicatam, ultionem divinam utramque persequi civitatem. Deditis post homicidis & supplicio utrinque affectis perspicue malum est mitigatum, lustravitque Romulus urbes expiationibus, quas hodie quoque tradunt ad portam Ferentinam celebrari. Pestilentia etiamnum grassante Camerii fecerunt in fines Romanos incursionem, quasi peste Romanis ad vim propulsandam impeditis. At Romulus infesto exercitu movit, ac prœlio iis fusis, occidit sex millia, expugnatoque horum oppido, dimidium ejus quod bellum reliquum fecerat, Romam habitatum traduxit, Camerium colonos Romanos bis totidem, quam ibi relicti fuerant, Calendis Sextilibus scripsit. Tantum illi sedecim prope annis a condita urbe supererat civium. Inter cæteram prædam ex Camerio æneum attulit currum, atque eum in templo Vulcani dedicavit, cui imposuit statuam suam a Victoria coronatam.

Ita

Οὕτω δὲ ῥωννυμένοις τοῖς πράγμασιν, οἱ μὲν ἀσθενέστεροι τῶν προσοίκων ὑπεδύοντο, καὶ τυγχάνοντες ἀδείας ἠγάπων· οἱ δὲ δυνατοὶ δεδιότες καὶ φθονοῦντες, οὐκ ᾤοντο δεῖν περιορᾶν, ἀλλ' ἐνίστασθαι τῇ αὐξήσει, καὶ κολούειν τὸν Ῥωμύλον. πρῶτοι δὲ Τυρρηνῶν Οὐήιοι χώραν κεκτημένοι πολλὴν, καὶ μεγάλην πόλιν οἰκοῦντες, ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμου, Φιδήνας ἀπαιτεῖν, ὡς προσηκούσας αὐτοῖς. τὸ δ' οὐκ ἄδικον ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ γελοῖον, ὅτι κινδυνεύουσι τότε καὶ πολεμουμένοις οὐ προσαμυνάντες, ἀλλ' ἐάσαντες ἀπολέσθαι τοὺς ἄνδρας, οἰκίας καὶ γῆν ἀπαιτοῖεν, ἄλλων ἐχόντων. καθυβρισθέντες οὖν ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου ἐν ταῖς ἀποκρίσεσι, δίχα διεῖλον ἑαυτοὺς, καὶ τῷ μὲν, ἐπέκειντο τῷ Φιδηνῶν στρατεύματι, τῷ δὲ, πρὸς Ῥωμύλον ἀπήντων. πρὸς μὲν οὖν Φιδήνας δισχιλίους Ῥωμαίων κρατήσαντες ἀπέκτειναν· ὑπὸ Ῥωμύλου δὲ νικηθέντες, ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους ἀπέβαλον. αὖθις δὲ περὶ Φιδήνην ἐμαχέσαντο, καὶ τὸ μὲν πλεῖστον ἔργον αὐτοῦ Ῥωμύλου γενέσθαι, τέχνην τε μετὰ τόλμης πᾶσαν ἀποδειξαμένου, ῥώμῃ τε καὶ ποδωκείᾳ πολὺ δόξαντος ἀνθρωπίνης κρείττονι κεχρῆσθαι, πάντες ὁμολογοῦσι· τὸ δ' ὑπ' ἐνίων λεγόμενον, κομιδῇ μυθῶδές ἐστι, μᾶλλον δὲ ὅλως ἄπιστον, ὅτι μυρίων καὶ τετρακισχιλίων πεσόντων, ὑπὲρ ἡμίσεις ἦσαν οὓς αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ Ῥωμύλος ἔκτεινεν. ὅπου καὶ Μεσήνιοι κόμπῳ χρήσασθαι δοκοῦσιν, περὶ Ἀριστομένους λέγοντες, ὡς τρεὶς ἑκατομφόνια θύσειεν ἀπὸ Λακεδαιμονίων. γενομένης δὲ τῆς τροπῆς, ἀφεὶς φεύγειν τοὺς περιόντας ὁ Ῥωμύλος, ἐπ' αὐτὴν ἐχώρει τὴν πόλιν· οἱ δ' οὐκ ἠνέσχοντο μεγάλης συμφορᾶς γενομένης, ἀλλὰ δεηθέντες, ὁμολογίαν ἐποιήσαντο καὶ φιλίαν εἰς ἔτη ἑκατόν.

Ita convalescente Romana re, imbecilliores accolæ observabant Romanos, contenti securitate. Validiores partim metu, partim invidia non negligendum, sed occurrendum ducebant incremento eorum, Romulumque reprimendum. Veientes, qui latum agrum & amplam colebant urbem inter Hetruscos, occupant principes bellum facere Fidenis repetitis, quas asserebant pro suis. Id vero non modo iniquum, sed erat ridiculum etiam: qui laborantibus & bello pressis auxilium non tulissent, sed opprimi sivissent homines, ut tecta nunc & agrum ab aliis reposcerent dominis. Itaque a Romulo cum contumelioso responso dimissi, bipertito exercitu hinc adorti sunt Fidenatium copias, hinc Romulo occurrerunt. Apud Fidenas victores interemerunt duo millia civium Romanorum: a Romulo fusi amplius octo millia desideravere. Iterum ad Fidenas conflixerunt, ubi victoriam præcipue virtute partam Romuli fuisse, cujus consilium cum pari audacia eluxit, roburque & pernicitas plusquam humana, omnes fatentur. Quod autem jactitant nonnulli, sane quam est fabulosum, atque adeo a fide abhorrens prorsus, quatuordecim millium cæsorum, suamet manu amplius dimidium interfecisse Romulum. Nam simile commentum jactant de Aristomene Messenii, centum eum victimas ter mactasse, ob totidem ter cæsos Lacedæmonios. Terga dantes non est Romulus insequutus eos qui superstites erant, sed infestum exercitum urbi eorum admovit. Illi ubi tanta fracti calamitate fuerunt, ad preces conversi, fœdus & pacem in centum annos fecere.

ἑκατὸν, χώραν τε πολλὴν προέμενοι τῆς ἑαυτῶν, ἣν Σεπτεμάγιον καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶν ἑπταμόριον, καὶ τῶν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐκστάντες ἁλοπηγίων, καὶ πεντήκοντα τῶν ἀρίστων ὁμήρους ἐγχειρήσαντες. ἐθριάμβευσε δὲ καὶ ἀπὸ τούτων εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις, ἄλλους τε πολλοὺς αἰχμαλώτους ἔχων, καὶ τὸν ἡγεμόνα τῶν Οὐηΐων, ἄνδρα πρεσβύτην, ἀφρόνως δόξαντα καὶ παρ' ἡλικίαν ἀπείρως τοῖς πράγμασι κεχρῆσθαι. διὸ καὶ νῦν ἔτι θύοντες ἐπινίκια, γέροντα μὲν ἄγουσι δι' ἀγορᾶς εἰς Καπιτώλιον ἐν περιπορφύρῳ, βοῦλλαν αὐτῷ παιδικὴν ἀψάντες· κηρύττει δ' ὁ κῆρυξ Σαρδιανοὺς ὠνίους. Τυῤῥηνοὶ γὰρ ἄποικοι Σαρδιανῶν λέγονται· Τυῤῥηνικὴ γὰρ πόλις οἱ Οὐήϊοι.

Τοῦτον ἔσχατον πόλεμον ὁ Ῥωμύλος ἐπολέμησεν. εἶθ', ὃ πολλοὶ, μᾶλλον δὲ πλὴν ὀλίγων πάσχουσι πάντες οἱ μεγάλαις καὶ παραλόγοις ἀρθέντες εὐτυχίαις εἰς δύναμιν καὶ ὄγκον, οὐδ' αὐτὸς διέφυγε παθεῖν, ἀλλ' ἐκθαρρηκὼς τοῖς πράγμασι, καὶ βαρυτέρῳ φρονήματι χρώμενος, ἐξίστατο τοῦ δημοτικοῦ, καὶ παρήλλαττεν εἰς μοναρχίαν ἐπαχθῆ, καὶ λυποῦσαν ἀπὸ τοῦ σχήματος πρῶτον, ᾧ κατεσχημάτιζεν ἑαυτόν. ἁλουργῆ μὲν γὰρ ἐνεδύετο χιτῶνα, καὶ τήβεννον ἐφόρει περιπόρφυρον· ἐν θρόνῳ δ' ἀνακλίτῳ καθήμενος ἐχρημάτιζεν. ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν ἀεὶ τῶν νέων οἱ καλούμενοι κέλερες, ἀπὸ τῆς περὶ τὰς ὑπουργίας ὀξύτητος. ἐβάδιζον δὲ πρόσθεν ἕτεροι βακτηρίαις ἀνείργοντες τὸν ὄχλον, ὑπεζωσμένοι δὲ ἱμάντας, ὥστε συνδεῖν εὐθὺς οὓς προστάξειε. τὸ δὲ δῆσαι Λατῖνοι πάλαι μὲν λιγάρε, νῦν δὲ ἀλλιγάρε καλοῦσιν· ὅθεν οἵ τε ῥαβδοῦχοι, λικτώρεις, αἵ τε ῥάβδοι, βάκυλα καλοῦνται, διὰ τὸ χρῆσθαι

τότε

fecere. Mulctati sunt magna agri portione, quod septimagium, id est, septimam portionem, vocant, & quæ juxta fluvium erant salinis. Obsides tradiderunt ex primoribus quinquaginta. Ob hanc quoque victoriam triumphavit Idus Octobres: duxit in eo cum alios multos captivos, tum Veientium ducem jam senem, qui imprudenter visus fuerat & præter ætatem imperite res gessisse. Unde mansit, quum ob partam victoriam sacrificant, ut senem per forum ad Capitolium traducant prætextatum, cui bullam puerilem addunt, & proclamat præco, Sardianos venales: nam Sardianorum fama est Hetruscos colonos esse. Sunt autem urbs Veii Hetruriæ.

Hoc novissimum, quod gessit Romulus, bellum fuit. Inde id quod multi, adeoque præter pauca exempla fecerunt omnes, qui magno & mirabili fortunæ successu ad amplas aspiraverunt opes & fastigium, nec ille declinavit: verum rebus gestis elatus animoque insolescens reliquit comitatem illam popularem, quam odioso commutavit dominatu, atque ex habitu, quo ornavit se, pupugit cives. Siquidem tunica vestiebatur purpurea ac toga prætexta. Responsa dabat ex solio reclivi. Stipabat eum perpetuo globus juvenum, qui a ministerii velocitate dicti Celeres fuere. Præcedebant alii, qui baculis turbam summovebant, loris item succincti, ut illico vincirent eos quos ille juberet: unde Lictores dicti, & virgæ quas gestabant, fasces. Potuit

tuit

τότε βακτηρίαις. εἰκὸς δὲ λικτώρεις, ἐντιθεμένου τοῦ κάππα, νῦν ὀνομάζεσθαι. πρότερον γὰρ λιτώρεις, Ἑλληνιστὶ δὲ λειτουργοὺς ὄντας. λήϊτον γὰρ τὸν δῆμον ἔτι νῦν καὶ Ἕλληνες, καὶ λαὸν τὸ πλῆθος ὀνομάζουσιν.

Ἐπεὶ δὲ τοῦ πάππου Νομήτορος ἐν Ἄλβῃ τελευτήσαντος, αὐτῷ βασιλεύειν προσῆκον, εἰς μέσον ἔθηκε τὴν πολιτείαν δημαγωγῶν, καὶ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀπεδείκνυεν ἄρχοντα τοῖς Σαβίνοις. ἐδίδαξε δὲ καὶ τοὺς ἐν Ῥώμῃ δυνατοὺς ἀβασίλευτον ζητεῖν καὶ αὐτόνομον πολιτείαν, ἀρχομένους ἐν μέρει καὶ ἄρχοντας. οὐδὲ γὰρ οἱ καλούμενοι πατρίκιοι πραγμάτων μετεῖχον, ἀλλ᾽ ὄνομα καὶ σχῆμα περιῆν ἔντιμον αὐτοῖς, ἔθους ἕνεκα μᾶλλον ἢ γνώμης ἀθροιζομένοις εἰς τὸ βουλευτήριον. εἶτα σιγῇ προστάττοντος, ἠκροῶντο· καὶ τὸ πρότερον, τὸ πεπραγμένον ἐκείνους πυθέσθαι, τῶν πολλῶν πλέον ἔχοντες, ἀπηλλάττοντο. καὶ τἆλλα μὲν ἦν ἐλάττονα, τῆς δὲ γῆς τὴν δορύκτητον αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ δασάμενος τοῖς στρατιώταις, καὶ τοὺς ὁμήρους τοῖς Οὐηΐοις ἀποδοὺς, οὔτε πεισθέντων οὔτε βουλομένων ἐκείνων, ἔδοξε κομιδῇ τὴν γερουσίαν προπηλακίζειν. ὅθεν εἰς ὑποψίας καὶ διαβολὴν ἐνέπεσε, παραλόγως ἀφανισθέντος αὐτοῦ μετ᾽ ὀλίγον χρόνον. ἠφανίσθη δὲ νόναις Ἰουλίαις, ὡς νῦν ὀνομάζουσιν, ὡς δὲ τότε, Κυντιλίαις· οὐδὲν εἰπεῖν βέβαιον οὐδὲ ὁμολογούμενον πυθέσθαι περὶ τῆς τελευτῆς ἀπολιπὼν ἀλλ᾽ ἢ τὸν χρόνον, ὡς προείρηται. δρᾶται γὰρ ἔτι νῦν ὅμοια τῷ τότε πάθει πολλὰ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν τὴν ἀσάφειαν, ὅπου Σκηπίωνος Ἀφρικανοῦ μετὰ δεῖπνον οἴκοι τελευτήσαντος, οὐκ ἔσχε πίστιν οὐδ᾽ ἔλεγχον ὁ τρόπος τῆς τελευτῆς, ἀλλ᾽ οἱ μὲν αὐτομάτως, ὄντα

tuit fortasse vox Lictores, interposita nunc litera c dici, quum olim litores dicerentur, quasi λειτουργοί, id est, ministri publici: λήϊτον vocant etiam hodie Graeci populum, & λαὸν plebem.

At quum avo Albæ defuncto Numitore, licet regnum ad ipsum pertineret, rempub. in populi gratiam jussisset liberam esse, ac magistratum supremum Albanis quotannis crearet: docuit eadem opera primus Romanos liberæ & sui juris oculos adjicere reipub. in qua vicissim imperarent parerentque. Neque enim adhibebantur ad rempub. gerendam senatores, sed nomen modo & speciem obtinebant honorificam: ac de more potius quam sententiæ dicendæ causa cogebantur in senatum: ubi jubenti auscultabant, neque ulla re alia prælati vulgo, quam quod priores acta audientes, discedebant. Ac cætera quidem minus angebant eos: quum vero captum de hostibus agrum militibus divisit solus, Veientibusque obsides reddidit, patribus non probantibus neque autoribus, tum profecto insigni contumelia visus est afficere senatum. Quamobrem quum non multo post raptus ille ex oculis de improviso esset, non caruit senatus suspicione & calumnia. Excessit rebus humanis Nonis Juliis ut nunc appellant, tunc Quintil. nihil dictu certum & constans de obitu suo præter tempus, ut modo diximus, relinquens. Eo die multa, hac quoque memoria, celebrantur in illius commemorationem casus. Neque vero hæc miranda incertitudo sit: quum Scipionis Africani, qui a cœna domi extinctus est, ratio mortis neque certa fuerit neque explorata, sed quidam, quum esset

3

ὄντα φύσει νοσώδη, καμεῖν λέγουσιν, οἱ δ' αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ φαρμάκοις ἀποθανεῖν· οἱ δὲ, τοὺς ἐχθροὺς τὴν ἀναπνοὴν ἀπολαβεῖν αὐτοῦ, νύκτωρ παρεισπεσόντας. καίτοι Σκηπίων ἔκειτο νεκρὸς ἐμφανὴς ἰδεῖν πᾶσι, καὶ τὸ σῶμα παρεῖχε πᾶσιν ὁρώμενον ὑποψίαν τινὰ τοῦ πάθους καὶ κατανόησιν. Ῥωμύλου δὲ ἄφνω μεταλλάξαντος, οὔτε μέρος ὤφθη σώματος, οὔτε λείψανον ἐσθῆτος, ἀλλ' οἱ μὲν εἴκαζον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου τοὺς βουλευτὰς ἐπαναστάντας αὐτῷ καὶ διαφθείραντας, νείμαντας τὸ σῶμα, καὶ μέρος ἕκαστον ἐνθέμενον εἰς τὸν κόλπον ἐξενεγκεῖν· ἕτεροι δ' οἴονται μήτε ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου, μήτε μόνων τῶν βουλευτῶν παρόντων γενέσθαι τὸν ἀφανισμὸν, ἀλλὰ τυχεῖν μὲν ἔξω περὶ τὸ καλούμενον αἰγὸς ἢ ζορκὸς ἕλος ἐκκλησίαν ἄγοντα τὸν Ῥωμύλον, ἄφνω δὲ θαυμαστὰ καὶ κρείττονα λόγου περὶ τὸν ἀέρα πάθη γενέσθαι καὶ μεταβολὰς ἀπίστους· τοῦ μὲν γὰρ ἡλίου τὸ φῶς ἐπιλιπεῖν, νύκτα δὲ κατασχεῖν οὐ πρᾳεῖαν οὐδὲ ἥσυχον, ἀλλὰ βροντάς τε δεινὰς, καὶ πνοὰς ἀνέμων ζάλην ἐλαυνόντων πανταχόθεν ἔχουσαν. ἐν δὲ τούτῳ, τὸν μὲν πολὺν ὄχλον σκεδασθέντα φυγεῖν, τοὺς δὲ δυνατοὺς συστραφῆναι μετ' ἀλλήλων. ἐπεὶ δ' ἔληξεν ἡ ταραχὴ, καὶ τὸ φῶς ἐξέλαμψε, καὶ τῶν πολλῶν εἰς ταυτὸ πάλιν συνερχομένων, ζήτησις ἦν τοῦ βασιλέως καὶ πόθος, οὐκ ἐᾶν τοὺς δυνατοὺς ἐξετάζειν οὐδὲ πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ τιμᾷν παρακελεύεσθαι πᾶσι καὶ σέβεσθαι Ῥωμύλον, ὡς ἀνηρπασμένον εἰς Θεοὺς, καὶ Θεὸν εὐμενῆ γενησόμενον αὐτοῖς ἐκ χρηστοῦ βασιλέως. τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς ταῦτα πυθομένους καὶ χαίροντας ἀπαλλάττεσθαι, μετ' ἐλπίδων ἀγαθῶν προσκυνοῦντας· εἶναι δέ τινας οἳ τὸ πρᾶγμα

esset sua sponte valetudinarius, sine ulla externa vi referant eum obisse mortem, alii veneno mortem sibimet ipsum obtulisse, alii irruptione in domum noctu facta inimicos spiritum ejus interclusisse. Et quidem Scipionis Africani cadaver oculis fuit omnium expositum, præbuitque corpus aspicientibus facti suspicionem & sensum: Romuli, quum subito decessisset, vestigium nullum corporis comparuit nec vestium. Unde suspicio fuit aliquorum, in templo Vulcani senatum illi manus attulisse, dissectoque interfecti corpore partem quemque in sinu extulisse. Aliorum opinio est, neque in Vulcani, neque patribus tantum præsentibus fuisse ablatum, sed quum extra urbem forte Romulus concionem ad Capræ paludem haberet, stupendam subito coortam & atrocem tempestatem, cœlique miram conversionem, solis obscuratam lucem, noctem ingruisse non placidam neque quietam, sed cum vehementibus tonitruis, ventoque & procella undique incumbente. Ibi multitudinem effusam fugisse, primores se collegisse in globum. Postquam ex tam turbido cœlo lux rediit, & plebe in concionem reversa rex requisitus & desideratus est, non permisisse principes de eo ut inquirerent curiosius, sed ut omnes colerent Romulum jussisse venerarenturque, ut ad superos raptum, qui ex bono rege volens propitiusque ipsos sospitaret: vulgus, eo audito, perfusum gaudio & bona spe, adoratione facta, domum se recepisse. Fuisse autem nonnullos

πρᾶγμα πικρῶς καὶ δυσμενῶς ἐξελέγχοντες, ἐτάραττον τοὺς πατρικίους καὶ διέβαλλον, ὡς ἀβέλτερα τὸν δῆμον ἀναπείθοντας, αὐτοὺς δὲ τοῦ βασιλέως αὐτόχειρας ὄντας.

Οὕτως οὖν ταραττομένων, ἄνδρα φασὶ τῶν πατρικίων γένει πρῶτον, ἤθει τε δοκιμώτατον, αὐτῷ τε Ῥωμύλῳ πιστὸν καὶ συνήθη, τῶν ἀπ᾿ Ἄλβης ἐποίκων, Ἰούλιον Πρόκλον, εἰς ἀγορὰν προελθόντα καὶ τῶν ἁγιωτάτων ἔνορκον ἱερῶν ἁψάμενον, εἰπεῖν ἐν πᾶσιν ὡς ὁδὸν αὐτῷ βαδίζοντι Ῥωμύλος ἐξ ἐναντίας προσιὼν φανείη, καλὸς μὲν ὀφθῆναι καὶ μέγας ὡς οὔποτε πρόσθεν, ὅπλοις δὲ λαμπροῖς καὶ φλέγουσι κεκοσμημένος. αὐτὸς μὲν οὖν ἐκπλαγεὶς πρὸς τὴν ὄψιν, ὦ βασιλεῦ, φάναι, τί δὴ παθὼν ἢ τί διανοηθεὶς, ἡμᾶς μὲν αἰτίαις ἀδίκοις καὶ πονηραῖς, πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν ὀρφανὴν ἐν μυρίῳ πένθει προλέλοιπας; ἐκεῖνον δὲ ἀποκρίνασθαι, Θεοῖς ἔδοξεν, ὦ Πρόκλε, τοσοῦτον ἡμᾶς γενέσθαι μετ᾿ ἀνθρώπων χρόνον ἐκεῖθεν ὄντας, καὶ πόλιν ἐπ᾿ ἀρχῇ καὶ δόξῃ μεγίστῃ κτίσαντας, αὖθις οἰκεῖν οὐρανόν. ἀλλὰ χαῖρε, καὶ φράζε Ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσύνην μετ᾿ ἀνδρείας ἀσκοῦντες, ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρωπίνης ἀφίξονται δυνάμεως. ἐγὼ δ᾿ ὑμῖν εὐμενὴς ἔσομαι δαίμων Κυρῖνος. ταῦτα πιστὰ μὲν εἶναι τοῖς Ῥωμαίοις ἐδόκει, διὰ τὸν τρόπον τοῦ λέγοντος καὶ τὸν ὅρκον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δαιμόνιόν τι συνεφάψασθαι πάθος ὅμοιον ἐνθουσιασμῷ· μηδένα γὰρ ἀντειπεῖν, ἀλλὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν καὶ διαβολὴν ἀφέντας, εὔχεσθαι Κυρίνῳ, καὶ θεοκλυτεῖν ἐκεῖνον. ἔοικε μὲν οὖν ταῦτα τοῖς ὑφ᾿ Ἑλλήνων περί τε Ἀριστέου τοῦ Προκοννησίου καὶ Κλεομήδους τοῦ Ἀστυπαλαιέως μυθολογουμένοις. Ἀριστέαν μὲν

los qui factum in disquisitionem vocarent acerbe & invidiose, patresque percellerent & infamia aspergerent, quasi ridicula illi populo persuaderent, quum regem ipsi sustulissent.

Inter hunc tumultum memorant virum inter Patres nobilissimum & sanctissimum, Romuloque fidum ac familiarem, ex iis qui ex Alba cum eo commigraverant Romam, progressum in forum, Julium Proculum, & tactis sacris in concione juratum dixisse, Romulum iter facienti sibi augusta specie & humana majore, armis fulgentibus & coruscantibus ornatum, obvium se dedisse: ad aspectum se horrore perfusum, dixisse, Quo nostro merito, Rex, quave de causa injustis nos & gravibus calumniis subjecisti, totamque civitatem in immenso destituisti luctu? Respondisse illum, Diis visum est, Procule, postquam tam diu inter mortales viximus, atque urbem ad summam spem condidimus imperii & gloriæ, ut inter cœlestes, ex quibus eramus, reciperemur. Vale itaque, & nuntia Romanis ut temperantiam & rem militarem colant, iis artibus ad summam inter mortales potentiam evasuros. Ego vobis propitius Deus adero Quirinus. Hæc nuntianti propter vitæ innocentiam & jusjurandum apud Romanos fides fuit. At enim simul divinum quendam quasi furorem animos vulgi ferunt corripuisse, neminem negasse, sed suspicione deposita omni & calumniis, pacem Quirini precibus exposcisse, Deumque eum consalutavisse. Germana hæc profecto cum fabulis videntur apud Græcos de Aristea Proconnesio, & Cleomede Astypalensi. Aristeam in

μὲν γὰρ ἔν τινι κναφείῳ τελευτῆσαι φασὶ, καὶ τὸ σῶμα μετιόντων αὐτοῦ τῶν φίλων ἀφανὲς οἴχεσθαι· λέγειν δέ τινας εὐθὺς ἐξ ἀποδημίας ἥκοντας, ἐντυχεῖν Ἀριστέᾳ τὴν ἐπὶ Κρότωνος πορευομένῳ. Κλεομήδη δὲ, ῥώμῃ καὶ μεγέθει σώματος ὑπερφυᾶ γενόμενον, ἔμπληκτόν τε τῷ τρόπῳ καὶ μανικὸν ὄντα, πολλὰ δρᾶν βίαια, καὶ τέλος ἔν τινι διδασκαλείῳ παίδων τὸν ὑπερείδοντα τὴν ὀροφὴν κίονα πατάξαντα τῇ χειρὶ κλάσαι μέσον, καὶ τὴν στέγην καταβαλεῖν. ἀπολομένων δὲ τῶν παίδων διωκόμενον, εἰς κιβωτὸν καταφυγεῖν μεγάλην, καὶ τὸ πῶμα κατακλείσαντα συνέχειν ἐντὸς, ὥστε ἀποσπάσαι μὴ δύνασθαι πολλοὺς ὁμοῦ βιαζομένους· κατασχίσαντας δὲ τὴν κιβωτὸν, οὔτε ζῶντα τὸν ἄνθρωπον εὑρεῖν, οὔτε νεκρόν· ἐκπλαγέντας οὖν ἀποστεῖλαι θεοπρόπους εἰς Δελφούς· οἷς τὴν Πυθίαν εἰπεῖν,

Ἔσχατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς.

λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἀλκμήνης ἐκκομιζομένης νεκρὸν ἄδηλον γενέσθαι, λίθον δὲ φανῆναι κείμενον ἐπὶ τῆς κλίνης. καὶ ὅλως πολλὰ τοιαῦτα μυθολογοῦσι παρὰ τὸ εἰκὸς, ἐκθειάζοντες τὰ θνητὰ τῆς φύσεως ἅμα τοῖς θεοῖς. ἀπογνῶναι μὲν οὖν παντάπασι τὴν θειότητα τῆς ἀρετῆς, ἀνόσιον καὶ ἀγεννές· οὐρανῷ δὲ μιγνύειν γῆν, ἀβέλτερον. ἐατέον οὖν ἐχομένους τῆς ἀσφαλείας κατὰ Πίνδαρον, ὡς σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζωὸν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον. τὸ γάρ ἐστι μόνον ἐκ θεῶν. ἥκει γὰρ ἐκεῖθεν, κἀκεῖ δ' ἄνεισιν οὐ μετὰ σώματος, ἀλλ' ἐὰν ὅτι μάλιστα σώματος ἀπαλλαγῇ, καὶ διακριθῇ, καὶ γένηται καθαρὸν παντάπασι καὶ ἄσαρκον καὶ ἁγνόν. αὕτη γὰρ ψυχὴ ξηρὴ, ἀρίστη, καθ' Ἡράκλειτον, ὥσπερ ἀστρα-
πὴ

in fullonis taberna vitam perhibent finisse, corpusque ejus, quum necessarii adessent ad id auferendum, ex conspectu raptum: ac quosdam, qui modo peregre veniebant, affirmasse Aristeæ se occurrisse Crotonem tendenti. Cleomedem, quum robore & proceritate corporis plusquam immensa esset, sed stolidus & insanus, multa vi perpetrasse: postremo in ludo literario columnam quæ culmen ædium sustinuit, manu percussisse & mediam fregisse, itaque tectum proruisse. Obtritis pueris quum cives hominem insectarentur, in arcam se magnam conjecisse, atque operculum conclusum intus ita retinuisse, ut revellere multi summa vi connixi non valerent. Post ubi arcam dissecuerunt, neque vivum invenisse neque mortuum. Attonitos ad consulendum Apollinem Delphos misisse, quibus respondisse vatem,

Ultimus Heroum Cleomedes Astypalensis.

Fama est Alcmenæ quoque corpus, quum efferretur, ex oculis subductum, & lapidem in lecto fuisse inventum. Hujuscemodi multa fabulantur commentitia, ea quæ natura mortalia sunt, inter cœlestia referentes. Atqui adimere semel virtuti divinitatem nefas & illiberale; rursus miscere cœlo terram, stultum sit. Relinquendæ igitur fabulæ, quum rem ipsam teneamus; nempe ut ait Pindarus, quod *corpus omnium potenti morti obsequitur, salva vero superest quædam æternitatis effigies*. Ea enim ex Diis est sola, inde ejus ortus, eodem est & reditus, non quidem comitante corpore, verum ubi plane a corpore secreta sit & sejuncta, evaseritque jam undequaque pura, carne exuta & munda. Aridus enim hic animus est, ut vult Heraclitus, præstantissimus, qui
ex

πὴ νέφους διαπλαμένη τοῦ σώματος. ἡ δὲ σώματι πεφυρμένη καὶ περίπλεως σώματος, οἷον ἀναθυμίασις ἐμβριθὴς καὶ ὁμιχλώδης, δυσέξαπτός ἐστι καὶ δυσανακόμιστος. οὐδὲν οὖν δεῖ τὰ σώματα τῶν ἀγαθῶν συναναπέμπειν παρὰ φύσιν εἰς οὐρανὸν, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ψυχὰς παντάπασιν οἴεσθαι κατὰ φύσιν καὶ δίκην θείαν, ἐκ μὲν ἀνθρώπων, εἰς ἥρωας, ἐκ δ' ἡρώων, εἰς δαίμονας, ἐκ δὲ δαιμόνων, ἂν τέλεον ὥσπερ ἐν τελετῇ καθαρθῶσι καὶ ὁσιωθῶσιν ἅπαν ἀποφυγοῦσαι τὸ θνητὸν καὶ παθητικὸν, οὐ νόμῳ πόλεως, ἀλλ' ἀληθείᾳ καὶ κατὰ τὸν εἰκότα λόγον εἰς θεοὺς ἀναφέρεσθαι, τὸ κάλλιστον καὶ μακαριώτατον τέλος ἀπολαβούσας.

Τὴν δὲ γενομένην ἐπωνυμίαν τῷ Ῥωμύλῳ τὸν Κυρῖνον, οἱ μὲν Ἐνυάλιον προσαγορεύουσιν, οἱ δ' ὅτι καὶ τοὺς πολίτας Κυρίτας ὠνόμαζον· οἱ δὲ, τὴν αἰχμὴν ἢ τὸ δόρυ τοὺς παλαιοὺς Κυρῖνον ὀνομάζειν, καὶ κυρίτιδος Ἥρας ἄγαλμα καλεῖν ἐπ' αἰχμῆς ἱδρυμένον· ἐν δὲ τῇ Ῥηγίᾳ δόρυ καθιδρυμένον, Ἄρεα προσαγορεύειν, καὶ δόρατι τοὺς ἐν πολέμοις ἀριστεύοντας γεραίρειν. ὡς οὖν ἀρήϊόν τινα τὸν Ῥωμύλον, ἢ αἰχμητὴν Θεὸν, ὀνομασθῆναι Κυρῖνον. ἱερὸν μὲν οὖν αὐτοῦ ἐστὶ κατεσκευασμένον ἐν τῷ λόφῳ τῷ Κυρίνῳ προσαγορευομένῳ δι' ἐκεῖνον. ἡ δ' ἡμέρα ᾗ μετήλλαξεν, ὄχλου φυγὴ καλεῖται καὶ νῶναι καπρατῖναι, διὰ τὸ θύειν εἰς τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος ἐκ πόλεως κατιόντας· τὴν γὰρ αἶγα, κάπραν ὀνομάζουσιν. ἐξιόντες δὲ πρὸς τὴν θυσίαν, πολλὰ τῶν ἐπιχωρείων ὀνομάτων φθέγγονται μετὰ βοῆς, οἷον Μαρκέλλου καὶ Γαΐου, μιμούμενοι τὴν τότε τροπὴν καὶ ἀνάκλησιν ἀλλήλων, μετὰ δέους καὶ ταραχῆς. ἔνιοι μέντοι

ex corpore ut e nube fulgur exilit: commixtus vero corpori & implicitus, velut vapor gravis nebulosusque ægre accenditur ægreque elevatur. Non sunt ergo bonorum corpora contra legem naturæ una cum animo in cœlo collocanda: sed virtutes atque animæ natura & justitia divina ex hominibus inter heroas, ex heroibus inter Dæmonas, ex Dæmonibus, si penitus sicut in initiationibus lustratæ sint & purgatæ, omni deposita conditione mortali & dolore, non publica lege, sed reipsa & consentanea ratione in numerum referendæ sunt Deorum, optimum & beatissimum finem adeptæ.

At Quirinum dictum Romulum quidam quasi Martem putant: alii quod cives Romani etiam Quirites dicerentur: alii a quiri; ita spiculum vel hastam veteres vocasse: & Quiritidis Junonis signum spiculo impositum, atque in Regia collocatam hastam, Martem appellasse: eosque qui bello strenuam operam navassent, donari solitos hasta. Ergo quasi Martialem Romulum, aut hastatum Deum nomen invenisse Quirini. Ædes ei in colle consecrata, quem ab illo nominant Quirinalem. Dies, quo vita excessit, Plebis fuga vocatur, & Nonæ Capratinæ: quod sacra extra urbem ad Capræ paludem descendentes faciant. Quum ad sacrificium pergunt, nomina multa patria proclamant, ut Marcellum, Caium: referentes quemadmodum fugerent, & se mutuo appellarent in metu illo & tumultu.

3 Hoc

μένοι τὸ μίμημα τοῦτο φασὶ μὴ φυγῆς, ἀλλ' ἐπείξεως εἶναι καὶ σπουδῆς, εἰς αἰτίαν τοιαύτην ἀναφέροντες τὸν λόγον. ἐπεὶ Κελτοὶ τὴν Ῥώμην καταλαβόντες ἐξεκρούσθησαν ὑπὸ Καμίλλου, καὶ δι' ἀσθένειαν ἡ πόλις οὐκέτι ῥᾳδίως ἑαυτὴν ἀνελάμβανεν, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτὴν πολλοὶ τῶν Λατίνων, ἄρχοντα Λίβιον Ποστούμιον ἔχοντες. οὗτος δὲ καθίσας τὸν στρατὸν οὐ πρόσω τῆς Ῥώμης, ἔπεμπε κήρυκα, βούλεσθαι λέγων τοὺς Λατίνους ἐκλιποῦσαν ἤδη τὴν παλαιὰν οἰκειότητα καὶ συγγένειαν ἐκζωπυρῆσαι, καιναῖς αὖθις ἀνακραθέντων ἐπιγαμίαις τῶν γενῶν. ἂν οὖν πέμψωσι παρθένους τε συχνὰς, καὶ γυναικῶν τὰς ἀνάνδρους, εἰρήνην ἔσεσθαι καὶ φιλίαν αὐτοῖς, ὡς ὑπῆρξε πρότερον πρὸς Σαβίνους ἐκ τῶν ὁμοίων. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τόν τε πόλεμον ἐφοβοῦντο, καὶ τὴν παράδοσιν τῶν γυναικῶν οὐδὲν αἰχμαλωσίας ἐπιεικέστερον ἔχειν ἐνόμιζον. ἀποροῦσι δὲ αὐτοῖς θεράπαινα Φιλωτὶς, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, Τουτόλα καλουμένη, συνεβούλευσε μηδέτερα ποιεῖν, ἀλλὰ χρησαμένους δόλῳ διαφυγεῖν ἅμα τὸν πόλεμον καὶ τὴν ἐξομήρευσιν. ἦν δ' ὁ δόλος, αὐτήν τε τὴν Φιλωτίδα, καὶ σὺν αὐτῇ θεραπαινίδας εὐπρεπεῖς κοσμήσαντας, ὡς ἐλευθέρας ἀποστεῖλαι πρὸς τοὺς πολεμίους. εἶτα νύκτωρ τὴν Φιλωτίδα πυρσὸν ἆραι, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἐπελθεῖν μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ χρήσασθαι κοιμωμένοις τοῖς πολεμίοις. ταῦτα δ' ἐδρᾶτο πεισθέντων τῶν Λατίνων· καὶ τὸν πυρσὸν ἀνέσχεν ἡ Φιλωτὶς ἔκ τινος ἐρινεοῦ περισχοῦσα προκαλύμμασι καὶ παραπετάσμασιν ὄπισθεν, ὥστε τοῖς πολεμίοις ἀόρατον εἶναι τὸ φῶς, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις κατάδηλον. ὡς οὖν ἐπεῖδον, εὐθὺς ἐξῄεσαν ἐπειγόμενοι, καὶ διὰ τὴν ἔπειξιν ἀλλήλους περὶ τὰς πύλας ἀνακαλοῦντες πολλάκις. ἐμπεσόντες δὲ τοῖς πολε-

Hoc simulacrum, alia fama est, non metus, sed festinationis esse & properantiæ, atque hinc originem deducunt. Quum urbe capta ejecti Galli a Camillo essent, neque se facile civitas ita accisis viribus colligeret, multi nominis Latini, duce Livio Posthumio, urbem infesti bello petiere. Hic castra in conspectu urbis metatus, per caduceatorem significavit Latinos in animo habere exolescentem jam veterem necessitudinem & propinquitatem instaurare, utraque gente novis denuo conglutinata nuptiis. Si igitur bonum numerum mitterent virginum viduarumque, pacem & amicitiam habituros, uti simili ex causa habuissent cum Sabinis. His auditis Romani, etsi a bello abhorrerent, fœminarum deditionem tamen nihilo ducebant captivitate potiorem. Hæsitantibus ancilla Philotis, vel ut alii volunt, Tutola nomine, utrumque dissuasit: suggessit autem dolum, ut simul & bellum declinarent, nec darent obsides. Ejus hoc fuit commentum, ut ipsam unaque præstantes forma ancillas ad hostes bene cultas mitterent pro ingenuis. Inde si signum ipsa face daret, Romani adorirentur armati sopitos, trucidarentque. Ita actum est deceptis Latinis: Facem Philotis extulit ex caprifico, stragulis & tapetibus a tergo, ut falleret lumen hostem, & Romanis conspicuum esset, objectis. Ut signum conspexerunt, citato gradu confestim exierunt, maturandi causa ad portas se mutuo cohortantes subinde.


πολεμίοις ἀπροσδοκήτως, καὶ κρατήσαντες, ἐπινίκιον ἄγουσι τὴν ἑορτήν. καὶ Καπρατῖναι μὲν αἱ Νῶναι καλοῦνται, διὰ τὸν ἐρινεὸν καπρίφικον ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομαζόμενον. ἑστιῶσι δὲ τὰς γυναῖκας ἔξω συκῆς κλάδοις σκιαζομένας. αἱ δὲ θεραπαινίδες ἀγείρουσι περιιοῦσαι καὶ παίζουσιν, εἶτα πληγαῖς καὶ βολαῖς λίθων χρῶνται πρὸς ἀλλήλας, ὡς καὶ τότε τοῖς Ῥωμαίοις παραγενόμεναι καὶ συναγωνισάμεναι μαχομένοις. ταῦτ' οὐ πολλοὶ προσίενται τῶν συγγραφέων. ἀλλὰ καὶ τὸ μεθ' ἡμέραν χρῆσθαι τῇ ἀνακλήσει τῶν ὀνομάτων, καὶ τὸ πρὸς τὸ ἕλος τὸ τῆς αἰγὸς ὡς ἐπὶ θάλατταν βαδίζοντας, ἔοικε τῷ προτέρῳ λόγῳ προστίθεσθαι μᾶλλον. εἰ μὴ νὴ Δία τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐν χρόνοις ἑτέροις ἀμφότερα τὰ πάθη συνέτυχε γενέσθαι. λέγεται δὲ ὁ Ῥωμύλος, τέσσαρα μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα γεγονὼς, ὄγδοον δὲ βασιλεύων ἐκεῖνο καὶ τριακοστὸν, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι.

de. Ita hostes adorti nec opinantes fuderunt eos. In cujus victoriæ memoriam, festum celebrant, ac Capratinæ vocantur Nonæ, a caprifico. Invitant fœminas extra urbem fici ramis inumbratas. Coactæ ancillæ circumcurrunt luduntque, mox verberibus & lapidibus inter se præliantur: ut quæ in certamine etiam præsto pugnantibus Romanis & auxilio fuerint. Hæc a paucis autoribus recipiuntur. At quod interdiu ita nominibus se mutuo appellent, & ad Capræ paludem tanquam ad mare pergant, convenire magis ei, quod supra memoratum est, videtur: nisi sane diversis tempestatibus gestum utrumque in eundem incidit diem. Romulum fama est quatuor & quinquaginta annos natum, regni illius trigesimo octavo, inter homines non ultra visum.



A





Μὲν οὖν ἄξια μνήμης πυθέσθαι περὶ Ῥωμύλου καὶ Θησέως συμβέβηκεν ἡμῖν, ταῦτ' ἐστι. φαίνεται δὲ πρῶτον, ὁ μὲν, ἐκ προαιρέσεως, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, ἀλλ' ἐξὸν ἀδεῶς ἐν Τροιζῆνι βασιλεύειν διαδεξάμενος ἀρχὴν οὐκ ἄδοξον, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ μεγάλων ὀρεχθείς· ὁ δὲ δουλείας φυγῇ παρούσης, καὶ τιμωρίας ἐπιφερομένης, ἐκεῖνο τὸ τοῦ Πλάτωνος, ἀτεχνῶς ὑπὸ δέους ἀνδρεῖος γενόμενος, καὶ φόβῳ τοῦ τὰ ἔσχατα παθεῖν, ἐπὶ τὸ δρᾶν μεγάλα δι' ἀνάγκην ἐξαγόμενος. ἔπειτα τούτου μὲν ἔργον ἐστὶ τὸ μέγιστον, ἀνελεῖν ἕνα τὸν Ἄλβης τύραννον· ἐκείνου δὲ πάρεργα καὶ προαγῶνες ἦσαν, ὁ Σκίρων, ὁ Σίννις, ὁ Προκρούστης, ὁ Κορυνήτης· οὓς ἀναιρῶν καὶ κολάζων, ἀπήλλαξε τὴν Ἑλλάδα δεινῶν τυράννων, πρὶν ὅστις ἐστὶ γνώσκειν τοὺς ὑφ' ἑαυτοῦ σωζομένους. καὶ τῷ μὲν παρῆν ἀπραγμόνως κομίζεσθαι διὰ θαλάττης, ἀδικουμένῳ μηδὲν ὑπὸ τῶν λῃστῶν· Ῥωμύλῳ δ' οὐ παρῆν μὴ πράγματα ἔχειν, Ἀμουλίου ζῶντος. μέγα δὲ τούτου τεκμήριον. ὁ μὲν γὰρ, οὐδὲν αὐτὸς ἀδικούμενος, ὥρμησεν ὑπὲρ ἄλλων ἐπὶ τοὺς πονηρούς· οἱ δ' ἐφ' ὅσον αὐτοὶ κακῶς οὐκ ἔπασχον ὑπὸ τοῦ τυράννου, περιεώρων ἀδικοῦντα πάντας. καὶ μὴν εἰ μέγα τὸ τρωθῆναι μαχόμενον

HABES, quæ de Romulo & Theseo nobis ad memoriam insignia oblata sunt. Primum apparet, consulto hunc, non coactum, quum regnare in otio ei Troezene liceret, regno accepto non obscuro, res magnas ultro affectasse: illum, quo præsentem servitutem & impendentem cervicibus declinaret pœnam, secundum illud Platonis, revera fortem per metum evasisse, formidineque extremi supplicii per necessitatem accessisse ad res perpetrandas arduas. Deinde, factum hujus est summum, unum quod sustulerit Albanum tyrannum: illius accessoria fuerunt & præludia Sciron, Sinnis, Procrustes, Corynetes: quos interimens & coërcens, Græciam ante a violentis eripuit tyrannis quam ii quos servabat, qui esset, cognoscerent. Jam Theseo integrum erat secure mari vehi, injurias vitanti latronum: Romulo non erat solutum negotiis vivo Amulio vacare. Id hinc liquet, quod Theseus nihil læsus privatim, pro aliis bellum indixit improbis: illi, quoad illæsi ipsi a tyranno fuerunt, opprimentem alios tulerunt leniter. Jam si magnificum est, vulnus in prœlio

μενον Σαβίνοις, καὶ ἀνελεῖν Ἄκρωνα, καὶ πολλῶν μάχῃ κρατῆσαι πολεμίων, τούτοις μέν ἐστι τοῖς ἔργοις Κενταυρομαχίαν καὶ τὰ πρὸς Ἀμαζόνας παραβάλλειν.

Ὃ δ' ἐτόλμησε Θησεὺς περὶ τὸν Κρητικὸν δασμὸν, εἴτε τινὶ θηρίῳ βορὰν, εἴτε πρόσφαγμα τοῖς Ἀνδρόγεω τάφοις, εἴθ', ὃ κουφότατόν ἐστι τῶν λεγομένων, λατρεύειν παρ' ἀνδράσιν ὑβρισταῖς καὶ δυσμενέσιν ἀκλεῆ λατρείαν καὶ ἄτιμον ἐπιδοὺς ἑαυτὸν, ἑκουσίως μετὰ παρθένων πλεῦσαι καὶ παίδων νέων, οὐκ ἂν εἴποι τις ἡλίκης ἐστὶ τόλμης ἢ μεγαλοφροσύνης, ἢ δικαιοσύνης περὶ τὸ κοινὸν, ἢ πόθου δόξης καὶ ἀρετῆς. ὥστ' ἔμοιγε φαίνεται μὴ κακῶς ὁρίζεσθαι τοὺς φιλοσόφους τὸν ἔρωτα θεῶν ὑπηρεσίαν πρὸς ἐπιμέλειαν καὶ σωτηρίαν νέων. ὁ γὰρ Ἀριάδνης ἔρως παντὸς μᾶλλον ἔοικεν ἔργον θεοῦ καὶ μηχανὴ γενέσθαι σωτηρίας ἕνεκα τοῦ ἀνδρός. καὶ οὐκ ἄξιον αἰτιᾶσθαι τὴν ἐρασθεῖσαν, ἀλλὰ θαυμάζειν εἰ μὴ πάντες οὕτω καὶ πᾶσαι διετέθησαν· εἰ γ' ἐκείνη μόνη τοῦτ' ἔπαθεν, εἰκότως ἔγωγε φαίην ἂν αὐτὴν ἀξιέραστον θεῷ γεγονέναι, φιλόκαλον καὶ φιλάγαθον καὶ τῶν ἀρίστων ἐρωτικὴν οὖσαν. ἀμφοτέρων τοίνυν τῇ φύσει πολιτικῶν γεγονότων, οὐδέτερος διεφύλαξε τὸν βασιλικὸν τρόπον· ἐξέστη δὲ καὶ μετέβαλε μεταβολὴν, ὁ μὲν, δημοτικὴν, ὁ δὲ, τυραννικὴν, ταὐτὸν ἀπ' ἐναντίων παθῶν ἁμαρτόντες. δεῖ γὰρ τὸν ἄρχοντα σώζειν πρῶτον αὐτὴν τὴν ἀρχήν· σώζεται δ' οὐχ ἧττον ἀπεχομένη τοῦ μὴ προσήκοντος, ἢ περιεχομένη τοῦ προσήκοντος. ὁ δ' ἐνδιδοὺς, ἢ ἐπιτείνων, οὐ μένει βασιλεὺς, οὐδὲ ἄρχων, ἀλλ' ἢ δημαγωγὸς, ἢ δεσπότης γινόμενος, ἐμποιεῖ τὸ μισεῖν

ἢ

lio contra Sabinos accepisse, & obtruncasse Acronem, multosque devicisse hostes: cum his factis pugnam cum Centauris & Amazonibus commissam compares.

Quod vero ausus Theseus de vectigale fuit Cretico, sive ad feræ alicujus escam, sive ad parentationem apud Androgei tumulum, sive, quod levissimum jactatur, ad serviendum apud improbos & infestos deformem & fœdam servitutem, se ipse ultro obtulit, ut navigaret cum virginibus & pueris: quis consequatur dicendo, quantæ sit audaciæ vel magnanimitatis, vel justitiæ in rempub. vel cupiditatis gloriæ & virtutis? Unde mihi quidem haud perperam videntur philosophi amorem definire Deorum ministerium ad curam & salutem juventutis. Quippe Ariadnæ amor meo judicio prorsus divinum opus & machinamentum ad hunc fuit conservandum: neque reprehendenda illa sit, quod amaverit eum, sed mirandum non omnes eodem fuisse animo juvenes & puellas. Si vero una illa ita permota fuit, equidem merito dignam dicam, quæ a Deo amaretur, cui is honesti & recti optimorumque virorum inerat amor. Porro quum natura politici ambo essent, tenorem regium conservavit neuter: sed evagatus est & variavit se, alter in popularem, alter in tyrannum. Ita eundem in scopulum diversis ex animi motibus impegere. Debet enim princeps ipsum primum conservare imperium; quod conservatur non secus, si abstineat ab indecoro, quam si decorum tueatur. Id qui remittit vel intendit, non jam rex est neque princeps, sed aut multitudinis adulator aut dominus evadit: atque sic aut in

odium

ἢ καταφρονεῖν τοῖς ἀρχομένοις. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν, ἐπιεικείας δοκεῖ καὶ φιλανθρωπίας εἶναι, τοῦτο δὲ, φιλαυτίας ἁμάρτημα καὶ χαλεπότητος.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ δυστυχηθέντα μὴ παντάπασι ποιεῖσθαι δαίμονος, ἀλλ' ἠθικὰς καὶ παθητικὰς ζητεῖν ἐν αὐτοῖς διαφορὰς, θυμοῦ μὲν ἀλογίστου καὶ ταχὺ ἐχούσης ἄβουλον ὀργῆς, μήτε τις ἐκεῖνον ἐν τοῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀπολυέτω, μήτε τοῦτον ἐν τοῖς πρὸς τὸν υἱόν. ἡ δὲ κινήσασα τὸν θυμὸν ἀρχὴ μᾶλλον παραιτεῖται τὸν ὑπὸ μείζονος αἰτίας, ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς χαλεπωτέρας, ἀνατραπέντα. Ῥωμύλῳ μὲν γὰρ ἐκ βουλῆς καὶ σκέψεως περὶ κοινῶν συμφερόντων διαφορᾶς γενομένης, οὐκ ἂν ἠξίωσέ τις ἄφνω τὴν διάνοιαν ἐν τηλικούτῳ πάθει γενέσθαι· Θησέα δὲ πρὸς τὸν υἱὸν, ἃ πάμπαν ὀλίγοι τῶν ὄντων διαπεφεύγασιν, ἔρως καὶ ζηλοτυπία καὶ διαβολαὶ γυναικὸς ἔσφηλαν. ὃ δὲ μεῖζόν ἐστιν, ὁ μὲν Ῥωμύλου θυμὸς εἰς ἔργον ἐξέπεσε καὶ πρᾶξιν οὐκ εὐτυχὲς ἔχουσαν τέλος· ἡ δὲ Θησέως ὀργὴ μέχρι λόγου καὶ βλασφημίας καὶ κατάρας πρεσβυτικῆς προῆλθε· τὰ δ' ἄλλα φαίνεται τῇ τύχῃ χρήσασθαι τὸ μειράκιον. ὥστε ταύτας μὲν ἄν τις ἀποδοίη τῷ Θησεῖ τὰς ψήφους.

Ἐκείνῳ δὲ πρῶτον μὲν ὑπάρχει μέγα, τὸ μικροτάτας λαβεῖν ἀρχὰς ἐπὶ τὰ πράγματα. δοῦλοι γὰρ δὴ καὶ συφορβῶν παῖδες ὀνομαζόμενοι, πρὶν ἐλεύθεροι γενέσθαι, πάντας ὀλίγου δεῖν ἠλευθέρωσαν Λατίνους· ἐνὶ χρόνῳ τῶν καλλίστων ὀνομάτων ἅμα τυχόντες, φονεῖς ἐχθρῶν καὶ σωτῆρες οἰκείων, καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν, καὶ οἰκισταὶ πόλεων, οὐ μετοικισταί· καθάπερ ἦν ὁ Θησεὺς, ἐκ πολλῶν συνθεὶς καὶ συνοικοδομῶν ἓν οἰκητήριον, ἀναιρῶν δὲ πολλὰς πόλεις,

ἐπω-

odium sui populares adducit, aut in contemtum. Atqui lenitatis hoc & humanitatis, illud nimii sui amoris esse & sævitiæ peccatum videtur.

Quod si infortunia quoque non undequaque sint sorti attribuenda, sed discrimina in his morum & affectuum statuenda; præfervida bile & ira cum inconsulto conjuncta impetu, neque illum adversus fratrem, neque adversus filium hunc liberes. At principium, unde mota bilis fuit, citius excuset illum qui majore ex causa tanquam a graviore prostratus ictu fuit. Romulo enim, quum esset dissensio ex consilio & deliberatione de bono publico exorta, nemo ignoscat mentem ei subito tantopere fuisse commotam. Theseum vero in filium, quæ pauci mortalium devitarunt, amor, obtrectatio, & querelæ impulerunt uxoris. Quod vero gravius est, Romuli evasit in factum flamma & in rem non lætum sortitam exitum: Thesei indignatio ad verba usque, convitia, & devotiones seniles est progressa. De cætero calamitates videntur juvenis fortunæ tribuendæ. Itaque tulerit in his Theseus suffragia.

At illi hoc primum suppeditat magnificum, quod tenuissima ad res gerendas fundamenta habuerit: siquidem qui servi & subulcorum dicebantur filii, priusquam liberi ipsi forent, omnes prope liberos effecerunt Latinos; atque uno tempore præstantissima nomina simul sunt adepti, extinctores hostium, necessariorum conservatores, reges gentium & conditores urbium, non translatores dicti: ut Theseus, ex multis qui unum conflavit & frequentavit domicilium, sustulitque multa oppida

ἐπωνυμίας βασιλέων καὶ ἡρώων παλαιῶν. Ῥωμύλος δὲ ταῦτα μὲν ὕστερον ἔδρα, τοὺς πολεμίους ἀναγκάζων τὰ οἰκεῖα καταβάλλοντας καὶ ἀφανίζοντας τοῖς νενικηκόσι προσνέμεσθαι. τὸ δὲ πρῶτον οὐ μετατιθεὶς οὐδ' αὔξων τὴν ὑπάρχουσαν, ἀλλὰ ποιῶν ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ κτώμενος ἑαυτῷ χώραν ἅμα, πατρίδα, βασιλείαν, γένη, γάμους, οἰκειότητας, ἀνῄρει μὲν οὐδένα, οὐδὲ ἀπώλλυεν, εὐεργέτει δὲ τοὺς ἐξ ἀοίκων καὶ ἀνεστίων δῆμον ἐθέλοντας εἶναι καὶ πολίτας. λῃστὰς δὲ καὶ κακούργους οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' ἔθνη προσηγάγετο πολέμῳ, καὶ πόλεις κατεστρέψατο, καὶ βασιλεῖς ἐθριάμβευσε καὶ ἡγεμόνας.

Καὶ τὸ μὲν Ῥώμου πάθος ἀμφισβητούμενον ἔχει τὸν αὐτόχειρα, καὶ τὸ πλεῖστον εἰς ἑτέρους τῆς αἰτίας τρέπουσι· τὴν δὲ μητέρα διολλυμένην ἔσωσε περιφανῶς, καὶ τὸν πάππον ἀκλεῶς δουλεύοντα καὶ ἀτίμως εἰς τὸν Αἰνείου θρόνον ἐκάθισε. καὶ πολλὰ μὲν ἑκὼν εὐηργέτησεν, ἔβλαψε δὲ αὐτὸν οὐδὲ ἄκων. τὴν δὲ Θησέως λήθην καὶ ἀμέλειαν τῆς περὶ τὸ ἱστίον ἐντολῆς, μόλις ἄν οἶμαι μικρᾷ τινι παραιτήσει καὶ ἐν ῥαθύμοις δικασταῖς αἰτίαν ἀποφυγεῖν πατροκτονίας· ὃ δὴ καὶ συνιδών τις Ἀττικὸς ἀνὴρ ὡς πάγχαλεπόν ἐστι βουλομένοις ἀπολογεῖσθαι, πλάττει τὸν Αἰγέα τῆς νεὼς προσφερομένης ὑπὸ σπουδῆς ἀνατρέχοντα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν θέας ἕνεκα, καὶ σφαλλόμενον καταπεσεῖν, ὥσπερ ὀπαδῶν ἔρημον, ἢ τὴν ἐπὶ θάλατταν ὁδὸν ἀποδόντι μὴ παρούσης τινὸς θεραπείας.

Καὶ μὴν τὰ περὶ τὰς ἁρπαγὰς τῶν γυναικῶν ἁμαρτήματα, Θησεῖ μὲν εὐσχήμονος ἐνδεᾶ προφάσεως γέγονε. πρῶτον μὲν ὅτι πολλάκις· ἥρπασε γὰρ Ἀρι-

quæ nomina gerebant veterum Regum & Heroum. Romulus quidem egit post idem, quum hostes compelleret sua diruere delereque, ac victoribus se contribuere. Initio tamen non transtulit, neque amplificavit urbem jam extantem, verum condidit nullo subsidio, comparans sibi pariter agrum, patriam, regnum, sobolem, connubia, necessitudines. Neminem peremit vel perdidit, sed bene meritus est de illis qui sedium & penatium expertes, populus esse & cives volebant. Latrones & maleficos non confecit, sed gentes bello subegit, urbes excidit, reges ducesque in triumphum duxit.

Jam Remi cædes controversum habet percussorem, ac causas fere ad alios avertunt. Matrem certe ab exitio conservavit haud dubie, avumque turpiter & fœde servientem in Æneæ collocavit solio; ac multa in eum de industria beneficia contulit, nec læsit, ne imprudens quidem. Sed Thesei oblivio & incuria præcepti de velo, vix, meo judicio, quamvis longa excusatione atque apud socordes judices, parricidii crimine eximatur. Quod sane advertens Atticus quispiam plane difficilem esse vel volentibus defensionem, Ægea fingit appellente nave, quum propere curreret in arcem speculandi causa, & offendisset, præcipitem fuisse delatum; quasi comitibus caruisset, aut properantem ad mare esset nemo sequutus.

Ad hæc, quod in raptu mulierum admissum est, honesto caret in Theseo prætextu: primum quia sæpius: rapuit enim Ari-

Ἀριάδνην καὶ Ἀντιόπην, καὶ Ἀναξὼ τὴν Τροιζηνίαν· ἐπὶ πάσαις δὲ τὴν Ἑλένην, παρηκμακὼς οὐκ ἀκμάζουσαν, ἀλλὰ νηπίαν καὶ ἄωρον, αὐτὸς ὥραν ἔχων ἤδη γάμων πεπαῦσθαι καὶ νομίμων· ἔπειτα διὰ τὴν αἰτίαν· οὐ γὰρ ἀξιώτεραί γε παιδοποιοὶ τῶν Ἀθήνησιν Ἐρεχθειδῶν καὶ Κεκροπιδῶν, αἱ Τροιζηνίων καὶ Λακώνων καὶ Ἀμαζόνων ἀνέγγυοι θυγατέρες ἦσαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑποψίαν ἔχει πρὸς ὕβριν καὶ καθ' ἡδονὴν πεπρᾶχθαι. Ῥωμύλος δὲ πρῶτον μὲν ὀκτακοσίων ὀλίγον ἀριθμῷ δεούσας ἁρπάσας, οὐ πάσας, ἀλλὰ μίαν, ὥς φασιν, Ἑρσιλίαν ἔλαβεν, τὰς δ' ἄλλας διένειμε τοῖς ἀγαθοῖς τῶν πολιτῶν. ἔπειτα τῇ μετὰ ταῦτα τιμῇ καὶ ἀγαπήσει καὶ δικαιοσύνῃ περὶ τὰς γυναῖκας ἀπέδειξε τὴν βίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἀδικίαν, κάλλιστον ἔργον καὶ πολιτικώτατον εἰς κοινωνίαν γενομένην. οὕτω συνέμιξεν ἀλλήλοις καὶ συνέπηξε τὰ γένη, καὶ παρέσχε πηγὴν τῆς εἰς αὖθις εὐνοίας, καὶ δυνάμεως τοῖς πράγμασι. αἰδοῦς δὲ καὶ φιλίας καὶ βεβαιότητος ἣν εἰργάσατο περὶ τοὺς γάμους, ὁ χρόνος ἐστὶ μάρτυς. ἐν γὰρ ἔτεσι τριάκοντα καὶ διακοσίοις οὔτε ἀνὴρ ἐτόλμησε γυναικὸς, οὔτε γυνὴ κοινωνίαν ἀνδρὸς ἐγκαταλιπεῖν· ἀλλ' ὥσπερ ἐν Ἕλλησιν οἱ σφόδρα περιττοὶ τὸν πρῶτον ἔχουσιν εἰπεῖν πατροκτόνον ἢ μητροφόνον, οὕτω Ῥωμαῖοι πάντες ἴσασιν ὅτι Καρβίλιος Σπόριος ἀπεπέμψατο γυναῖκα πρῶτος, ἀπαιδίαν αἰτιασάμενος. τῷ δὲ τοσούτῳ χρόνῳ συμμαρτυρεῖ καὶ τὰ ἔργα. καὶ γὰρ ἀρχῆς ἐκοινώνησαν οἱ βασιλεῖς, καὶ πολιτείας τὰ γένη, διὰ τὴν ἐπιγαμίαν ἐκείνην. ἀπὸ δὲ τῶν Θησέως γάμων, Ἀθηναίοις φιλικὸν μὲν οὐδὲν κοινω-

νικὸν

Ariadnam, Antiopam, Anaxo Trœzeniam, denique Helenam grandævus nondum nubilem, sed parvulam atque immaturam, ea ipse ætate, ut temperandum ei a nuptiis fuerit vel justis. Deinde propter causam: neque enim Trœzeniorum, Laconum, Amazonum filiæ, præterquam quod pactæ ei non essent, digniores ad sobolem suscipiendam Atheniensibus puellis Erechtheo & Cecrope prognatis erant: cæterum non carent hæc, quin lasciviæ & libidinis causa fuerint perpetrata, suspicione. Romulus vero principio, raptis paulo minus octingentis, non omnes, sed unam (ut fama est) sumpsit sibi Hersiliam, cæteras inter egregios cives est partitus. Deinde consequenti honore, charitate, æquitate in fœminas, vim illam & injuriam, eximium fuisse factum ostendit & prudentissimum ad jungendam societatem: adeo confudit mutuo & conglutinavit eas gentes, fontemque in posterum rebus aperuit benevolentiæ & potentiæ. Reverentiæ vero & amoris & constantiæ, quibus devinxit connubia, perhibet temporis diuturnitas testimonium. Quippe annis triginta & ducentis, neque vir uxoris, neque viri consortium deserere uxor sustinuit. Verum ut apud Græcos valde curiosi, primum nuncupare possunt parricidam, ita cuncti norunt Romani Sp. Carvilium uxori nuntium primum remisisse, sterilem causatum. Nec temporis diuturnitas solum, sed & idem testantur opera, quæ consequuta sunt. Etenim ob necessitudinem illam participaverunt Reges inter se regnum, & rempub. gentes illæ. Ex Thesei nuptiis nihil evenit populo Atheniensi ad ullum commercium amicitiæ vel commu-

nicationis:

νικὸν ὑπῆρξε πρὸς οὐδένα συμβόλαιον, ἔχθραι δὲ καὶ πόλεμοι καὶ φόνοι πολιτῶν καὶ τέλος Ἀφίδνας ἀπολέσαι, μόλις ὑπ' οἴκτου τῶν πολεμίων προσκυνήσαντας, καὶ Θεοὺς ἀνειπόντας, παθεῖν ἃ Τρῶες ἔπαθον δι' Ἀλέξανδρον. ἡ μέντοι μήτηρ ἡ Θησέως οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθε τὰ τῆς Ἑκάβης, ἐγκαταλιπόντος καὶ προεμένου τοῦ παιδός· εἴγε μὴ πέπλασται τὰ τῆς αἰχμαλωσίας, ὡς ἔδει γε καὶ τοῦτο ψεῦδος εἶναι καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων. ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τοῦ θείου μυθολογούμενα πολλὴν ποιεῖ διαφοράν. Ῥωμύλῳ μὲν γὰρ ἡ σωτηρία μετὰ πολλῆς ὑπῆρξε Θεῶν εὐμενείας, ὁ δ' Αἰγεῖ δοθεὶς χρησμὸς ἀπέχεσθαι γυναικὸς ἐπὶ ξένης, ἔοικεν ἀποφαίνειν, παρὰ γνώμην Θεῶν γεγονέναι τὴν Θησέως τέκνωσιν.


nicationis: ſed offenſiones, ſed bella, ſed cædes civium, Aphidnarum poſtremo amiſſio: atque ægre devitaverunt ex miſericordia hoſtium (quos ſupplices ut Deos invocarunt) quin in eandem inciderent, in quam Paridis cauſa Trojani, calamitatem. Mater certe Theſei non venit in diſcrimen tantum, ſed Hecubæ experta eſt fortunam, deſerta a filio atque deſtituta: niſi illud de captivitate commentum eſt, quod utinam ſit cum pleriſque aliis mendacium. Jam quæ divinitus accidiſſe circa eos fabulantur, ea magnum habent diſcrimen. Romulus enim incolumitatem, Diis admodum propitiis, conſequutus eſt. At editum Ægeo oraculum, ut fœminis abſtineret in peregrina terra, non fuiſſe Diis cordi natales Theſei, oſtendere videtur.



ΛΥΚΟΥΡ-



ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ.



ΠΕΡΙ Λυκούργου τοῦ νομοθέτου καθόλου μὲν οὐδὲν ἔστιν εἰπεῖν ἀναμφισβήτητον, οὗ γε καὶ γένος καὶ ἀποδημία καὶ τελευτή, καὶ πρὸς ἅπασιν ἡ περὶ τοὺς νόμους αὐτοῦ καὶ τὴν πολιτείαν πραγματεία διαφόρους ἔσχεν ἱστορίας. ἥκιστα δὲ οἱ χρόνοι καθ' οὓς γέγονεν ὁ ἀνὴρ ὁμολογοῦνται. οἱ μὲν γὰρ Ἰφίτῳ συνακμάσαι καὶ συνδιαθεῖναι τὴν Ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν λέγουσιν αὐτόν· ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, τεκμήριον προφέρων τὸν Ὀλυμπίασι δίσκον, ἐν ᾧ τοὔνομα τοῦ Λυκούργου διασώζεται καταγεγραμμένον. οἱ δὲ ταῖς διαδοχαῖς τῶν ἐν Σπάρτῃ βεβασιλευκότων ἀναλεγόμενοι τὸν χρόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ Ἀπολλόδωρος, οὐκ ὀλίγοις ἔτεσι πρεσβύτερον ἀποφαίνουσι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος. Τίμαιος δὲ ὑπονοεῖ, δυοῖν ἐν Σπάρτῃ γεγονότων Λυκούργων οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τῷ ἑτέρῳ τὰς ἀμφοῖν πράξεις διὰ τὴν δόξαν ἀνακεῖσθαι· καὶ τόν γε πρεσβύτερον οὐ πόρρω τῶν Ὁμήρου χρόνων γεγονέναι· ἔνιοι δὲ, καὶ κατ' ὄψιν

De Lycurgo legiſlatore, nihil omnino quod careat controverſia, habeo commemorare. Nam & origo & peregrinatio & obitus, & ſupra omnia ejus circa leges commentatio & circa rempub. conſtituendam varie proditur ab autoribus. Præcipua eſt, qua ætate vixerit, contentio. Quidam enim Iphiti æqualem & ſocium in digerendis feſtis Olympiacis fuiſſe perhibent; ex quibus Ariſtoteles eſt philoſophus: argumento uſus diſci Olympiaci, qui nominis Lycurgi præfert inſcriptionem. Alii ſupputantes tempora ex ſucceſſione eorum qui Lacedæmone regnaverunt, ut Eratoſthenes & Apollodorus, non paucis annis eum affirmant primam Olympiadem anteceſſiſſe. Timæus, quum duo Spartæ Lycurgi diverſis temporibus fuiſſent, in alterum ob ejus claritatem, res geſtas collatas utriuſque ſuſpicatur fuiſſe, ac majorem certe non longe fuiſſe infra Homeri ætatem: nonnulli congreſ-

ὄψιν ἐντυχεῖν Ὁμήρῳ. δίδωσι δὲ καὶ Ξενοφῶν ὑπόνοιαν ἀρχαιότητος, ἐν οἷς τὸν ἄνδρα λέγει γεγονέναι κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας. γένει μὲν γὰρ Ἡρακλεῖδαι δήπουθεν ἦσαν καὶ οἱ νεώτατοι τῶν ἐν Σπάρτῃ βασιλέων. ὁ δὲ ἔοικε βουλομένῳ τοὺς πρώτους ἐκείνους καὶ συνέγγυς Ἡρακλέους, ὀνομάζειν Ἡρακλείδας. οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ οὕτω πεπλανημένης τῆς ἱστορίας πειρασόμεθα τοῖς βραχυτάτας ἔχουσιν ἀντιλογίας, ἢ γνωριμωτάτους μάρτυρας ἑπόμενοι, τῶν γεγραμμένων περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδοῦναι τὴν διήγησιν.

Ἐπεὶ καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς οὐκ Εὐνόμου λέγει τὸν Λυκοῦργον πατρὸς, ἀλλὰ Πρυτάνιδος· καὶ τὸν Λυκοῦργον καὶ τὸν Εὔνομον οἱ πλεῖστοι σχεδὸν οὐχ οὕτω γενεαλογοῦσιν, ἀλλὰ Πατροκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα· τούτου δὲ, Πρύτανιν· ἐκ τούτου δὲ, Εὔνομον· Εὐνόμου δὲ, Πολυδέκτην ἐκ προτέρας γυναικὸς, Λυκοῦργον δὲ, νεώτερον ἐκ Διανάσσης. ὡς δὲ Εὐτυχίδας ἱστόρηκεν, ἕκτον μὲν ἀπὸ Πατροκλέους, ἑνδέκατον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους. τῶν δὲ προγόνων αὐτοῦ μάλιστα ἐθαυμάσθη Σόος, ἐφ' οὗ καὶ τοὺς εἵλωτας ἐποιήσαντο δούλους οἱ Σπαρτιᾶται, καὶ χώραν προσεκτήσαντο πολλὴν, Ἀρκάδων ἀποτεμόμενοι. λέγεται δὲ τὸν Σόον, ἐν χωρίῳ χαλεπῷ καὶ ἀνύδρῳ πολιορκούμενον ὑπὸ Κλιτορίων, ὁμολογῆσαι τὴν δορίκτητον γῆν αὐτοῖς ἀφήσειν, εἰ πίοι καὶ αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ πάντες ἀπὸ τῆς πλησίον πηγῆς. γενομένων δὲ τῶν ὁρκίων καὶ ὁμολογιῶν, συναγαγόντα τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, διδόναι τῷ μὴ πιόντι τὴν βασιλείαν· οὐδενὸς δὲ καρτερήσαντος, ἀλλὰ πάντων πιόντων, αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι καταβάντα, καὶ περιρρανάμενον, ἔτι τῶν πολεμίων παρόντων, ἀπελθεῖν καὶ τὴν

gressum etiam cum eo. Præterea tribuit ei Xenophon vetustatis opinionem, quando eum æqualem Heraclidarum memorat fuisse. Nempe fuerunt gente Heraclidæ etiam novissimi Lacedæmoniorum reges: sed videtur ille primos illos & suppares Herculi velle Heraclidas appellare. At quanquam adeo vaga & incerta historia est, conabimur tamen ea sequuti, quæ quam minimas ambiguitates & locupletissimos habent testes, quæ de eo memoriæ prodita sunt, exequi.

Nempe poeta Simonides non Eunomum, sed Prytanidem, Lycurgo patrem tribuit. Jam plerique omnes Lycurgi & Eunomi non ita deducunt originem, sed ex Patrocle tradunt Aristodemi filio genitum Soum, ex quo Eurytionem, hujus filium Prytanin fuisse, ex hoc ortum Eunomum: Eunomum ex priore uxore tulisse Polydecten, Lycurgum minorem ex Dianassa: ut vero autor Eutychidas est, sextum a Patrocle, & ab Hercule undecimum. Inter majores ejus clarissimus Sous fuit, sub quo Helotas Lacedæmonii in servitutem redegerunt, latumque agrum summotis Arcadibus adjecerunt finibus suis. Fama est Soum, quum in loco aspero & arido circumsideretur a Clitoriis, pactum fuisse, si ipse totusque exercitus suus ex propinquo fonte bibissent, agrum se, quem iis ademerat bello, redditurum ipsis. Quum esset id fœdus jurejurando sancitum, concione advocata suorum, pronunciasse regnum se ei qui non bibisset, dare. Ubi nemo se temperare potuit, sed biberunt omnes, ipsum descendisse omnium postremum: atque, quum conspersisset aqua se, hostibus adhuc præsentibus discessisse:

τὴν χώραν καταχεῖν, ὡς μὴ πάντων πιόντων. ἀλλὰ καίπερ ἐπὶ τούτοις θαυμάζοντες αὐτὸν, οὐκ ἀπὸ τούτου τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ προσηγόρευσαν Εὐρυτιωνίδας· ὅτι δοκεῖ πρῶτος Εὐρυτίων τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, δημαγωγῶν καὶ χαριζόμενος τοῖς πολλοῖς. ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης ἀνέσεως, τοῦ μὲν δήμου θρασυνομένου, τῶν δ' ὕστερον βασιλέων, τὰ μὲν, ἀπεχθανομένων τῷ βιάζεσθαι τοὺς πολλοὺς, τὰ δὲ, πρὸς χάριν ἢ δι' ἀσθένειαν ὑποφερομένων, ἀνομία καὶ ἀταξία κατέσχε τὴν Σπάρτην ἐπὶ πολὺν χρόνον· ὑφ' ἧς καὶ τὸν πατέρα τοῦ Λυκούργου βασιλεύοντα συνέβη τελευτῆσαι. διείργων γὰρ ἀψιμαχίαν τινὰ, μαγειρικῇ κοπίδι πληγεὶς, ἀπέθανε, τῷ πρεσβυτέρῳ παιδὶ Πολυδέκτῃ καταλιπὼν τὴν βασιλείαν.

Ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου μετ' ὀλίγον χρόνον, ἔδει βασιλεύειν, ὡς πάντες ᾤοντο, τὸν Λυκοῦργον· καὶ πρίν γε τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ φανερὰν γενέσθαι κύουσαν, ἐβασίλευεν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο τάχιστα ᾔσθετο, τὴν μὲν βασιλείαν ἀπέφηνε τοῦ παιδὸς οὖσαν, ἄνπερ ἄῤῥεν γένηται, τὴν δὲ ἀρχὴν αὐτὸς ὡς ἐπίτροπος διεῖπε. τοὺς δὲ τῶν ὀρφανῶν βασιλέων ἐπιτρόπους Λακεδαιμόνιοι προδίκους ὠνόμαζον. ὡς δὲ ἡ γυνὴ προσέπεμπε κρύφα, καὶ λόγους ἐποιεῖτο, βουλομένη διαφθεῖραι τὸ βρέφος, ἐπὶ τῷ συνοικεῖν ἐκείνῳ βασιλεύοντι τῆς Σπάρτης, τὸ μὲν ἦθος αὐτῆς ἐμίσησε, πρὸς δὲ τὸν λόγον αὐτὸν οὐκ ἀντεῖπεν· ἀλλ' ἐπαινεῖν καὶ δέχεσθαι προσποιούμενος, οὐκ ἔφη δεῖν ἀμβλίσκουσαν αὐτὴν καὶ φαρμακευομένην διαλυμαίνεσθαι τὸ σῶμα καὶ κινδυνεύειν· αὐτῷ γὰρ μελήσειν ὅπως εὐθὺς ἐκποδὼν ἔσται τὸ γεννηθέν. οὕτω δὲ παραγαγὼν ἄχρι τοῦ τόκου·

cessisse: itaque agrum, quod non potassent omnes, retinuisse. Quem, etsi ea de re magno in honore haberent, non ab eo tamen familiam, verum a filio ejus Eurytionidas appellavere; quod primus videtur singularis imperii rigorem Eurytion ambitione & populari aura ductus relaxasse. Ex ea remissione quum ferociret populus, & insequentes reges partim violentius agendo eum offenderent, partim per gratiam aut fractas jam opes omnino cederent, leges conculcatæ & turbata Spartæ omnia perdiu fuere: ex qua confusione pater Lycurgi rex occubuit. Quum enim velitationem quandam dirimeret, cultro coquinario ictus obiit. Regnum majori filio reliquit Polydectæ.

Quo non diu superstite, regnum redibat (ut erat omnium opinio) ad Lycurgum, ac regnavit priusquam uxorem fratris constaret esse prægnantem. Simulatque id fuit perspicuum, declaravit regnum ad infantem, si filius esset, spectare: interim regnum tutorio nomine administravit. Regum pupillorum tutores vocant Lacedæmonii Prodicos. At mulier summisit ad Lycurgum, offerens se partum abacturam, si obtinens ille Spartæ regnum ipsam vellet sibi adjungere matrimonio. Ille enimvero improbitatem mulieris execratus est, postulationem non rejecit tamen: sed probantis & conditionem accipientis specie, negavit faciendum ei esse, ut elidendo medicamentis partu corpus suum læderet, & perniciem sibi aecerseret; ubi vero editus esset, sibi curæ fore ut confestim tolleretur e medio. Ita ad partum usque lactavit mu-

τόκου τὴν ἄνθρωπον, ὡς ᾔσθετο τίκτουσαν, εἰσέπεμψε παρέδρους ταῖς ὠδῖσιν αὐτῆς καὶ φύλακας, οἷς ἦν προστεταγμένον, ἐὰν μὲν θῆλυ τεχθῇ, παραδοῦναι ταῖς γυναιξίν· ἐὰν δὲ ἄρρεν, κομίσαι πρὸς ἑαυτὸν ὅ,τι ἂν τύχῃ πράττων. ἔτυχε δὲ δειπνοῦντι αὐτῷ μετὰ τῶν ἀρχόντων ἀποκυηθὲν ἄρρεν· καὶ παρῆσαν οἱ ὑπηρέται τὸ παιδάριον αὐτῷ κομίζοντες. ὁ δὲ, δεξάμενος λέγεται καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν, Βασιλεὺς ὑμῖν γέγονεν, ὦ Σπαρτιᾶται, κατέκλινεν ἐν τῇ βασιλικῇ χώρᾳ, καὶ Χαρίλαον ὠνόμασε, διὰ τὸ τοὺς πάντας εἶναι περιχαρεῖς, ἀγαμένους αὐτοῦ τὸ φρόνημα καὶ τὴν δικαιοσύνην. ἐβασίλευσε δὲ μῆνας ὀκτὼ τὸ σύμπαν. ἦν δὲ καὶ τἆλλα περίβλεπτος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ πλείονες ἐγίνοντο τῶν ὡς ἐπιτρόπῳ βασιλέως, καὶ βασιλικὴν ἐξουσίαν ἔχοντι πειθομένων, οἱ δι' ἀρετὴν προσέχοντες αὐτῷ καὶ ποιεῖν ἐθέλοντες ἑτοίμως τὸ προσταττόμενον. ἦν δέ τι καὶ τὸ φθονοῦν, καὶ πρὸς τὴν αὔξησιν ὄντι νέῳ πειρώμενοι ἐνίστασθαι· μάλιστα μὲν οἱ συγγενεῖς καὶ οἰκεῖοι τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς ὑβρίσθαι δοκούσης· ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτῆς Λεωνίδας καὶ θρασύτερόν ποτε τῷ Λυκούργῳ λοιδορηθεὶς, ὑπεῖπεν ὡς εἰδείη σαφῶς μέλλοντα βασιλεύειν αὐτόν· ὑπόνοιαν διδοὺς καὶ προκαταλαμβάνων διαβολῇ τὸν Λυκοῦργον, εἴ τι συμβαίη τῷ βασιλεῖ παθεῖν, ὡς ἐπιβεβουλευκότα. τοιοῦτοι δέ τινες λόγοι καὶ παρὰ τῆς γυναικὸς ἐξεφοίτων· ἐφ' οἷς βαρέως φέρων, καὶ δεδοικὼς τὸ ἄδηλον, ἔγνω φυγεῖν ἀποδημίᾳ τὴν ὑπόνοιαν, καὶ πλανηθῆναι μέχρις ἂν ὁ ἀδελφιδοῦς ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος τεκνώσῃ διάδοχον τῆς βασιλείας.

Οὕτως ἀπάρας, πρῶτον μὲν εἰς Κρήτην ἀφίκετο, καὶ τὰς αὐτόθι πολιτείας κα-

mulierem. Ut instare sensit puerperium, arbitros enitenti & custodes adhibuit cum mandatis, si puellam edidisset, ut traderent eam fœminis: sin stirpem virilem, ad se, quomodocunque occupatum, ut eam deferrent. Forte cœnante eo cum magistratibus, genitus est filius. Illo loco illum adierunt, & obtulerunt ei puerum ministri: quo accepto dixisse fertur ad præsentes, Rex vobis, Lacedæmonii, est natus. Mox puerum in sede regia reposuit. Nomen dedit Charilao, quod omnes ingenti gaudio perfusi essent, magnitudinem animi ejus & justitiam collaudantes. Regnavit octo duntaxat menses. Fuit autem de cætero quoque venerandus civibus, ac plures virtutis causa erant ei dicto audientes, seduloque imperata facere in animum inducebant, quam qui tanquam regis tutori & vim habenti regiam, parerent. Non deerat tamen invidia, erantque qui ejus incrementis adolescentioris molirentur obsistere, præ cæteris propinqui & necessarii matris regis, quæ ludibrio habita videbatur. Cujus frater Leonidas procacius aliquando incessens Lycurgum convitio, certum se prædixit esse eum regnaturum, suspicione Lycurgum adspergens & calumnia præoccupans, quasi insidiis ejus perempto rege, siquid ei humanitus accidisset. Similem rumorem illa mulier quoque seminabat. Quibus permotus, & veritus incerta casus, statuit suspicionem declinare peregrinatione, & dum fratris filius adolevisset, regnique genuisset successorem, vagari.

Ita profectus & delatus primum est in Cretam. Cretensium institutis cognitis, quum

κατανοήσας, καὶ συγγενόμενος τοῖς πρωτεύουσι κατὰ δόξαν ἀνδράσι, τὰ μὲν ἐζήλωσε καὶ παρέλαβε τῶν νόμων, ὡς οἴκαδε μετοίσων καὶ χρησόμενος, ἔστι δ' ὧν κατεφρόνησεν. ἕνα δὲ τῶν νομιζομένων ἐκεῖ σοφῶν καὶ πολιτικῶν χάριτι καὶ φιλίᾳ πείσας ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην, Θάλητα, ποιητὴν μὲν δοκοῦντα λυρικῶν μελῶν, καὶ πρόσχημα τὴν τέχνην ταύτην πεποιημένον, ἔργῳ δὲ, ἅπερ οἱ κράτιστοι τῶν νομοθετῶν διαπραττόμενον. λόγοι γὰρ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ πρὸς εὐπείθειαν καὶ ὁμόνοιαν ἀνακλητικοὶ διὰ μελῶν ἅμα καὶ ῥυθμῶν, πολὺ τὸ κόσμιον ἐχόντων καὶ καταστατικόν· ὧν ἀκροώμενοι κατεπραΰνοντο λεληθότως τὰ ἤθη, καὶ συνῳκειοῦντο τῷ ζήλῳ τῶν καλῶν ἐκ τῆς ἐπιχωριαζούσης τότε πρὸς ἀλλήλους κακοθυμίας· ὥστε τρόπον τινὰ τῷ Λυκούργῳ προοδοποιεῖν τὴν παίδευσιν αὐτῶν ἐκεῖνον. ἀπὸ δὲ τῆς Κρήτης ὁ Λυκοῦργος ἐπὶ Ἀσίαν ἔπλευσεν, βουλόμενος, ὡς λέγεται, ταῖς Κρητικαῖς διαίταις, εὐτελέσιν οὔσαις καὶ αὐστηραῖς, τὰς Ἰωνικὰς πολυτελείας καὶ τρυφὰς, ὥσπερ ἰατρὸς σώμασιν ὑγιεινοῖς ὕπουλα καὶ νοσώδη, παραβαλὼν, ἀποθεωρῆσαι τὴν διαφορὰν τῶν βίων καὶ τῶν πολιτειῶν. ἐκεῖ δὲ καὶ τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν πρῶτον, ὡς ἔοικε, παρὰ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς Κλεοφύλου διατηρουμένοις, καὶ κατιδὼν ἐν αὐτοῖς τῆς πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀκρασίαν διατριβῆς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικὸν οὐκ ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἀναμεμιγμένον, ἐγράψατο προθύμως, καὶ συνήγαγεν ὡς δεῦρο κομιῶν. ἦν γάρ τις ἤδη δόξα τῶν ἐπῶν ἀμαυρὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν· ἐκέκτηντο δὲ οὐ πολλοὶ μέρη τινὰ σποράδην τῆς ποιήσεως ὡς ἔτυχε διαφερομένης· γνωρίμην δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυ-

usus consuetudine esset præstantiorum dignitate, leges quasdam eorum approbavit & accepit, domum eas ad utendum deportaturus: quasdam etiam respuit. Unum, qui illic inter sapientes & artium civilium peritos numerabatur, comitate & gratia inductum Spartam misit, Thaletem. Habebatur hic poeta lyricus, atque sub hujus specie artis, revera præstantissimorum legislatorum implebat munus. Carmina ejus orationes erant, quæ ad parendum & consentiendum incitarent pariter modis & numeris: in quibus multa inerat gravitas & delinimentum; quibus auditores reddebantur sensim placidiores, coalescebantque inter se ex amore honesti mutua concordia, exuentes quæ tum illic grassabatur, intestinam simultatem. Ita ille viam quodammodo Lycurgo ad eos instituendos munivit. Ex Creta transmisit Lycurgus in Asiam, ea mente (ut fertur) quo cum Cretica vita, tenui & austera, luxum & delicias componeret Ionicas, sicut medicus marcida & ægra corpora cum salubribus, discrimenque dispiceret morum atque institutorum publicorum. Ibi quum incidisset primum (ut arbitror) in versus Homeri, qui apud Cleophyli posteros asservabantur; ubi animadvertit dispersam in iis non minorem oblectamento illecebrarum & crapulæ civilem prudentiam eruditionemque, descripsit avide, consarcinavitque eos ad deferendum domum. Jam enim obscurum quoddam apud Græcos illius poematis erat nomen, & pauci fragmenta habebant, quæ sparsim & incondite circumferebantur: primus autem omnium

Λυκοῦργος. Αἰγύπτιοι δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀφικέσθαι τὸν Λυκοῦργον οἴονται, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων γενῶν τοῦ μαχίμου διάκρισιν μάλιστα θαυμάσαντα μετενεγκεῖν εἰς τὴν Σπάρτην, καὶ χωρίσαντα τοὺς βαναύσους καὶ χειροτέχνας, ἀστεῖον ὡς ἀληθῶς τὸ πολίτευμα καὶ καθαρὸν ἀποδεῖξαι. ταῦτα μὲν οὖν Αἰγυπτίοις ἔνιοι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων μαρτυροῦσιν· ὅτι δὲ καὶ Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν ἐπῆλθεν ὁ Λυκοῦργος, καὶ περὶ τὴν Ἰνδικὴν πλανηθεὶς τοῖς γυμνοσοφισταῖς ὡμίλησεν, οὐδένα πλὴν Ἀριστοκράτη τὸν Ἱππάρχου Σπαρτιάτην εἰρηκότα γινώσκομεν.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τὸν Λυκοῦργον ἐπόθουν ἀπόντα, καὶ μετεπέμποντο πολλάκις, ὡς τοὺς μὲν βασιλεῖς ὄνομα καὶ τιμὴν, ἄλλο δὲ μηδὲν ᾧ διαφέρουσι τῶν πολλῶν ἔχοντας· ἐν ἐκείνῳ δὲ φύσιν ἡγεμονικὴν καὶ δύναμιν ἀνθρώπων ἀγωγὸν οὖσαν. οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσιν ἦν ἀβούλητος ἡ παρουσία τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ἤλπιζον ἐκείνου συμπαρόντος ἧττον ὑβρίζουσι χρῆσθαι τοῖς πολλοῖς. ἐπανελθὼν οὖν πρὸς οὕτω διακειμένους, εὐθὺς ἐπεχείρει τὰ παρόντα κινεῖν, καὶ μεθιστάναι τὴν πολιτείαν, ὡς τῶν κατὰ μέρος νόμων οὐδὲν ἔργον οὐδὲ ὄφελος, εἰ μή τις ὥσπερ σώματι πονηρῷ καὶ γέμοντι παντοδαπῶν νοσημάτων τὴν ὑπάρχουσαν ἐκτήξας καὶ μεταβαλὼν κρᾶσιν ὑπὸ φαρμάκων καὶ καθαρμῶν, ἑτέρας ἄρξεται καινῆς διαίτης. διανοηθεὶς δὲ ταῦτα, πρῶτον μὲν ἀπεδήμησεν εἰς Δελφοὺς, καὶ τῷ Θεῷ χρησάμενος καὶ θύσας ἐπανῆλθε, τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμὸν κομίζων, ᾧ θεοφιλῆ μὲν αὐτὸν ἡ Πυθία προσεῖπε, καὶ Θεὸν μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον· εὐνομίας δὲ χρῄζοντι διδόναι καὶ καταινεῖν ἔφη τὸν Θεὸν

ἣ

nium vulgavit ea Lycurgus. Ægyptii item apud se arbitrantur Lycurgum fuisse, bellatoresque a reliquis populis diremptos in primis probasse, ac traduxisse eum morem Lacedæmonem, segregatisque illiberalibus & sordidioribus operariis, plane elegantem & nitidam rempub. instituisse. In hisce astipulantur etiam nonnulli Græci scriptores Ægyptiis. Quod vero lustraverit Africam & Hispaniam, Indiamque emensus sit, atque usus ei fuerit ibi cum Gymnosophistis, neminem tradere, extra Aristocratem Lacedæmonium Hipparchi filium novimus.

At Lacedæmonii absentem desideraverunt Lycurgum, ac crebro eum accersiverunt; quod reges putarent nullo insigni, nisi nomine & honore, excellere vulgo, in illo indolem suspicerent ad imperandum & ad homines alliciendos natam. Nec vero reges reditum ejus gravabantur, quod sperarent ejus præsentia impotentiam plebis repressum iri. Ergo regressus ad ita animatos, aggressus est illico res novas moliri, & mutare rempub. quasi leges singulares nullum essent operæ pretium facturæ, nisi, sicut corporis affecti & diversis referti morbis, præsentem resolvisset versassetque medicamentis & purgationibus intemperiem, & aliam inde novam inchoasset vivendi legem. Quum hæc haberet deliberata, primum Delphos est profectus, consultoque Deo & sacris peractis, regressus domum est cum celebrato illo oraculo quo Diis charum eum, & Deum potius quam hominem vates appellavit: rectam reipub. institutionem petenti, concedere & annuere respondit Deum,

eam

ἡ πολὺ κρατίστη τῶν ἄλλων ἔσται πολιτειῶν. ἐπαρθεὶς δὲ τούτοις προσῆγε τοὺς ἀρίστους, καὶ συνεφάπτεσθαι παρεκάλει, κρύφα διαλεγόμενος τοῖς φίλοις πρῶτον, εἶτα οὕτως κατὰ μικρὸν ἁπτόμενος πλειόνων, καὶ συνιστὰς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. ὡς δ᾽ ὁ καιρὸς ἧκε, τριάκοντα τοὺς πρώτους ἐκέλευσε μετὰ τῶν ὅπλων ἕωθεν εἰς ἀγορὰν προελθεῖν, ἐκπλήξεως ἕνεκα καὶ φόβου πρὸς τοὺς ἀντιπράττοντας. ὧν εἴκοσι τοὺς ἐπιφανεστάτους Ἕρμιππος ἀνέγραψε· τὸν δὲ μάλιστα τῶν Λυκούργου ἔργων κοινωνήσαντα πάντων καὶ συμπραγματευσάμενον τὰ περὶ τοὺς νόμους, Ἀριθμιάδαν ὀνομάζουσι. ἀρχομένης δὲ τῆς ταραχῆς, ὁ βασιλεὺς Χαρίλαος φοβηθείς, ὡς ἐπ᾽ αὐτὸν ὅλης τῆς πράξεως συνισταμένης, κατέφυγε πρὸς τὴν Χαλκίοικον· εἶτα πεισθεὶς καὶ λαβὼν ὅρκους, ἀνέστη, καὶ μετεῖχε τῶν πραττομένων, φύσει πρᾶος ὤν· ὥς που καὶ λέγεται συμβασιλεύοντα τὸν Ἀρχέλαον αὐτῷ, πρὸς τοὺς ἐγκωμιάζοντας τὸν νεανίσκον εἰπεῖν, Πῶς δ᾽ ἂν οὐκ εἴη Χαρίλαος ἀνὴρ ἀγαθός, ὃς οὐδὲ τοῖς πονηροῖς χαλεπός ἐστι; πλειόνων δὲ καινοτομουμένων ὑπὸ τοῦ Λυκούργου, πρῶτον ἦν καὶ μέγιστον ἡ κατάστασις τῶν γερόντων· ἥν φησιν ὁ Πλάτων τῇ τῶν βασιλέων ἀρχῇ φλεγμαινούσῃ μιχθεῖσαν, καὶ γενομένην ἰσόψηφον, εἰς τὰ μέγιστα σωτηρίαν ἅμα καὶ σωφροσύνην παρασχεῖν. αἰωρουμένη γὰρ ἡ πολιτεία καὶ ἀποκλίνουσα νῦν μὲν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἐπὶ τυραννίδα, νῦν δὲ ὡς τὸ πλῆθος ἐπὶ δημοκρατίαν, οἷον ἕρμα τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν ἐν μέσῳ θεμένη καὶ ἰσορροπήσασα, τὴν ἀσφαλεστάτην τάξιν ἔσχε καὶ κατάστασιν· ἀεὶ τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι γερόντων τοῖς μὲν βασιλεῦσι προστιθεμένων, ὅσον ἀντιβῆναι πρὸς δημοκρατίαν, αὖθις δὲ ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέσθαι τυραννίδα, τὸν δῆμον

eam quæ longe omnium esset rerumpub. futura excellentissima. His erectus, conciliavit sibi principes civitatis, eosque ad una capessendam rempub. excitavit. Primum rem cum amicis occulte communicavit, inde paulatim sollicitatos, plures ad suum consilium consociavit. Ubi res matura fuit, imperat triginta primoribus ut prima luce cum armis forum occupent ad præstringendos trepidatione & terrendos adversarios, quorum spectatissimos recenset Hermippus viginti. Omnium consiliorum socium & adjutorem in legibus condendis nominant præ cæteris Arithmiadan. Initio tumultus, ne ista in se pararentur rex veritus Charilaus, confugit ad Chalciœcum. Inde fide sibi jurejurando data, excitatus est, & adjunxit se illis: nam leni fuit ingenio, adeo ut ferant ejus collegam in regno Archelaum ad illos qui adolescentem extollebant, dixisse, Quidni sit vir bonus Charilaus, qui ne adversus improbos quidem acerbus est? Quum multa ab Lycurgo novarentur, primum fuit & potissimum institutio senatus: quem ait Plato cum Regum dominatu nimium inflato mixtum, parique potestate præditum, esse in primis salutarem & moderationis magistrum. Namque suspensa respub. & nunc ad reges in tyrannidem vergens, nunc ad plebem in populare arbitrium, senatus potentia instar obicis interjecta, æquilibrium retinens, tutissimum ordinem & statum servavit. Quia octo & viginti senes, (ita vocabant senatores) ne convalescerent populi vires, ad reges se aggregabant: contra ad reprimendum tyrannidem cor-

μον ἀναῤῥωννυμένων. τοσούτους δὲ καταστῆναί φησι τοὺς γέροντας Ἀριστοτέλης, ὅτι τριάκοντα τῶν πρώτων μετὰ Λυκούργου γενομένων, δύο τὴν πρᾶξιν ἐγκατέλιπον ἀποδειλιάσαντες. ὁ δὲ Σφαῖρος ἐξ ἀρχῆς φησι τοσούτους γενέσθαι τοὺς τῆς γνώμης μετασχόντας. εἴη δ' ἄν τι καὶ τὸ τοῦ ἀριθμοῦ δι' ἑβδομάδος τετράδι πολλαπλασιασθείσης ἀποτελούμενον, καὶ ὅτι τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἴσος ὢν μετὰ τὴν ἑξάδα, τέλειός ἐστιν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μάλιστα τοσούτους ἀποδεῖξαι τοὺς γέροντας, ὅπως οἱ πάντες ὦσιν τριάκοντα, τοῖς ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τοῖν δυοῖν βασιλέοιν προστιθεμένοιν.

Οὕτω δὲ περὶ ταύτην ἐσπούδασε τὴν ἀρχὴν ὁ Λυκοῦργος, ὥστε μαντείαν ἐκ Δελφῶν κομίσαι περὶ αὐτῆς ἣν ῥήτραν καλοῦσιν. ἔχει δὲ οὕτως, Διὸς Συλλανίου καὶ Ἀθηνᾶς Συλλανίας ἱερὸν ἱδρυσάμενον, φυλὰς φυλάξαντα, καὶ ὠβὰς ὠβάξαντα τριάκοντα γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα, ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζειν μεταξὺ Βαβύκας τε καὶ Κνακιῶνος, οὕτως εἰσφέρειν τε καὶ ἀφίστασθαι γαμωδᾶν γοριᾶν ἦ μὴν καὶ κράτος. ἐν τούτοις, τὸ μὲν φυλὰς φυλάξαι καὶ ὠβὰς ὠβάξαι, διέχειν ἐστὶ καὶ κατανεῖμαι τὸ πλῆθος εἰς μερίδας· ὧν τὰς μὲν, φυλὰς, τὰς δὲ, ὠβὰς προσηγόρευκεν. ἀρχαγέται δὲ οἱ βασιλεῖς λέγονται. τὸ δὲ ἀπελλάζειν, ἐκκλησιάζειν· ὅτι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς πολιτείας εἰς τὸν Πύθιον ἀνῆψε. τὴν δὲ Βαβύκαν, καὶ τὸν Κνακιῶνα, νῦν Οἰνοῦντα προσαγορεύουσιν· Ἀριστοτέλης δὲ τὸν μὲν Κνακιῶνα, ποταμὸν, τὴν δὲ βαβύκαν, γέφυραν. ἐν μέσῳ δὲ τούτων τὰς ἐκκλησίας ἦγον, οὔτε παστάδων οὐσῶν, οὔτε ἄλλης τινὸς κατασκευῆς. οὐθὲν γὰρ ᾤετο ταῦτα πρὸς εὐβουλίαν εἶναι, μᾶλλον δὲ βλάπτειν, φλυαρώδεις ἀπεργαζόμενα καὶ χαύνους φρονή-

corroborabant populum. Eum numerum definitum Aristoteles senatorum ait, quod ex primis triginta Lycurgi sociis duo præ ignavia cœpta deseruerint: Sphærus autem totidem ab initio autor est consilii ejus participes fuisse. Et sane aliquam habeat vim numerus plenus septenarius quaternario multiplicatus, & quod partibus suis paribus secundum senarium plenus sit. Ego vero adducor ideo potissimum tot eum designasse senatores, quo adjunctis ad viginti octo duobus regibus, universi triginta essent.

Tantum vero studii Lycurgus in hunc ordinem posuit, ut petierit de eo Delphis sortes, quas Rhetram vocant; ea est hujuscemodi. Ubi templum extruxeris Jovi Syllanio & Minervæ Syllaniæ, populumque distribueris in tribus, senatum constitues annumeratis regibus triginta virorum: & prout temporum articuli postulabunt, conciones habebis inter Babycam & Cnacionem, ubi agent cum populo senatores, & dimittent concionem, neque jus erit populo verba faciendi. Cnacionem nunc vocant Oenuntem. Aristoteles vero Cnacionem amnem, Babycam vero pontem fuisse dicit. Inter hos conciones habebant, ubi neque porticus erant, neque alia structura ulla. Nihil enim ea arbitrabatur ad consilia recte capienda interesse; quin potius officere, quod futiles & fluxas inani

φρονήματι κενῷ τὰς διανοίας τῶν συμπορευομένων, ὅταν εἰς ἀγάλματα καὶ γραφὰς, ἢ προσκήνια θεάτρων, ἢ στέγας βουλευτηρίων ἠσκημένας περιττῶς ἐκκλησιάζοντες ἀποβλέπωσι. τοῦ δὲ πλήθους ἀθροισθέντος εἰπεῖν μὲν οὐδενὶ γνώμην τῶν ἄλλων ὑφεῖτο, τὴν δ᾽ ὑπὸ τῶν γερόντων καὶ τῶν βασιλέων προτεθεῖσαν ἐπικρῖναι κύριος ἦν ὁ δῆμος. ὕστερον μέντοι τῶν πολλῶν ἀφαιρέσει καὶ προσθέσει τὰς γνώμας διαστρεφόντων, καὶ παραβιαζομένων, Πολύδωρος καὶ Θεόπομπος οἱ βασιλεῖς τάδε τῇ ῥήτρᾳ παρενέγραψαν. αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἕροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας εἶμεν. τοῦτ᾽ ἔστι, μὴ κυροῦν, ἀλλ᾽ ὅλως ἀφίστασθαι καὶ διαλύειν τὸν δῆμον, ὡς ἐκτρέποντα καὶ μεταποιοῦντα τὴν γνώμην παρὰ τὸ βέλτιστον. ἔπεισαν δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν πόλιν ὡς τοῦ Θεοῦ ταῦτα προστάσσοντος· ὥς που Τυρταῖος ἐπιμέμνηται διὰ τούτων,

Φοίβου ἀκούσαντες Πυθωνόθεν, οἱ τάδε νικᾶν
Μαντείας τε Θεοῦ καὶ τελέεν τ᾽ ἔπεα.
Ἄρχειν μὲν βουλῆς θεοτιμήτους βασιλῆας,
Οἷσι μέλει Σπάρτας ἱμερόεσσα πόλις,
Πρεσβύτας τε γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας,
Εὐθείαις ῥήτραις ἀνταπαμειβομένους.

Οὕτω τὸ πολίτευμα τοῦ Λυκούργου μίξαντος, ὅμως ἄκρατον ἔτι τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ ἰσχυρὰν οἱ μετ᾽ αὐτὸν ὁρῶντες σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, οἷον ψάλιον ἐμβάλλουσιν αὐτῇ, τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν, ἔτε-

inani ſenſu congredientium mentes efficiant, quum in ſigna & tabulas, vel proſcenia theatrorum, vel lacunaria fabrefacta, illi qui ad concionem veniunt, defigunt oculos. In plebis concilio nemini rogationem ferre de ulla re permiſſum fuit: quam ſenatus & reges promulgaſſent, jus populo erat comprobandi. Poſt quum plebs detrahendo & adjiciendo, perverterent & adulterarent decreta, Polydorus & Theopompus reges, inſeruerunt hæc Rhetræ: Quæ prave populus rogaſſit, ab iis Senes & primores recedendi jus habeant: Hoc eſt, non rata faciant, ſed prorſus ſummoveant & dimittant populum, quaſi invertentem & depravantem rogationem. Id illi induxerunt civitatem, ut crederet hoc Deum juſſiſſe, ut his verſibus memorat Tyrtæus,

Eximias ſortes atque hæc oracula vobis,
Vincere ſi eſt animus, Phœbus Apollo dedit:
Urbis conſilio ſacros reges moderari,
Quos dulcis Spartæ ſollicitudo tenet.
Majoreſque ſenes natu, populumque frequentem,
Hinc latas leges ſciſcere ſi placeant.

Ita temperata per Lycurgum reipub. procuratione, quum adhuc tamen qui ei ſucceſſerunt, nimiam & validam paucorum potentiam animadverterent luxuriari & ferocire, tanquam frænum (ut ait Plato) injecerunt ei Ephororum autoritatem, atque poſt Lycurgum

ἔτεσί που μάλιστα τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Λυκοῦργον, πρώτων τῶν περὶ Ἔλατον ἐφόρων κατασταθέντων ἐπὶ Θεοπόμπου βασιλεύοντος· ὅν καί φασιν ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ὀνειδιζόμενον ὡς ἐλάττω παραδώσοντα τοῖς παισὶ τὴν βασιλείαν ἢ παρέλαβε, Μείζω μὲν οὖν, εἰπεῖν, ὅσῳ χρονιωτέραν. τῷ γὰρ ὄντι τὸ ἄγαν ἀποβαλοῦσα, μετὰ τοῦ φθόνου διέφυγε τὸν κίνδυνον· ὥστε μὴ παθεῖν ἃ Μεσσήνιοι καὶ Ἀργεῖοι τοὺς παρ' αὐτοῖς βασιλεῖς ἔδρασαν, μηδὲν ἐνδοῦναι μηδὲ χαλάσαι τῆς ἐξουσίας ἐπὶ τὸ δημοτικὸν ἐθελήσαντας. ὃ καὶ μάλιστα τὴν Λυκούργου σοφίαν καὶ πρόνοιαν ἐποίησε φανερὰν εἰς τὰς Μεσσηνίων καὶ Ἀργείων, συγγενῶν καὶ γειτόνων δήμων, καὶ βασιλέων στάσεις καὶ κακοπολιτείας ἀφορῶσιν· οἱ τῶν ἴσων ἀπ' ἀρχῆς τετυχηκότες, ἐν δὲ τῷ κλήρῳ καὶ πλέον ἔχειν ἐκείνων δόξαντες, οὐκ ἐπὶ πολὺν χρόνον εὐδαιμόνησαν, ἀλλ' ὕβρει μὲν τῶν βασιλέων, οὐκ εὐπειθείᾳ δὲ τῶν ὄχλων τὰ καθεστῶτα συνταράξαντες, ἔδειξαν ὅτι θεῖον ἦν ὡς ἀληθῶς εὐτύχημα τοῖς Σπαρτιάταις ὁ τὴν πολιτείαν ἁρμοσάμενος καὶ κεράσας παρ' αὐτοῖς. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

Δεύτερον δὲ τῶν Λυκούργου πολιτευμάτων καὶ νεανικώτατον, ὁ τῆς γῆς ἀναδασμός ἐστι. δεινῆς γὰρ οὔσης ἀνωμαλίας, καὶ πολλῶν ἀκτημόνων καὶ ἀπόρων ἐπιφερομένων τῇ πόλει, τοῦ δὲ πλούτου παντάπασιν εἰς ὀλίγους συνερρυηκότος, ὕβριν καὶ φθόνον καὶ κακουργίαν καὶ τρυφὴν, καὶ τὰ τούτων ἔτι πρεσβύτερα καὶ μείζω νοσήματα πολιτείας, πλοῦτον καὶ πενίαν ἐξελαύνων, συνέπεισε τὴν χώραν ἅπασαν εἰς μέσον θέντας, ἐξ ἀρχῆς ἀναδάσασθαι, καὶ ζῆν μετ' ἀλλήλων ἅπαντας ὁμαλεῖς καὶ ἰσοκλήρους τοῖς βίοις γενομένους· τὸ δὲ πρωτεῖον ἀρετῇ

curgum annis circiter triginta ſupra centum, primum Ephorum deſignaverunt Elatum, rege Theopompo. Quem dicunt, quum exprobraret ei uxor, quod regnum filiis minus quam accepiſſet, eſſet relicturus, reſpondiſſe, Immo eo majus, quo diuturnius. Nimirum abjecta enormitate cum invidia devitavit ſcopulum, in quem Meſſeniorum & Argivorum reges apud ſuos cives impegerunt, qui frænum dominatus nihil remittere ad popularitatem voluerunt vel laxare. Quanta autem fuerit Lycurgi ſapientia & providentia, liquido perſpicias ex ſeditionibus atque inconditis rebuſpublicis Meſſeniorum & Argivorum cognatorum vicinorumque populorum, atque regum, qui ab exordio paria aſſequuti, & in ſorte agrorum etiam illis viſi ſuperiores, non diuturnam tenuerunt fœlicitatem, ſed libidine regum & populi contumacia res novas molientes, documento fuerunt divina fœlicitate Spartiatis accidiſſe ut quiſpiam ita apud eos ſtatum publicum concinnaret & formaret. Verum hæc poſtea ſequuta ſunt.

Alter Lycurgi actus publicus, iſque audaciſſimus, terræ diſtributio fuit. Siquidem quum immenſa eſſet inæqualitas, multique cumularentur in urbe inopes & egeni, opes vero ad paucos redundarent; quo faſtum, invidiam, avaritiam, luxum, atque his vetuſtiores & aſperiores morbos republica exterminaret, opulentiam & paupertatem; perpulit cives ut poſſeſſiones in medium conferrent, & de integro partirentur, viverentque omnes compari inter ſe & æquabili fortuna: primas autem per

ἀρετῇ μετιόντας, ὡς ἄλλης ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον οὐκ οὔσης διαφορᾶς οὐδὲ ἀνισότητος, πλὴν ὅσην αἰσχρῶν ψόγος ὁρίζει καὶ καλῶν ἔπαινος. ἐπάγων δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον, διένειμε τὴν μὲν ἄλλην τοῖς περιοίκοις Λακωνικὴν, τρισμυρίους κλήρους, τὴν δὲ εἰς τὸ ἄστυ τὴν Σπάρτην συντελοῦσαν, ἐνακισχιλίους· τοσοῦτοι γὰρ ἐγένοντο κλῆροι Σπαρτιατῶν. ἔνιοι δέ φασι τὸν μὲν Λυκοῦργον ἑξακισχιλίους νεῖμαι, τρισχιλίους δὲ μετὰ ταῦτα προσθεῖναι Πολύδωρον· οἱ δὲ, τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν ἐνακισχιλίων τοῦτον, τοὺς δὲ ἡμίσεις, Λυκοῦργον. ὁ δὲ κλῆρος ἦν ἑκάστου τοσοῦτος, ὥστε ἀποφορὰν φέρειν, ἀνδρὶ μὲν, ἑβδομήκοντα κριθῶν μεδίμνους, γυναικὶ δὲ δώδεκα, καὶ τῶν ὑγρῶν καρπῶν ἀναλόγως τὸ πλῆθος. ἀρκέσειν γὰρ ᾤοντο τοσοῦτον αὐτοῖς τῆς τροφῆς, πρὸς εὐεξίαν καὶ ὑγίειαν ἱκανῆς, ἄλλου μηδενὸς δεησομένοις. λέγεται δ᾽ αὐτὸν ὕστερόν ποτε χρόνῳ τὴν χώραν διεξερχόμενον ἐξ ἀποδημίας ἄρτι τεθερισμένην, ὁρῶντα τοὺς σωροὺς παραλλήλους καὶ ὁμαλεῖς, μειδιᾶσαι, καὶ εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς ἡ Λακωνικὴ φαίνεται πᾶσα πολλῶν ἀδελφῶν εἶναι νεωστὶ νενεμημένων.

Ἐπιχειρήσας δὲ καὶ τὰ ἔπιπλα διαιρεῖν, ὅπως παντάπασιν ἐξέλοι τὸ ἄνισον καὶ ἀνώμαλον, ἐπεὶ χαλεπῶς ἑώρα προσδεχομένους τὴν ἄντικρυς ἀφαίρεσιν, ἑτέρᾳ περιῆλθεν ὁδῷ, καὶ κατεπολιτεύσατο τὴν ἐν τούτοις πλεονεξίαν. πρῶτον μὲν ἀκυρώσας πᾶν νόμισμα χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν, μόνῳ χρῆσθαι τῷ σιδηρῷ προσέταξεν, καὶ τούτῳ δὲ ἀπὸ πολλοῦ σταθμοῦ καὶ ὄγκου, δύναμιν ὀλίγην ἔδωκεν, ὥστε δέκα μνῶν ἀμοιβὴν ἀποθήκης τε μεγάλης ἐν οἰκίᾳ δεῖσθαι καὶ ζεύ-

per virtutem affectarent, neque aliud inter se discrimen aut imparitatem ducerent aliam, nisi quam turpitudinis macula definiret, & decus virtutis. Hinc verba rebus exequutus, divisit cæterum agrum Laconicum, circumjectis populis in triginta millia sortium: quod ad urbem ipsam Spartam pertinebat, in novem millia: tot enim sortes datæ Spartiatis fuere. Sunt qui dicant Lycurgum sex millia tantum divisisse, tria millia postmodum adjunxisse Polydorum: alii hunc, dimidium novem millium, dimidium, Lycurgum. Sors erat cujusque tanta, ut proventum redderet, viris septuagenos hordei medimnos, fœminis duodenos, & liquidorum fructuum secundum eandem rationem. Tantum iis cibarii putaverunt ad bonum habitum & ad valetudinem tuendam satis esse, neque re præterea ulla esse opus. Ferunt eum, quum post peregre revertens agrum frugibus modo demessis peragraret, conspiceretque acervos æqualiter comparatos & pares, arrisisse ac comitibus dixisse, Quam tota Laconia videtur multorum esse fratrum, qui jam nunc eam inter se sint partiti!

Inde adortus res mobiles dividere, quo omnem excinderet inæqualitatem & imparitatem; quum cerneret ægre laturos, si extorquerentur ipsis aperte, instititit alia ratione illarum rerum summovere cupiditatem. Primum monetam omnem auream & argenteam antiquavit, soli ferro authoritatem tribuit: ejusque magno ponderi & moli exiguum assignavit pretium, ut occuparet decem minarum summa amplum in ædibus armarium, & plaustrum duorum boum

ζεύγους ἀγόμενον. τούτου δ' ἐπικυρωθέντος, ἐξέπεσεν ἀδικημάτων γένη πολλὰ τῆς Λακεδαίμονος. τίς γὰρ ἢ κλέπτειν ἔμελλεν, ἢ δωροδοκεῖν, ἢ ἀποστερεῖν, ἢ ἁρπάζειν, ὃ μήτε κατακρύψαι δυνατὸν ἦν, μήτε κεκτῆσθαι ζηλωτὸν, ἀλλὰ μηδὲ κατακόψαι λυσιτελές; ὄξει γὰρ, ὡς λέγεται, διαπύρου σιδήρου τὸ στόμωμα κατασβέσας, ἀφείλετο τὴν εἰς τἆλλα χρείαν καὶ δύναμιν, ἀδρανοῦς καὶ δυσέργου γινομένου. μετὰ δὲ τοῦτο, τῶν ἀχρήστων καὶ περιττῶν ἐποιεῖτο τεχνῶν ξενηλασίαν. ἔμελλον δέ που καὶ μηδενὸς ἐξελαύνοντος αἱ πολλαὶ τῷ κοινῷ νομίσματι συνεκπεσεῖσθαι, διάθεσιν τῶν ἔργων οὐκ ἐχόντων. τὸ γὰρ σιδηροῦν ἀγώγιμον οὐκ ἦν πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οὐδ' εἶχε τιμὴν, καταγελώμενον· ὥστε οὐδὲ πρίασθαί τι τῶν ξενικῶν καὶ ῥωπικῶν ὑπῆρχεν· οὐδ' εἰσέπλει φόρτος ἐμπορικὸς εἰς τοὺς λιμένας· οὐδὲ ἐπέβαινε τῆς Λακωνικῆς οὐ σοφιστὴς λόγων, οὐ μάντις ἀγυρτικὸς, οὐχ ἑταιρῶν τροφεὺς, οὐ χρυσῶν τις, οὐκ ἀργυρῶν καλλωπισμάτων δημιουργὸς, ἅτε δὴ νομίσματος οὐκ ὄντος. ἀλλ' οὕτως ἀπερημωθεῖσα κατὰ μικρὸν ἡ τρυφὴ τῶν ζωπυρούντων καὶ τρεφόντων αὐτὴν δι' αὐτῆς ἐμαραίνετο· καὶ πλεῖον οὐδὲν ἦν τοῖς τὰ πολλὰ κεκτημένοις, ὁδὸν οὐκ ἐχούσης εἰς μέσον τῆς εὐπορίας, ἀλλ' ἐγκατῳκοδομημένης καὶ ἀργούσης. δι' ὃ καὶ τὰ πρόχειρα τῶν σκευῶν καὶ ἀναγκαῖα ταῦτα, κλιντῆρες καὶ δίφροι καὶ τράπεζαι, βέλτιστα παρ' αὐτοῖς ἐδημιουργεῖτο, καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας, ὡς φησὶ Κριτίας. τὰ γὰρ ἀναγκαίως πινόμενα τῶν ὑδάτων καὶ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν, ἀπεκρύπτετο τῇ χρόᾳ, καὶ τοῦ θολεροῦ προσκόπτοντος ἐντὸς καὶ περιϊσχομένου τοῖς ἄμβωσι καθαρώτερον ἐπλη-

σίαζε

boum ad vehendum. Hoc fuso & disperso multæ scelerum formæ sunt Lacedæmone ejectæ. Nam quis furari, quis venalis muneribus esse, quis defraudare aut rapere sustineret id quod non posset tegi, cujus nemo esset possessione beatior, sed nec incisum ullum usum præstaret? Nempe aceto, ut dicitur, candentis aciem ferri restinguens, alium ejus usum & momentum resecavit, reddiditque enervatum & inhabile. Mox inutiles artes & superfluas expulit finibus. Et quidem pleræque vel nullo exigente erant una cum publica moneta solum versuræ, vendibilia quum non essent opera. Siquidem ferrum nequicquam exportabatur ad alios Græcos, & ut nullius autoritatis deridebatur. Unde nulla etiam facultas mercandi erat exoticarum & exquisitarum mercium, neque in portubus eorum exonerabant mercatores naves, neque pedem in Laconia ponebat vel verborum architectus, vel præstigiator vates, vel leno, vel monilium aureorum argenteorumve artifex, quod carerent nummis. Verum ita luxus paulatim iis qui eum excitabant & alebant destitutus sua sponte emarcuit: neque iis qui multa adepti essent plus quicquam commodi aderat, cum opibus locus in publico non esset, sed domi occlusæ otiosæque tenerentur. Quod in causa fuit ut instrumentum quotidianum & necessarium, velut lecti, sedes, mensæ supra modum fabricarentur apud eos concinne, & poculum Laconicum, quod cothon dicebatur, in commendatione esset, maxime ad expeditiones, ut est autor Critias; quod aqua, ad quam potandam urgebat necessitas, ne offenderet oculos, tegeretur poculi colore: & quia quod turbidi inerat, impingebat intus ac labris cohibebatur

σίαζε τῷ στόματι τὸ πινόμενον. αἴτιος δὲ καὶ τούτων ὁ νομοθέτης· ἀπηλλαγμένοι γὰρ οἱ δημιουργοὶ τῶν ἀχρήστων, ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐπεδείκνυντο τὴν καλλιτεχνίαν.

Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιθέσθαι τῇ τρυφῇ καὶ τὸν ζῆλον ἀφελέσθαι τοῦ πλούτου διανοηθεὶς, καὶ τὸ τρίτον πολίτευμα καὶ κάλλιστον ἐπῆγε, τὴν τῶν συσσιτίων κατασκευὴν, ὥστε δειπνεῖν μετ᾽ ἀλλήλων συνιόντας, ἐπὶ κοινοῖς καὶ τεταγμένοις ὄψοις καὶ σιτίοις, οἴκοι δὲ μὴ διαιτᾶσθαι, ἢ στρωμνὰς πολυτελεῖς καὶ τραπέζας, ἐν χερσὶ δημιουργῶν καὶ μαγείρων, ὑπὸ σκότος, ὥσπερ ἀδηφάγα ζῶα, πιαινομένους, καὶ διαφθείροντας ἅμα τοῖς ἤθεσι τὰ σώματα, πρὸς πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀνειμένα καὶ πλησμονὴν, μακρῶν μὲν ὕπνων, θερμῶν δὲ λουτρῶν, πολλῆς δὲ ἡσυχίας, καὶ τρόπον τινὰ νοσηλείας καθημερινῆς δεομένων. μέγα μὲν οὖν καὶ τοῦτο ἦν, μεῖζον δὲ τὸ τὸν πλοῦτον ἄσυλον, μᾶλλον δὲ ἄζηλον, ὥς φησι Θεόφραστος, καὶ ἄπλουτον ἀπεργάσασθαι τῇ κοινότητι τῶν δείπνων, καὶ τῇ περὶ τὴν δίαιταν εὐτελείᾳ. χρῆσις γὰρ οὐκ ἦν, οὐδὲ ἀπόλαυσις, οὐδὲ ὄψις ὅλως ἢ ἐπίδειξις τῆς πολλῆς παρασκευῆς, ἐπὶ ταυτὸ δεῖπνον τῷ πένητι τοῦ πλουσίου βαδίζοντος· ὥστε δὴ τοῦτο τὸ θρυλλούμενον, ἐν μόνῃ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον πόλεων τῇ Σπάρτῃ, σώζεσθαι τυφλὸν ὄντα τὸν πλοῦτον, καὶ κείμενον, ὥσπερ γραφὴν, ἄψυχον καὶ ἀκίνητον. οὐδὲ γὰρ οἴκοι προδειπνήσαντας ἐξῆν βαδίζειν ἐπὶ τὰ συσσίτια πεπληρωμένους, ἀλλ᾽ ἐπιμελῶς οἱ λοιποὶ παραφυλάττοντες τὸν μὴ πίνοντα μηδὲ ἐσθίοντα μετ᾽ αὐτῶν, ἐκάκιζον ὡς ἀκρατῆ καὶ πρὸς τὴν κοινὴν ἀπομαλακιζόμενον δίαιταν.

Διὸ

bebatur, potus accedebat ori purior. In causa & hic legislator fuit; quippe opifices, ubi discesserunt ab inutilibus, expresserunt in necessariis artis elegantiam.

Quo magis autem incursaret luxuriam, & admirationem pecuniæ adimeret, tertium, & præstantissimum invexit institutum, conviviorum formam; una ut cœnarent frequentes, communibus & præscriptis obsoniis atque epulis; domi ne vescerentur in sumptuosis lectis & mensis, de macellariorum & coquorum manibus, in tenebris velut voraces pecudes saginantes se, labefactantesque una cum moribus corpora in omnem luxuriam projecta & crapulam: quibus sunt comitantes prolixi somni, calidæ balneæ, longa quies, & quasi quotidiana valetudo. Fuit hoc magnum: verum majus illud, quod communi mensa & frugali victu opes sacrosanctas, immo despectas, ut ait Theophrastus, & inopes effecerit. Neque enim usus ullus vel fruitio erat, nec vero omnino conspectus vel ostentatio magnifici splendoris, ubi ad eandem mensam juxta pauper & dives convenirent: ut, vulgatissimum illud, una in civitate sub sole Lacedæmone Plutus servaretur cæcus, jaceretque ibi picturæ modo inanimis & immotus. Siquidem non licebat præsumpta domi cœna convivia inire expletos, sed observabant acriter cæteri, atque eum qui non biberet cum ipsis, neque vesceretur, proscindebant ut intemperantem, & ad convictum elanguescentem publicum.

Διὸ καὶ μάλιστα φασὶ τῷ Λυκούργῳ πρὸς τοῦτο τὸ πολίτευμα χαλεπῶς γενέσθαι τοὺς εὐπόρους, καὶ συστάντας ἐπ' αὐτὸν ἀθρόους καταβοᾶν καὶ ἀγανακτεῖν, τέλος δὲ βαλλόμενος ὑπὸ πολλῶν, ἐξέπεσε τῆς ἀγορᾶς δρόμῳ. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἔφθασεν εἰς ἱερὸν καταφυγών· εἷς δέ τις νεανίσκος ἄλλως μὲν οὐκ ἀφυὴς, ὀξὺς δὲ καὶ θυμοειδὴς, Ἄλκανδρος, ἐπικείμενος καὶ διώκων, ἐπιστραφέντος αὐτοῦ τῇ βακτηρίᾳ πατάξας τὸν ὀφθαλμὸν ἀπέκοψεν. ὁ μὲν οὖν Λυκοῦργος, οὐδὲν ἐνδοὺς πρὸς τὸ πάθος, ἀλλὰ στὰς ἐναντίος, ἔδειξε τοῖς πολίταις τὸ πρόσωπον ᾑμαγμένον, καὶ διεφθαρμένην τὴν ὄψιν. αἰδὼς δὲ πολλὴ καὶ κατήφεια τοὺς ἰδόντας ἔσχεν, ὥστε παραδοῦναι τὸν Ἄλκανδρον αὐτῷ, καὶ προπέμψαι μέχρι τῆς οἰκίας συναγανακτοῦντας. ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐκείνους μὲν ἐπαινέσας ἀφῆκε, τὸν δὲ Ἄλκανδρον εἰσαγαγὼν οἴκαδε, κακὸν μὲν οὐδὲν οὔτε ἐποίησεν, οὔτε εἶπεν, ἀπαλλάξας δὲ τοὺς συνήθεις καὶ θεράποντας ὑπηρέτας, ἐκεῖνον ἐκέλευσεν ὑπηρετεῖν. ὁ δὲ, οὐκ ὢν ἀγεννὴς, ἐποίει τὸ προστασσόμενον σιωπῇ, καὶ παραμένων ἅμα τῷ Λυκούργῳ καὶ συνδιαιτώμενος, ἐν τῷ κατανοεῖν τὴν πρᾳότητα καὶ τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ περὶ τὴν δίαιταν αὐστηρὸν, καὶ τὸ πρὸς τοὺς πόνους ἀκάμπτον, αὐτός τε δεινῶς διετέθη περὶ τὸν ἄνδρα, καὶ πρὸς τοὺς συνήθεις καὶ φίλους ἔλεγεν, ὡς οὐ σκληρὸς οὐδ' αὐθάδης ὁ Λυκοῦργος, ἀλλὰ μόνος ἐκεῖνος ἥμερος καὶ πρᾶός ἐστι τοῖς ἄλλοις. οὕτω μὲν οὖν οὗτος ἐκεκόλαστο, καὶ τοιαύτην ὑπέσχηκε δίκην, ἐκ πονηροῦ νέου καὶ αὐθάδους ἐμμελέστατος ἀνὴρ καὶ σωφρονικώτατος γενόμενος. τοῦ δὲ πάθους ὑπόμνημα Λυκοῦργος ἱδρύσατο, τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἣν Ὀπτιλέτιν προσηγόρευσε·

Hoc potissimum instituto, pecuniosos ferunt in Lycurgum exarsisse, eorumque catervam coitione facta obstrepuisse ei & insectatam fuisse. Qui postremo lapidibus petitus, proripuit se foro: aliis autem elapsus ad sacram ædem confugit. Unus fuit adolescens, ingenio alioqui non malo, sed acris & ardentior, Alcander. Hic fugientis tergo inhærens, percussit respicientem baculo, oculumque excussit. Lycurgus nihil vulnere deterritus, sed obversus ad populum civibus faciem cruore oppletam, & visum ostendit labefactatum. Ibi tanta verecundia concio perfusa & mœstitia fuit, ut dederent ei Alcandrum, & vicem ejus dolentes frementesque, domum usque eum prosequerentur. At Lycurgus hos quidem collaudatos dimisit: Alcandrum vero introductum nec verbo læsit nec facto, sed amotis ministris, quibus ad corporis cultum erat uti solitus, jussit eum sibi ministrare. Ille cum ingenuus esset, strenue imperata & obedienter fecit; & cum ex consuetudine & contubernio Lycurgi notaret mansuetudinem & affectum animi ejus, vitam asperam, labores indefatigatos, non modo mirifice cœpit eum admirari, sed apud familiares & necessarios prædicavit non esse rigidum Lycurgum, nec præfractum, sed solum erga alios lenem illum & blandum. Ad hunc modum castigatus ille fuit, eamque luit pœnam, qua ex improbo juvene & præfracto modestissimus vir atque temperantissimus redditus est. Hujus casus Lycurgus monumentum, ædem Minervæ, quam appellavit Optiletin, excitavit:

γόρευσε· τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς, ὀπτίλους οἱ τῇδε Δωριεῖς καλοῦσιν. ἔνιοι μέντοι τὸν Λυκοῦργον, ὧν καὶ Διοσκορείδης ἐστὶν ὁ συντεταγμένος τὴν Λακωνικὴν πολιτείαν, πληγῆναι μέν φασιν, οὐ τυφλωθῆναι δὲ τὸν ὀφθαλμόν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἱερὸν τῇ Θεῷ τῆς ἀκέσεως χαριστήριον ἱδρύσασθαι. τὸ μέντοι φέρειν βακτηρίαν ἐκκλησιάζοντες, οἱ Σπαρτιᾶται μετὰ τὴν συμφορὰν ἐκείνην ἀπέμαθον.

Τὰ δὲ συσσίτια, Κρῆτες μὲν ἄνδρεια, οἱ Λακεδαιμόνιοι δὲ φιδίτια προσαγορεύουσιν, εἴτε ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπαρχόντων, ἀντὶ τοῦ λ τὸ δ λαμβάνοντες· εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν καὶ φειδὼ συνεθιζόντων. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὸν πρῶτον ἔξωθεν ἐπικεῖσθαι φθόγγον, ὥσπερ ἔνιοι φασὶν, ἐδιτίων παρὰ τὴν δίαιταν καὶ τὴν ἐδωδὴν λεγομένων. συνήρχοντο δὲ ἀνὰ πεντεκαίδεκα, καὶ βραχὺ τούτων ἐλάττους ἢ πλείους. ἔφερε δὲ ἕκαστος κατὰ μῆνα τῶν συσσιτίων, ἀλφίτων μέδιμνον, οἴνου χόας ὀκτὼ, τυροῦ πέντε μνᾶς, σύκων ἡμίμνεα πέντε· πρὸς δὲ τούτοις εἰς ὀψωνίαν, μικρόν τι χαμιδῇ νομίσματος. ἄλλως δὲ καὶ θύσας τις ἀπαρχὴν, καὶ θηρεύσας, μέρος ἔπεμψεν εἰς τὸ συσσίτιον. ἐξῆν γὰρ οἴκοι δειπνεῖν ὁπότε θύσας τις ἢ κυνηγῶν ἐψήσειε, τοὺς δὲ ἄλλους ἔδει παρεῖναι. καὶ μέχρι γε πολλοῦ τὰς συσσιτήσεις ἀκριβῶς διεφύλαττον. Ἄγιδος γοῦν τοῦ βασιλέως, ὡς ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς στρατείας καταπεπολεμηκὼς Ἀθηναίους, βουλομένου παρὰ τῇ γυναικὶ δειπνεῖν, καὶ μεταπεμπομένου τὰς μερίδας, οὐκ ἔπεμψαν οἱ πολέμαρχοι. τοῦ δὲ μεθ' ἡμέραν ὑπ' ὀργῆς μὴ θύσαντος ἣν ἔδει θυσίαν, ἐζημίωσαν αὐτόν. εἰς δὲ τὰ συσσίτια καὶ παῖδες ἐφοίτων, ὥσπερ εἰς διδασκαλεῖα σωφροσύνης ἀγόμενοι. καὶ λόγων ἠκροῶντο πολι-

tavit: ita enim hujus regionis Dores oculos vocant. Alii (inter quos est Dioscorides, qui descripsit rempub. Lacedæmoniorum) vulneratum oculum ejus autumant fuisse, non autem luscum factum: templum autem Deæ in gratiam curationis posuisse. Post id infortunium tamen destiterunt Lacedæmonii deferre in concionem baculum.

Convivia Cretes Andria, Lacedæmonii Phiditia nominant: vel quod amicitiam & benevolentiam concilient, ἀπὸ τῆς φιλίας, loco λ, δ reponentes: vel quod ad frugalitatem assuefaciant & ad parsimoniam, a dictione φειδὼ deducentes. Potuit etiam prima litera aliunde adjecta fuisse, ut nonnulli volunt, ac dicta Editia, ab edendo & victu. Cœtus quinumdenum erant, aut aliquanto his pauciorum vel plurium. Singuli convictores farinæ medimnos mense, vini congios octonos, casei quinas libras, ficuum binas libras & selibras, præterea obsonii causa parum admodum pecuniæ conferebant. Ad hæc qui sacrificaverat primitias, vel qui venatus erat, mittebat portionem ad convivium. Nam ei qui sacrificasset vel venatus esset, liberum erat domi cœnare: reliquos oportebat adesse. Atque hunc conviviorum morem diu retinuerunt accurate. Adeo ut quum bello, quo Athenienses devicerat, Rex reversus Agis apud uxorem vellet cœnare, portionem postulanti non miserint Polemarchi: cui, quia postridie solemnia sacra offensus non fecit, mulctam dixere. Ad convivia pueri quoque, sicut ad scholas temperantiæ ducti, ventitabant. Ibi sermones de repub.

πολιτικῶν, καὶ παιδευτὰς ἐλευθερίας ἑώρων, αὐτοί τε παίζειν εἴθιζον, καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας, καὶ σκωπτόμενοι μὴ δυσχεραίνειν. σφόδρα γὰρ ἐδόκει καὶ τοῦτο Λακωνικὸν εἶναι, σκώμματος ἀνέχεσθαι· μὴ φέροντα δὲ, ἐξῆν παραιτεῖσθαι, καὶ ὁ σκώπτων πέπαυτο. τῶν δ' εἰσιόντων ἑκάστῳ δείξας ὁ πρεσβύτατος τὰς θύρας, Διὰ τούτων, φησὶν, ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται. δοκιμάζεσθαι δὲ τὸν βουλόμενον τοῦ συσσιτίου μετασχεῖν, οὕτω φασί· λαβὼν τῶν συσσίτων ἕκαστος ἀπομαγδαλίαν εἰς τὴν χεῖρα, τοῦ διακόνου φέροντος ἀγγεῖον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔβαλε σιωπῇ καθάπερ ψῆφον· ὁ μὲν δοκιμάζων ἁπλῶς, ὁ δὲ κρίνων σφόδρα τῇ χειρὶ πιέσας. ἡ γὰρ πεπιεσμένη τῆς τετρημένης ἔχει δύναμιν. κἂν μίαν εὕρωσι τοιαύτην, οὐ προσδέχονται τὸν ἐπεισιόντα, βουλόμενοι πάντας ἡδομένους ἀλλήλοις συνιέναι. τὸν δὲ οὕτως ἀποδοκιμασθέντα κεκαδδίσθαι λέγουσι· κάδδος γὰρ καλεῖται τὸ ἀγγεῖον εἰς ὃ τὰς ἀπομαγδαλίας ἐμβάλλουσι. τῶν δὲ ὄψων εὐδοκίμει μάλιστα παρ' αὐτοῖς ὁ μέλας ζωμὸς, ὥστε μήτε κρεαδίου δεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, ἀλλὰ παραχωρεῖν τοῖς νεανίσκοις, αὐτοὺς δὲ τοῦ ζωμοῦ κατατεταγμένους ἑστιᾶσθαι. λέγεται δέ τινα τῶν Ποντικῶν βασιλέων, ἕνεκα τοῦ ζωμοῦ καὶ πρίασθαι Λακωνικὸν μάγειρον· εἶτα γευσάμενον, δυσχερᾶναι· καὶ τὸν μάγειρον εἰπεῖν, Ω βασιλεῦ, τοῦτο δεῖ τὸν ζωμὸν ἐν τῷ Εὐρώτᾳ λελουμένους ἐποψᾶσθαι. πιόντες δὲ μετρίως, ἀπίασι δίχα λαμπάδος. οὐ γὰρ ἔξεστι πρὸς φῶς βαδίζειν οὔτε ταύτην οὔτε ἄλλην ὁδὸν, ὅπως ἐθίζωνται σκότους καὶ νυκτὸς εὐθαρσῶς καὶ ἀδεῶς ὁδεύειν. τὰ μὲν οὖν συσσίτια τοιαύτην ἔχει τάξιν.

Νόμους

repub. excipiebant, doctores conspiciebant ingenuos, assuescebantque & ipsi jocari, & dicteria citra scurrilitatem jacere, atque aliorum jocos sine offensa excipere. Namque hoc videbatur imprimis Laconicum, jocum sustinere. Impatienti vero licebat deprecari, & temperabatur facetiis. Ut quisque intrabat, natu maximus commonstratis foribus, His (inquit) verba foras non egrediuntur. Qui admitti desiderabant ad convivium, hoc modo probari aiunt solitos. Quisque convictor bucceam manu tenebat, id in vas quod ferebat in capite minister, ut calculum jaciebat tacitus: qui probaret, simpliciter: qui reprobaret, manu valide compressum. Nam compressum perforati calculi vim habet, nec si unum tale repererint, recipiunt ingredientem: quippe qui velint omnes invicem jucunde congredi. Eum qui ita est rejectus κεκαδδίσθαι dicunt: κάδδος enim vas nominatur, in quod frusta illa conjiciunt. Inter cibos prima laus erat juri nigro: quare carnes non petebant majores natu, quas junioribus permittebant: ipsi decuriati jure vescebantur. Fama est, quendam regem Ponti, hujus juris gratia coquum Laconicum comparasse, mox gustu offenso subjecisse coquum, Hoc jus gustandum, O Rex, est iis qui in Eurota laverunt. Ubi mediocriter biberunt, sine face recipiunt se domum. Non enim permittitur neque tunc neque alias ad lumen incedere, quo discant in tenebris & nocte commeare fidenter & intrepide. Hic ordo fuit conviviorum.

Leges

Νόμους δὲ γεγραμμένους ὁ Λυκοῦργος οὐκ ἔθηκεν, ἀλλὰ μία τῶν καλουμένων ῥητρῶν, ἐστὶν αὕτη. τὰ μὲν οὖν κυριώτατα καὶ μέγιστα πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως καὶ ἀρετὴν, ἐν τοῖς ἤθεσιν ᾤετο καὶ ταῖς ἀγωγαῖς τῶν πολιτῶν ἐγκατεστοιχειωμένα μένειν ἀκίνητα, καὶ βεβαίαν ἔχοντα τὴν προαίρεσιν, δεσμὸν ἰσχυρότατον τῆς ἀνάγκης, καὶ ἣν παίδευσις ἐποιεῖτο τοῖς νέοις νομοθέτου διάθεσιν, ἀπεργαζομένη περὶ ἕκαστον αὐτῶν. τὰ δὲ μικρὰ καὶ χρηματικὰ συμβόλαια, καὶ μεταπίπτοντα ταῖς χρείαις ἄλλοτε ἄλλως, βέλτιον ἦν μὴ καταλαμβάνειν ἐγγράφοις ἀνάγκαις, μηδὲ ἀκινήτοις ἔθεσιν, ἀλλ' ἐᾶν ἐπὶ τῶν καιρῶν, προσθέσεις λαμβάνοντα καὶ ἀφαιρέσεις, ἃς ἂν οἱ πεπαιδευμένοι δοκιμάσωσι. τὸ γὰρ ὅλον καὶ πάσης νομοθεσίας ἔργον εἰς τὴν παιδείαν ἀνῆψε. μία μὲν οὖν τῶν ῥητρῶν ἦν, ὥσπερ εἴρηται, μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγράφοις· ἑτέρα δὲ πάλιν κατὰ τῆς πολυτελείας, ὅπως οἰκία πᾶσα τὴν μὲν ὀροφὴν ἀπὸ πελέκεως εἰργασμένην ἔχῃ, τὰς δὲ θύρας ἀπὸ πρίονος μόνου, καὶ μηδενὸς τῶν ἄλλων ἐργαλείων. ὅπερ γὰρ ὕστερον Ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ τραπέζης, ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίαν, τοῦτο πρῶτον ἐνόησε Λυκοῦργος, ὡς οἰκία τοιαύτη τρυφὴν οὐ χωρεῖ καὶ πολυτέλειαν. οὐδ' ἔστιν οὐδεὶς οὕτως ἀπειρόκαλος καὶ ἀνόητος, ὥστε εἰς οἰκίαν ἀφελῆ καὶ δημοτικὴν εἰσφέρειν κλίνας ἀργυρόποδας, καὶ στρωμνὰς ἁλουργεῖς, καὶ χρυσᾶς κύλικας, καὶ τὴν τούταις ἑπομένην πολυτέλειαν. ἀλλὰ ἀνάγκη ἴσην ἁρμόζεσθαι καὶ συνεξομοιοῦν τῇ μὲν οἰκίᾳ τὴν κλίνην, τῇ δὲ κλίνῃ τὴν ἐσθῆτα, ταύτῃ δὲ τὴν ἄλλην χορηγίαν καὶ κατασκευήν. ἐκ δὲ ταύτης τῆς συνηθείας φασὶ καὶ Λεωτυχίδην

Leges non redegit in scripta Lycurgus, sed una est hæc ex rhetris, quas vocant. Nempe præcipua, atque ea quæ maxime referrent ad civitatis felicitatem virtutemque, moribus putavit & institutionibus civium sicut rudimenta impressa hærere immota, quum stabili nitantur voluntate, validissimo ad compellendum vinculo, & habitu, quo educatio imbuebat juventutem, quæ in unoquoque eorum officium efficiebat legislatoris. Minuta & quæstuaria commercia, ac quæ vicissitudinem ex usu alias aliam habent, satius erat scripta necessitate non concludere, vel consuetudine perpetua: sed sinere ut pro tempore accessiones vel decessiones reciperent ex arbitrio bene institutorum. Nempe summam & caput omnium legum ferendarum retulit ad educationis disciplinam. Itaque una (ut diximus) rhetra erat, ne scriptis legibus uterentur. Altera jam adversus luxum, ut quævis domus fastigium securi haberet fabricatum, fores serra solum, nec alio quovis instrumento. Nam quod dixisse postmodum de mensa sua Epaminondam aiunt, tale prandium non capere proditionem; id primum in mentem venit Lycurgo, talem domum deliciarum & lautitiæ haud esse capacem. Neque tam sit ineptus vel amens ullus, ut in penates humiles & vulgares, lectos argenteis instructos fulcris, stragulas purpureas, aurea pocula, & eum qui hæc comitatur, inferat splendorem: sed necessario comparandus est & æquandus ædificio lectus, lecto vestis, huic reliquus cultus & supellex. Ex hoc more Leotychidam

χίδην τὸν πρεσβύτερον ἐν Κορίνθῳ δειπνοῦντα, καὶ θεασάμενον τὴν στέγην τοῦ οἴκου τὴν κατασκευὴν πολυτελῆ καὶ φατνωματικήν, ἐρωτῆσαι τὸν ξένον, εἰ τετράγωνα παρ' αὐτοῖς τὰ ξύλα φύεται. τρίτην δὲ ῥήτραν διαμνημονεύουσι τοῦ Λυκούργου, τὴν κωλύουσαν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς πολεμίους στρατεύειν, ἵνα μὴ πολλάκις ἀμύνεσθαι συνεθιζόμενοι, πολεμικοὶ γένωνται. καὶ τοῦτό γε μάλιστα κατηγοροῦσιν Ἀγησιλάου τοῦ βασιλέως ὕστερον, ὡς ταῖς συνεχέσι καὶ πυκναῖς εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐμβολαῖς καὶ στρατείαις τοὺς Θηβαίους ἀντιπάλους τοῖς Λακεδαιμονίοις κατασκευάσαντος. διὸ καὶ τετρωμένον αὐτὸν ἰδὼν Ἀνταλκίδας, Καλά, ἔφη, τὰ διδασκάλια παρὰ Θηβαίων ἀπολαμβάνεις, μὴ βουλομένους αὐτοὺς μηδὲ εἰδότας μάχεσθαι διδάξας. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ νομιζόμενα καὶ χρησμοὺς ὄντα.

Τῆς δὲ παιδείας, ἣν μέγιστον ἡγεῖτο τοῦ νομοθέτου καὶ κάλλιστον ἔργον εἶναι, πόρρωθεν ἀρχόμενος, εὐθὺς ἐπεσκόπει τὰ περὶ τοὺς γάμους καὶ τὰς γενέσεις. οὐ γάρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, ἐπιχειρήσας σωφρονίζειν τὰς γυναῖκας, ἐπαύσατο, μὴ κρατῶν τῆς πολλῆς ἀνέσεως καὶ γυναικοκρατίας, διὰ τὰς πολλὰς στρατείας τῶν ἀνδρῶν, ἐν αἷς ἠναγκάζοντο κυρίας ἀπολιπεῖν ἐκείνας, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον τοῦ προσήκοντος αὐτὰς ἐθεράπευον, καὶ δεσποίνας προσηγόρευον· ἀλλὰ καὶ τούτων τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο. τὰ μέντοι σώματα τῶν παρθένων δρόμοις καὶ πάλαις καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν, ὡς ἥ τε τῶν γεννωμένων ῥίζωσις ἰσχυρὰν ἐν ἰσχυροῖς σώμασιν ἀρχὴν λαβοῦσα βλαστάνοι βέλτιον, αὐταί τε μετὰ ῥώμης τοὺς τόκους ὑπομένουσαι,

chidam majorem referunt Corinthi cœnantem, quum tectum ædium magnifice structum & laqueatum cerneret, rogasse hospitem, Num ligna apud eos quadrata nascerentur. Tertiam rhetram Lycurgi commemorant, quæ prohibet ne bello contra eosdem militent hostes: ut ne sæpius se defendendo exercitati armis existant bellicosi. Qua in re reprehenderunt imprimis postea Agesilaum, quod excursionibus crebris assiduisque in Bœotiam expeditionibus, pares bellandi peritia Lacedæmoniis reddidisset Thebanos. Unde quum saucium Antalcidas vidisset, Præclaram (inquit) refers a Thebanis doctrinæ mercedem, qui invitos & imperitos dimicare docuisti. Hujusmodi leges Rhetras vocavit, quasi a Deo sancitas & oracula.

Ὡς οὖν ἐνδέδοκτο, θύσας τοῖς Θεοῖς προῆγεν εἰς τὴν Ῥώμην. ἀπήντα δὲ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, ἔρωτι θαυμαστῷ τοῦ ἀνδρὸς, εὐφημίαι τε πρέπουσαι γυναικῶν ἐγίνοντο καὶ θυσίαι πρὸς ἱεροῖς, καὶ χαρὰ πάντων, ὥσπερ οὐ βασιλέα τῆς πόλεως, ἀλλὰ βασιλείαν δεχομένης. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν κατέστησαν, ὁ μὲν ταῖς ὥραις ἐκείναις συνειληχὼς μεσοβασιλεὺς Σπόριος Οὐέττιος ψῆφον ἐπέδωκε τοῖς πολίταις, καὶ πάντες ἤνεγκαν· προσφερομένων δὲ αὐτῷ τῶν βασιλικῶν παρασήμων, ἐπισχεῖν κελεύσας, ἔφη δεῖσθαι καὶ Θεοῦ τὴν βασιλείαν ἐμπεδοῦντος αὐτῷ. παραλαβὼν δὲ μάντεις καὶ ἱερεῖς, ἀνέβαινεν εἰς τὸ Καπιτώλιον· Ταρπήϊον αὐτὸ λόφον οἱ τότε Ῥωμαῖοι προσηγόρευον. ἐνταῦθα τῶν μάντεων ὁ πρωτεύων, τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν, καὶ τῇ δεξιᾷ τῆς κεφαλῆς ἐφαπτόμενος αὐτοῦ, κατηύξατο, καὶ περιεσκόπει τὰ παρὰ τῶν Θεῶν οἰωνοῖς ἢ συμβόλοις προφαινόμενα, πανταχόσε τὰς ὄψεις προφέρων. σιγὴ δὲ ἄπιστος ἐν πλήθει τοσούτῳ τὴν ἀγορὰν κατεῖχε, καραδοκούντων καὶ συναιωρουμένων

συναιωρουμένων

si vel immodico & insano bellandi ardeat studio, nonne satius sit habenas tenentem alio divertere fervorem ejus, patriæque atque universæ Sabinorum genti florentem civitatem & opulentam necessitudine & amicitia copulare? His accesserunt (ut fertur) fausta prodigia, contentioquè civium ejus & studium, ut divulgatum est quid adferrent legati, rogantium iret, atque regnum capesseret ad unanimitatem & concordiam inter cives conciliandam.

Ut in eam sententiam descendit, re divina facta Romam profectus est. Prodiit ei obviam incredibili desiderio senatus populusque. Fœminæ eum festis acclamationibus exceperunt. Ad sacras ædes hostiæ cæsæ, tantaque omnium fuit lætitia, quasi non regem, sed exciperet civitas regnum. Ut in forum descenderunt, Spurius Vettius, qui per eas horas erat interrex, misit Quirites in suffragia; omnesque suffragiis illum regem dixere. Cui quum insignia regni deferrentur, sustinere jussit, sibi insuper Deo opus esse, qui regnum confirmaret. Ita una cum auguribus & sacerdotibus in Capitolium ascendit: Tarpeium collem appellabant tunc Romani. Ibi princeps augurum eum capite velato ad meridiem convertit, atque a tergo adsistens, dextra in capite Numæ imposita, precatus est, & in omnem partem circumlatis oculis, si qua auspicia vel ostenta Dii darent, observavit. Mirum interea tantæ multitudinis in foro stantis silentium erat, expectantis & in even-

tum

ωρημένων τοῦ μέλλοντι, μέχρις οὗ προὐφάνησαν ὄρνιθες ἀγαθοὶ καὶ δεξιοὶ ἐπέτρεψαν. οὕτω δὲ τὴν βασιλικὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα κατέβαινε Νουμᾶς εἰς τὸ πλῆθος ἀπὸ τῆς ἄκρας. τότε δὲ καὶ φωναὶ καὶ δεξιώσεις ἦσαν ὡς εὐσεβέστατον καὶ θεοφιλέστατον δεχομένων. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν, πρῶτον μὲν τὸ τῶν τριακοσίων δορυφόρων σύστημα διέλυσεν, οὓς Ῥωμύλος ἔχων ἀεὶ περὶ τὸ σῶμα κέλερας προσηγόρευσεν, ὅπερ ἐστὶ ταχεῖς· οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν πιστεύουσιν, οὔτε βασιλεύειν ἀπιστούντων ἠξίου. δεύτερον δὲ, τοῖς οὖσιν ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεος τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν, ὃν Φλαμίνα Κυρινάλιον ὠνόμασεν. ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους Φλαμίνας, ἀπὸ τῶν περικεφαλαίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι, πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων. καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας, ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι, καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα, λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.

Ταῦτα δὲ ὁ Νουμᾶς ἐπ' εὐνοίᾳ καὶ χάριτι τοῦ δήμου πολιτευσάμενος, εὐθὺς ἐπεχείρει τὴν πόλιν, ὥσπερ σίδηρον, ἐκ σκληρᾶς καὶ πολεμικῆς, μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ δικαιοτέραν. ἀτεχνῶς γὰρ, ἣν Πλάτων ἀποκαλεῖ φλεγμαίνουσαν πόλιν, ἐκείνη τότ' ἦν, συστάντων μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τόλμῃ τινὶ καὶ παραβόλῳ θρασύτητι τῶν θρασυτάτων καὶ μαχιμωτάτων ἐκεῖ πανταχόθεν ὠσαμένων, ταῖς δὲ πολλαῖς στρατείαις καὶ τοῖς συνεχέσι πολέμοις, τροφῇ χρηστα-

tum suspensæ, quousque secundæ & faustæ aves conspectæ a dextra vertebantur. Tum Numa veste regia indutus ex arce ad populum descendit, exceptusque est, ut vir religiosissimus & sanctissimus, plausu & complexu. Inito regno protinus cohortem trecentorum, quibus stipatus Romulus semper fuerat, quos appellaverat Celeres, exautoravit: neque enim diffidere fidem sibi habentibus, neque imperare diffidentibus in animum induxit. Inde duobus flaminibus Diali & Martiali, tertium Romuli addidit, quem vocavit Quirinalem. Nam & priscos flamines nominabant a pileis quibus caput tegebant, quasi pilamines (ut proditum memoriæ est) Græcis dictionibus tunc plus quam hoc seculo Latinæ linguæ immixtis. Quas enim ferebant lænas reges, Juba vult χλαίνας esse, & ministrum in æde Jovis pubescentem puerum dici Camillum, quo nomine Mercurium nonnulli Græci a ministerio appellavere.

Quum hæc instituisset Numa ad conciliandam sibi benevolentiam & gratiam populi, illico civitatem ferri modo rigidam & bellis efferatam, ad humanitatem parat & justitiam mollire. Et revera illa tunc erat, quam vocat æstuantem civitatem Plato. Nam ab origine audacissimi quique & pugnacissimi, quos ferocitas & projecta conglobaverat temeritas, illuc undique confluxerant, crebrisque expeditionibus & bellis perpetuis aluerat illa

χρησαμένην καὶ αὐξήσει τῆς δυνάμεως, καὶ, καθάπερ τὰ καταπηγνύμενα τῷ σείεσθαι μᾶλλον ἑδράζεται, ῥώννυσθαι δοκοῦσαν διὰ τῶν κινδύνων. οὕτω δὲ μετέωρον καὶ τετραχυμένον δῆμον οὐ μικρᾶς οὐδὲ φαύλης οἰόμενος εἶναι πραγματείας μεταχειρίσασθαι καὶ μετακοσμῆσαι πρὸς εἰρήνην, ἠγάγετο τὴν ἀπὸ τῶν Θεῶν βοήθειαν, τὰ μὲν πολλὰ θυσίαις καὶ πομπαῖς καὶ χορείαις, ἃς αὐτὸς ὠργίασε καὶ κατέστησεν, ἅμα σεμνότητι διαγωγὴν ἐπίχαριν καὶ φιλάνθρωπον ἡδονὴν ἐχούσαις, δημαγωγῶν καὶ τιθασσεύων τὸ θυμοειδὲς καὶ φιλοπόλεμον. ἔστι δ' ὅτε καὶ φόβους τινὰς ἀπαγγέλλων παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ φάσματα δαιμόνων ἀλλόκοτα καὶ φωνὰς οὐκ εὐμενεῖς, ἐδούλου καὶ ταπεινὴν ἐποίει τὴν διάνοιαν αὐτῶν ὑπὸ δεισιδαιμονίας. ἐξ ὧν καὶ μάλιστα λόγον ἔσχεν ἡ σοφία καὶ ἡ παίδευσις τοῦ ἀνδρὸς ὡς Πυθαγόρᾳ συγγεγονότος. μέγα γὰρ ἦν μέρος, ὡς ἐκείνῳ τῆς φιλοσοφίας, καὶ τούτῳ τῆς πολιτείας ἡ περὶ τὸ θεῖον ἀγχιστεία καὶ διατριβή. λέγεται δὲ καὶ τὸν ἔξωθεν ὄγκον καὶ σχηματισμὸν ἀπὸ τῆς αὐτῆς Πυθαγόρᾳ διανοίας περιβαλέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀετόν τε δοκεῖ πραΰναι φωναῖς τισιν ἐπιστήσας καὶ καταγαγὼν ὑπερπετόμενον, τόν τε μηρὸν ἀποφῆναι χρυσοῦν Ὀλυμπιάσι διαπορευόμενος τὴν πανήγυριν. ἄλλας τε τερατώδεις μηχανὰς αὐτοῦ καὶ πράξεις ἀναγγέλλουσιν· ἐφ' αἷς καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἔγραψε,

> Πυθαγόρην δὲ γόητα ἀποκλίνοντ' ἐπὶ δόξας,
> Θήρῃ ἐπ' ἀνθρώπων, σεμνηγορίης ὀαριστήν.

τῷ δὲ Νουμᾷ δρᾶμα θεᾶς τινος ἢ νύμφης ὀρείας ἔρως ἦν, καὶ συνουσία πρὸς

illa civitas & propagaverat vires, ac sicut quæ altius defixa sunt magis ipsa agitatione firmantur, ita invaluisse ex periculis videbatur. Tam elatum & ferocem populum non vulgaris nec mediocris artis esse ratus tractare & reflectere ad pacem, a religione consilium mutuavit. Sacrificiis plurimum & supplicationibus atque choreis, quæ ipse obibat dispensabatque, conjunctam venerandam gravitatem cum suavi oblectamento & festivo habentibus, mulcens ac pertractans fervidos & martiales animos; interdum metum Deorum injiciens, & spectra dæmonum horrenda tristesque voces nuntians, domabat atque deprimebat spiritus eorum superstitione. Unde percrebuit præcipue sapientiam hanc & eruditionem ex Pythagora hausisse Numam. Magna enim ex parte hic reipubl. suæ institutionem, philosophiam ille in Numinis studio & congressu posuit. Exteriorem fastum quoque & cultum eadem ac Pythagoras mente dicitur sumsisse. Fertur enim ille ita mansuefecisse aquilam, ut certis vocibus sisteret & devocaret supervolantem: item in conventu Olympiaco transeuntem femur aureum protulisse, aliasque commemorant monstrificas ejus artes & facta. Quare scripsit Timon Phliasius,

> *Pythagoram technis captantem nominis auram*
> *Vita & mulcentem blandis sermonibus aures.*

Sed Numæ fabula Deæ cujuspiam aut nymphæ montanæ amor, & arcanum cum ipso.

πρὸς αὐτὸν ἀπόρρητος, ὥσπερ εἴρηται, καὶ κοιναὶ μετὰ μουσῶν διατριβαί. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν μαντευμάτων εἰς μούσας ἀνῆγε, καὶ μίαν μοῦσαν ἰδίως καὶ διαφερόντως ἐδίδαξε σέβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, Τακίταν προσαγορεύσας, οἷον σιωπηλὴν ἢ νέαν· ὅπερ εἶναι δοκεῖ τὴν Πυθαγόρειον ἀπομνημονεύοντος ἐχεμυθίαν καὶ τιμῶντος. ἔστι δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν ἀφιδρυμάτων νομοθετήματα παντάπασιν ἀδελφὰ τῶν Πυθαγόρου δογμάτων. οὔτε γὰρ ἐκεῖνος αἰσθητὸν ἢ παθητόν, ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον. οὗτος δὲ διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ Ῥωμαίοις νομίζειν. οὐδ᾽ ἦν παρ᾽ αὐτοῖς οὔτε γραπτὸν, οὔτε πλαστὸν εἶδος Θεοῦ πρότερον, ἀλλ᾽ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι ναοὺς μὲν οἰκοδομούμενοι διετέλουν, καὶ καλιάδας ἱερὰς ἱστῶντες, ἄγαλμα δὲ οὐδὲν ἔμμορφον ποιούμενοι διετέλουν· ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν, οὔτε ἐφάπτεσθαι Θεοῦ δυνατὸν ἄλλως ἢ νοήσει. κομιδῇ δὲ καὶ τὰ τῶν θυσιῶν ἔχεται τῆς Πυθαγορικῆς ἁγιστείας· ἀναίμακτοι γὰρ ἦσαν, αἵ τε πολλαὶ δι᾽ ἀλφίτου καὶ σπονδῆς καὶ τῶν εὐτελεστάτων πεποιημέναι. χωρὶς δὲ τούτων, ἑτέροις ἔξωθεν ἐπαγωνίζονται τεκμηρίοις, τὸν ἄνδρα τῷ ἀνδρὶ συνοικειοῦντες. ὧν ἓν μέν ἐστιν, ὅτι Πυθαγόραν τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαῖοι προσέγραψαν, ὡς ἱστόρηκεν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς ἔν τινι λόγῳ πρὸς Ἀντήνορα γεγραμμένῳ, παλαιὸς ἀνήρ, καὶ τῆς Πυθαγορικῆς διατριβῆς μετεσχηκώς. ἕτερον δέ, ὅτι τεσσάρων υἱῶν βασιλεῖ Νομᾷ γενομένων, ἕνα Μάμερκον ἐπὶ τῷ Πυθαγόρου παιδὶ προσηγόρευσεν. ἀπ᾽ ἐκείνου δὲ καὶ τὸν Αἰμιλίων οἶκον ἀναμιχθέντα τοῖς πατρικίοις ὀνομασθῆναί φασιν, οὕτως ὑπο-

κορι-

ipso contubernium, ut supra diximus, erat, mutuaque cum Musis consuetudo. Plerasque autem divinationes suas contulit in Musas. Unam peculiariter atque eximie venerari præcepit Romanis, Tacitam eam nominavit: quod viri videtur esse Pythagoreum silentium commemorantis & honorantis. Jam hujus de statuis scita, undequaque Pythagoræ placitorum sunt germana. Neque enim ille sensui aut ulli dolori expositum rerum principium esse, sed invisibile, incorruptum, sola mente existimavit apprehensibile. Hic etiam vetuit Romanis hominis vel bestiæ formam tribuere Deo; neque fuit ulla apud eos ante vel picta vel ficta imago Dei, sed primos centum septuaginta annos templa extruxerunt & cellas Diis, simulacrum per id temporis nullum habuerunt; nefas putantes angustiora exprimere humilioribus, neque concipi aliter Deum quam mente posse. Ad hæc, sacra respondent plane cultui & ritibus Pythagoricis: incruenta enim erant, ac fere farina, libaminibus ex vino & rebus simplicissimis parabantur. Aliis præterea argumentis urgent exterioribus horum contubernium. Quorum unum est, quod donaverunt Pythagoram Romani civitate, ut autor est in libro quodam Antenori dicato comicus Epicharmus, vir antiquus & ex schola Pythagorica. Alii quod unum Numa ex quatuor filiis suis nomine Pythagoræ filii appellaverit Mamercum. Ab illo Æmiliam quoque gentem patriciis insertam nomen referunt traxisse,

κορυζομένους τοῦ βασιλέως τὴν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς αἱμυλίαν καὶ χάριν. αὐτοὶ δὲ ἀκηκόαμεν πολλῶν ἐν Ῥώμῃ διεξιόντων, ὅτι Ῥωμαίοις ποτὲ χρησμοῦ γενομένου τὸν φρονιμώτατον καὶ τὸν ἀνδρειότατον Ἑλλήνων ἱδρύσασθαι παρ᾽ αὐτοῖς, ἔστησαν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς εἰκόνας χαλκᾶς δύο, τὴν μὲν, Ἀλκιβιάδου, τὴν δὲ, Πυθαγόρου. ταῦτα μὲν οὖν ἀμφισβητήσεις ἔχοντα πολλὰς, καὶ τὸ κινεῖν διὰ μακροτέρων, καί τὸ πιστοῦσθαι, μειρακιώδους ἐστὶ φιλονεικίας.

Νουμᾶ δὲ καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων, οὓς ποντίφικας καλοῦσι, διάταξιν καὶ κατάστασιν ἀποδιδόασι, καὶ φασιν αὐτὸν ἕνα τούτων τὸν πρῶτον γεγονέναι. κεκλῆσθαι δὲ τοὺς ποντίφικας, οἱ μὲν ὅτι τοὺς Θεοὺς θεραπεύουσιν, δυνατοὺς καὶ κυρίους ἁπάντων ὄντας. ὁ γὰρ δυνατὸς, ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομάζεται ποτήνς· ἕτεροι δέ φασι πρὸς ὑπεξαίρεσιν γεγονέναι τοὔνομα τῶν δυνατῶν, ὡς τοῦ νομοθέτου τὰς δυνατὰς ἐπιτελεῖν ἱερουργίας τοὺς ἱερεῖς κελεύοντος· ἂν δὲ ᾖ τι κώλυμα μεῖζον, οὐ συκοφαντοῦντος. οἱ δὲ πλεῖστοι μάλιστα καὶ τὸ γελώμενον τῶν ὀνομάτων δοκιμάζουσιν, ὡς οὐδὲν ἀλλ᾽ ἢ γεφυροποιοὺς τοὺς ἄνδρας ἐπικληθέντας ἀπὸ τῶν ποιουμένων ἐπὶ τὴν γέφυραν ἱερῶν, ἁγιοτάτων καὶ παλαιοτάτων ὄντων· πόντεμ γὰρ οἱ Λατῖνοι τὴν γέφυραν ὀνομάζουσιν. εἶναι μέντοι καὶ τὴν τήρησιν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπισκευὴν, ὥσπερ ἄλλό τι τῶν ἀκινήτων καὶ πατρίων ἱερῶν, προσήκουσαν τοῖς ἱερεῦσιν. οὐ γὰρ θεμιτὸν, ἀλλ᾽ ἐπάρατον ἡγεῖσθαι Ῥωμαίους τὴν κατάλυσιν τῆς ξυλίνης γεφύρας. λέγεται δὲ καὶ τὸ πάμπαν ἄνευ σιδήρου κατὰ δή τι λόγιον συγγεγομφῶσθαι διὰ τῶν ξύλων. ἡ δὲ λιθίνη πολλοῖς ὕστερον ἐξειργάσθη χρόνοις ὑπὸ Αἰμυλίου ταμιεύοντος. οὐ μὴν ἀλλὰ

καὶ

se, regemque blando eo nomine expressisse illius in dicendo lepores & venustatem. Nos etiam Romæ ex multis accepimus, quum narrarent ex oraculo, quod olim jussérat Romanis ut sapientissimo & fortissimo inter Græcos statuas apud se locarent, duas æneas in foro posuisse, unam Alcibiadis, alteram Pythagoræ. Verum hæc ambiguitatis sunt plena, quæ certe stultæ sit pertinaciæ prolixius agitare vel adstruere.

Jam etiam sacerdotum, quos pontifices vocant, adscribunt ordines & primordium Numæ, aiuntque ipsum inter eos pontificem maximum fuisse: inde ducto vocabulo (ut nonnulli volunt) quod Deos curent, qui potestatem & arbitrium habent omnium rerum. Sunt qui a dictione, Posse deducant, exemptis quibusdam literis, præcipiente sacerdotibus legislatore sacrificia facere quæ possent, nec, si quod intervenerit majus impedimentum, iis vitio vertente. Maxima pars nomen omnium absurdissimum approbant, neque aliunde quam a sacris, quæ peragebantur in pontibus, sanctissimis & antiquissimis hos cognomen invenisse: quorum tuendorum & reficiendorum, ut cæterorum perpetuorum & solemnium sacrorum, ad hos sacerdotes cura pertineat: neque enim licitum esse, sed nefas putare Romanos pontem sublicium solvere. Dicunt enim hunc ex oraculo quodam totum absque ferro fuisse clavis ligneis junctum: lapideus multis seculis post ædificatus ab Æmilio quæstore

est.

καὶ τὴν ξυλίνην τῶν Νουμᾶ χρόνων ἀπολείπεσθαι λέγουσιν ὑπὸ Μαρκίου τοῦ Νουμᾶ θυγατριδοῦ βασιλεύοντος ἀποτελεσθεῖσαν. ὁ δὲ μέγιστος τῶν ποντιφίκων, οἷον ἐξηγητοῦ καὶ προφήτου, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει, οὐ μόνον τῶν δημοσίᾳ δρωμένων ἐπιμελούμενος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰδίᾳ θύοντας ἐπισκοπῶν, καὶ κωλύων παρεκβαίνειν τὰ νενομισμένα, καὶ διδάσκων ὅτου τις δέοιτο πρὸς θεῶν τιμὴν ἢ παραίτησιν. ἦν δὲ καὶ τῶν ἱερῶν παρθένων ἐπίσκοπος, ἃς ἑστιάδας προσαγορεύουσιν. Νουμᾷ γὰρ δὴ καὶ τὴν τῶν ἑστιάδων παρθένων καθιέρωσιν, καὶ ὅλως τὴν περὶ τὸ πῦρ τὸ ἀθάνατον, ὃ φυλάττουσιν αὗται, θεραπείαν τε καὶ τιμὴν ἀποδιδόασιν, εἴτε ὡς καθαρὰν καὶ ἄφθαρτον τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν ἀκηράτοις καὶ ἀμιάντοις παρατιθεμένου σώμασιν, εἴτε τὸ ἄκαρπον καὶ ἄγονον τῇ παρθενίᾳ συνοικειοῦντες. ἐπεί τοι τῆς Ἑλλάδος ὅπου πῦρ ἄσβεστόν ἐστιν, ὡς Πυθοῖ καὶ Ἀθήνησιν, οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμέναι γάμων ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν. ἐὰν δὲ ὑπὸ τύχης τινὸς ἐκλίπῃ, καθάπερ Ἀθήνησι μὲν, ἐπὶ τῆς Ἀριστίωνος λέγεται τυραννίδος ἀποσβεσθῆναι τὸν ἱερὸν λύχνον, ἐν Δελφοῖς δὲ, τοῦ ναοῦ καταπρησθέντος ὑπὸ τῶν Μήδων, περὶ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ καὶ τὸν ἐμφύλιον Ῥωμαίων πόλεμον, ἅμα τῷ βωμῷ τὸ πῦρ ἠφανίσθη· ὅ φασι μὴ δεῖν ἀπὸ ἑτέρου πυρὸς ἐναύεσθαι, καινὸν δὲ ποιεῖν καὶ νέον, ἀνάπτοντα ἀπὸ τοῦ ἡλίου φλόγα καθαρὰν καὶ ἀμίαντον. ἐξάπτουσι δὲ μάλιστα τοῖς σκαφείοις, ἃ κατασκευάζεται μὲν ἀπὸ πλευρᾶς ἰσοσκελοῦς ὀρθογωνίου τριγώνου κοιλαινόμενα, συννεύει δὲ εἰς ἓν ἐκ τῆς περιφερείας κέντρον. ὅταν οὖν θέσιν ἐναντίαν λάβῃ πρὸς τὸν ἥλιον, ὥστε τὰς αὐγὰς πανταχόθεν ἀναπλο-

μένας

est. Immo sublicium quoque referunt Numa recentiorem ab rege Anco Martio Numæ ex filia nepote fuisse excitatum. Pontifex maximus instar est interpretis & vatis, vel potius sacrorum antistitis, qui non tantum publicarum ceremoniarum agit curam, verum etiam sacrificia privata observat, & vetat solemnia excedere, docetque quibus hostiis Dii colendi vel placandi sint. Insuper virginum Vestalium custos erat, quarum item consecrationem & perpetui ignis, quem asservant hæ, curam & religionem assignant Numæ: sive puram & incorruptam ignis naturam integris & impollutis credidit corporibus, sive infœcunditatem & sterilitatem assimilavit virginitati. Siquidem in Græcia quoque sicubi servetur æternus ignis, sicut Delphis & Athenis, viduæ extra ætatem positæ nuptiarum, non virgines præsunt ei. Qui si forte extinctus fuerit, ut Aristionis tyrannide sacra lucerna Athenis, & Delphis, templo a Medis incenso, belloque Mithridatico atque Romanorum civili una cum ara fuit deletus ignis; negant eum fas esse ex alio accendi igne, sed novum & recentem parandum, eliciendamque puram ac liquidam ex sole flammam. Succendunt eam scaphiis cavatis in æqualia latera orthogonia trigonalia, quæ ex circumferentia in unum centrum sunt devexa. His soli obversi radiis undique flagrantes cogun-

tur

μένας ἀθροίζεσθαι καὶ συμπλέκεσθαι πρὸς τὸ κέντρον, αὐτόν τε διακρίνει τὸν ἀέρα λεπτυνόμενον, καὶ τὰ κουφότατα καὶ ξηρότατα τῶν προστιθεμένων ὀξέως ἀνάπτει κατὰ τὴν ἀντέρεισιν, σῶμα καὶ πληγὴν πυρώδη τῆς αὐγῆς λαμβανούσης. ἔνιοι μὲν οὖν οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἱερῶν παρθένων ἀλλ' ἢ τὸ ἄσβεστον ἐκεῖνο φρουρεῖσθαι πῦρ νομίζουσιν· ἔνιοι δὲ εἶναί τινα φασὶν ἀθέατα τοῖς ἄλλοις ἱερὰ κρυπτόμενα, περὶ ὧν ὅσα καὶ πυθέσθαι καὶ φράσαι θεμιτὸν, ἐν τῷ Καμίλλου βίῳ γέγραπται.

Πρῶτον μὲν οὖν ὑπὸ Νουμᾶ καθιερωθῆναι λέγουσι Γεγανίαν καὶ Βερηνίαν, δεύτερον δὲ Κανουληΐαν καὶ Ταρπηΐαν· ὕστερον δὲ Σερβίου δύο προσθέντος ἄλλας τῷ ἀριθμῷ, διατηρῆσαι μέχρι τῶν χρόνων τούτων τὸ πλῆθος. ὡρίσθη δὲ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἄγνοια τριακονταέτις, ἐν ᾗ τὴν μὲν πρώτην δεκαετίαν, ἃ χρὴ δρᾷν μανθάνουσι· τὴν δὲ μέσην, ἃ μεμαθήκασι δρῶσι· τὴν δὲ τρίτην, ἑτέρας αὐταὶ διδάσκουσιν. εἶτα ἀνεῖται τῇ βουλομένῃ μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον ἤδη καὶ γάμου μεταλαμβάνειν, καὶ πρὸς ἕτερον τραπέσθαι βίον, ἀπαλλαγείσῃ τῆς ἱερουργίας. λέγονται δὲ οὐ πολλαὶ ταύτην ἀσπάσασθαι τὴν ἄδειαν, οὐδὲ ἀσπασαμέναις χρηστὰ πράγματα συντυχεῖν, ἀλλὰ μετανοίᾳ καὶ κατηφείᾳ συνοῦσαι τὸν λοιπὸν βίον, ἐμβαλεῖν τὰς ἄλλας εἰς δεισιδαιμονίαν, ὥστε μέχρι γήρως καὶ θανάτου διατελεῖν ἐγκαρτεροῦσας καὶ παρθενευομένας. τιμὰς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐταῖς, ὧν ἐστι καὶ τὸ διαθέσθαι ζῶντος ἐξεῖναι πατρὸς, καὶ τἄλλα πράττειν ἄνευ προστάτου διαγούσας, ὥσπερ αἱ τρίπαιδες. ῥαβδουχοῦνται δὲ προϊοῦσαι· κἂν ἀγομένῳ τινὶ πρὸς θάνατον αὐτομάτως συντύχωσιν, οὐκ ἀναιρεῖται. δεῖ δὲ ἀπομόσαι τὴν παρθένον,

tur & contrahuntur ad centrum. Ita quum ipsum aerem dividunt attenuatum, tum levissimum quodque atque aridissimum appositum fomentum inflammant extemplo, quod accipiant reflexione radii corpus & ictum igneum. Ac nonnulli apud virgines Vestales præter ignem illum æternum depositum nihil arbitrantur: alii sacra quædam nulli conspecta alii condita ibi esse. De quibus quatenus audire & dicere fas est, disseruimus in vita Camilli.

Primas a Numa sacratas Geganiam & Vereniam perhibent, inde Canuleiam & Tarpeiam, post adjecisse duas prioribus Servium: hunc numerum ad nostrum ævum retentum. His Vestalibus virginitas a rege tricennalis præscripta. Ejus primo decennio, quæ ad ceremonias pertinent, discunt, medio funguntur sacerdotio, tertio alias instituunt: quo exacto spatio liberum iis est nubere, & relicto sacerdotio aliam instituere vitam. Quam facultatem paucas aiunt amplexas, neque fuisse sequutis lætam, sed pœnitentiæ & mœrori per reliquum vitæ implicatas, cæteris religionem incussisse, ut ad senectutem usque & mortem in virginitate persisterent. Tribuit his ingentes prærogativas, inter quas testamenta vel superstite patre nuncupandi jus, & sine tutore vel curatore liberum rerum suarum arbitrium, ut quibus tres sunt liberi. Prodeuntibus in publicum lictores apparent. Sicui forte occurrerint ad supplicium rapto, is mortis pœna eximitur. Jusjurandum autem exigitur a virgine,

νον, ἀκούσιον καὶ τυχαίαν γεγονέναι, καὶ οὐκ ἐξεπίτηδες τὴν ἀπάντησιν. ὁ δὲ ὑπελθὼν κομιζομένων ὑπὸ τὸ φορεῖον ἀποθνήσκει. κόλασις δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἁμαρτημάτων, πληγαὶ ταῖς παρθένοις, τοῦ μεγίστου ποντίφικος κολάζοντος ἔστιν ὅτε καὶ γυμνὴν τὴν πλημμελήσασαν, ὀθόνης ἐν παλισκίῳ παρατεινομένης. ἡ δὲ τὴν παρθενίαν καταισχύνασα, ζῶσα κατορύττεται παρὰ τὴν Κολλίνην λεγομένην πύλην. ἐν ᾗ ἐστι τις ἐντὸς τῆς πόλεως ὀφρὺς γεώδης, παρατείνουσα πόῤῥω· καλεῖται δὲ χῶμα διαλέκτῳ τῇ Λατίνων· ἐνταῦθα κατασκευάζεται κατάγειος οἶκος οὐ μέγας, ἔχων ἄνωθεν κατάβασιν. κεῖται δὲ ἐν αὐτῷ κλίνη τε ὑπεστρωμένη, καὶ λύχνος καιόμενος, ἀπαρχαί τε τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων βραχεῖαί τινες· οἷον ἄρτος, ὕδωρ, ἐν ἀγγείῳ γάλα, ἔλαιον· ὥσπερ ἀφοσιουμένων τὸ μὴ λιμῷ διαφθείρειν σῶμα ταῖς μεγίσταις καθιερωμένων ἁγιστείαις. αὐτὴν δὲ τὴν κολαζομένην εἰς φορεῖον ἐνθέμενοι, καὶ καταστεγάσαντες ἔξωθεν καὶ καταλαβόντες ἱμᾶσιν, ὡς μηδὲ φωνὴν ἐξάκουστον γενέσθαι, κομίζουσι δι' ἀγορᾶς. ἐξίστανται δὲ πάντες σιωπῇ, καὶ παραπέμπουσιν ἄφθογγοι μετά τινος δεινῆς κατηφείας· οὐδέ ἐστιν ἕτερον θέαμα φρικτότερον, οὐδ' ἡμέραν ἡ πόλις ἄλλην ἄγει συγνοτέραν ἐκείνης. ὅταν δὲ πρὸς τὸν τόπον κομισθῇ τὸ φορεῖον, οἱ μὲν ὑπηρέται τοὺς δεσμοὺς ἐξέλυσαν, ὁ δὲ τῶν ἱερέων ἔξαρχος εὐχάς τινας ἀποῤῥήτους ποιησάμενος, καὶ χεῖρας ἀνατείνας θεοῖς πρὸ τῆς ἀνάγκης, ἐξάγει συγκεκαλυμμένην, καὶ καθίστησιν ἐπὶ κλίμακος εἰς τὸ οἴκημα κάτω φερούσης· εἶτα αὐτὸς μὲν ἀποτρέπεται μετὰ τῶν ἄλλων ἱερέων, τῆς δὲ καταβάσης, ἥ τε κλίμαξ ἀναιρεῖται, καὶ κατακρύπτεται

τὸ

gine, fortuitum fuisse & inconsultum nec præmeditatum occursum. Is qui sellam curulem earum subit dum vehuntur, necatur. Ob alia peccata virgines Vestales cæduntur a pontifice maximo. Interdum nudam, quæ deliquit, loco obscuro & obtenso velo castigat. Stupri verò comperta, juxta portam quæ dicitur Collina, viva defoditur. Tumulus ibi intra muros terreus est, in longum porrectus (agger Latino sermone vocatur) in eo ædicula subterranea extruitur modica, gradus habet quibus descenditur superne. In ea lectus ponitur stratus & lucerna accensa, eorum quoque quæ ad victum sunt necessaria, primitiæ quædam minutæ, ut panis, aqua in ampulla, lac, oleum; quasi corpus abominentur maximis consecratum ceremoniis fame conficere. Damnatam lecticæ indunt, atque undique obnubunt eam, vinciuntque loris, ut ne vocem quidem mittere illa, quæ valeat exaudiri, queat. Ita eam per forum devehunt. Decedunt autem via omnes taciti, prosequunturque sine voce, atque ingenti cum mœstitia. Neque est spectaculum illic ullum magis horrendum, nec tristior facies civitatis ulla alia est die. Ubi ad locum illum est lectica delata, apparitores ei vincula demunt, pontifex maximus ante supplicium preces quasdam arcanas tensis ad cœlum manibus peragit. Inde educit obvolutam, atque in scalis, qua descensus est in domunculam, constituit, tum avertit se cum aliis sacerdotibus. Postquam illa descendit, retrahuntur

τὸ οἴκημα, γῆς πολλῆς ἄνωθεν ἐπιφορουμένης, ὥστε ἰσόπεδον τῷ λοιπῷ χώματι γενέσθαι τὸν τόπον. οὕτω μὲν αἱ προϊέμεναι τὴν ἱερὰν παρθενίαν κολάζονται.

Νουμᾶς δὲ λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν, ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσι καὶ μονάδα· τὴν δὲ γῆν, οὔτε ἀκίνητον, οὔτε ἐν μέσῳ τῆς περιφορᾶς οὖσαν, ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ αἰωρουμένην, οὔτε τῶν τιμιωτάτων, οὐδὲ τῶν πρώτων τοῦ κόσμου μορίων ὑπάρχειν. ταῦτα δὲ καὶ Πλάτωνα φασὶ πρεσβύτην γενόμενον διανενοῆσθαι περὶ τῆς γῆς ὡς ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ καθεστώσης, τὴν δὲ μέσην καὶ κυριωτάτην ἑτέρῳ τινὶ κρείττονι προσήκουσαν.

Οἱ δὲ ποντίφικες καὶ τὰ περὶ τὰς ταφὰς πάτρια τοῖς χρῄζουσιν ἀφηγοῦνται, Νουμᾶ διδάξαντος μηδὲν ἡγεῖσθαι μίασμα τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκεῖ Θεοὺς σέβεσθαι τοῖς νενομισμένοις, ὡς τὰ κυριώτατα τῶν ἡμετέρων ὑποδεχομένους· ἐξαιρέτως δὲ τὴν προσαγορευομένην Λιβίτιναν, ἐπίσκοπον τῶν περὶ τοὺς θνήσκοντας ὁσίων Θεὸν οὖσαν, εἴτε Περσεφόνην, εἴτε μᾶλλον, ὡς οἱ λογιώτατοι Ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσιν, Ἀφροδίτην· οὐ κακῶς εἰς μίαν δύναμιν Θεοῦ τὰ περὶ τὰς γενέσεις καὶ τὰς τελευτὰς ἀνάπτοντες. αὐτὸς δὲ καὶ τὰ πένθη καθ' ἡλικίας καὶ χρόνους ἔταξεν· οἷον, παῖδα μὴ πενθεῖν νεώτερον τριετοῦς, μηδὲ πρεσβύτερον, πλείονας μηνῶν ὧν ἐβίωσεν ἐνιαυτῶν, μέχρι τῶν δώδεκα, καὶ περαιτέρω μηδεμίαν ἡλικίαν. ἀλλὰ τοῦ μακροτάτου πένθους χρόνον

trahuntur scalæ, & ædicula multa injecta desuper humo contegitur, donec complanatum solum aggeris fit. Ad eum modum plectuntur quæ sacram virginitatem imminuerunt.

Ferunt Numam ædem quoque Vestæ sacro igni orbicularem circumjecisse, ut ibi asservaretur, adumbrans non effigiem terræ, quasi ea Vesta sit, sed universi mundi, cujus in medio ignis sedem locant Pythagorei, eamque Vestam nominant & Unitatem. Terram vero non putant immobilem, neque mediam tenere regionem globi, sed esse in gyrum circum ignem suspensam, neque numerari inter elementa mundi præcipua & prima. Eadem Platonem volunt jam senem de terra sensisse, alio eam loco reponentem, medium vero domicilium alteri cuipiam attribuisse præcellentiori.

Pontifices præterea justa funebria, quibus opus est, præscribunt, quos edocuit Numa, nihil ut eorum polluere arbitrarentur, sed ut Deos inferos quoque colerent, qui præstantissimam nostri partem recipiant; præ cæteris eam quam appellavit Libitinam, Deam præsidem eorum quæ defunctis sunt feralia peragenda, sive ea Persephone, sive potius (ut arbitrantur Quiritium eruditissimi) Venus sit; haud male uni virtuti numinis rationem ortus & obitus adscribentes. Idem luctus certis ætatibus & temporibus finivit: ut puerum trimulo minorem ne quis lugeat, majorem, ne plures menses quam ille annos vixit, usque ad duodecim: nec quenquam ullius ætatis ultra. Longissimam luctus diem decem mensibus terminavit,

νον εἶναι δεκαμηνιαῖον, ἐφ' ὅσον καὶ χηρεύουσιν αἱ τῶν ἀποθανόντων γυναῖκες. ἡ δὲ πρότερον γαμηθεῖσα βοῦν ἐγκύμονα κατέθυσεν, ἐκείνου νομοθετήσαντος. πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας Νουμᾶ διδάξαντος ἱερωσύνας, ἔτι δυοῖν μνησθήσομαι, τῆς τε Σαλίων, καὶ τῆς τῶν Φιτιαλίων, αἳ μάλιστα τὴν εὐσέβειαν τοῦ ἀνδρὸς ἐμφαίνουσιν. οἱ μὲν γὰρ Φιτιάλιοι, εἰρηνοφύλακές τινες ὄντες, ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, λόγῳ τὰ νείκη κατέπαυον, οὐκ ἐῶντες στρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι. καὶ γὰρ εἰρήνην Ἕλληνες καλοῦσιν, ὅταν λόγῳ μὴ βίᾳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι, λύσωσι τὰς διαφοράς. οἱ δὲ Ῥωμαίων Φιτιαλεῖς πολλάκις μὲν ἐβάδιζον ὡς τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὶ πείθοντες εὐγνωμονεῖν· ἀγνωμονούντων δὲ, μαρτυρόμενοι θεοὺς καὶ κατευξάμενοι πολλὰ καὶ δεινὰ καθ' αὑτῶν αὐτοὶ καὶ τῆς πατρίδος, εἰ μὴ δικαίως ἐπεξίασιν, οὕτω κατήγγελλον αὐτοῖς τὸν πόλεμον. κωλυόντων δὲ τούτων, ἢ μὴ συναινούντων, οὔτε στρατιώτῃ θεμιτὸν, οὔτε βασιλεῖ Ῥωμαίων ὅπλα κινεῖν· ἀλλὰ παρὰ τούτων ἔδει τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου δεξάμενον, ὡς δίκαιον, τὸν ἄρχοντα, τότε σκοπεῖν περὶ τοῦ συμφέροντος. λέγεται δὲ καὶ τὸ Κελτικὸν ἐκεῖνο πάθος τῇ πόλει γενέσθαι τούτων τῶν ἱερῶν παρανομηθέντων. ἔτυχον μὲν γὰρ οἱ βάρβαροι Κλουσίνους πολιορκοῦντες· ἐπέμφθη δὲ πρεσβευτὴς Φάβιος Ἄμβουστος εἰς τὸ στρατόπεδον, διαλύσεις πράξων ὑπὲρ τῶν πολιορκουμένων. λαβὼν δὲ ἀποκρίσεις οὐκ ἐπιεικεῖς, καὶ πέρας ἔχειν αὐτῷ τὴν πρεσβείαν οἰόμενος, ἐνεανιεύσατο ὑπὲρ τῶν Κλουσίνων ὅπλα λαβὼν, προκαλέσασθαι τὸν ἀριστεύοντα τῶν βαρβάρων. τὰ μὲν οὖν τῆς μάχης εὐτυχεῖτο, καὶ

κατα-

minavit, quod spatium viduis quoque abstinendi a morte viri præfinitum est a secundis nuptiis. Quæ ante nupsisset, ea bovem fœtam illius lege immolabat. Multorum quoque Numa aliorum sacerdotiorum fuit autor. Eorum duo commemorabo, ex quibus elucet in primis illius religio, Saliorum & Fecialium: siquidem pacis Feciales arbitri fuerunt, qui mea quidem opinione, nomen ex officio suo trahentes, disceptatione comprimebant certamina, neque prius quam abscissa omni juris obtinendi spe ad arma iri sinebant. Pacem enim Græci vocant, quum verbis non vi mutuas controversias diremerunt. Feciales Romani frequenter commeabant ad eos qui injuriam inferrent, poscebantque ut benevole se gererent. Si non acquiescerent, Deos testati multa, diraque sibi ipsi ac patriæ suæ, ni juste injuriam vindicatum irent, imprecabantur: ita indicebant illis bellum. Intercedentibus his, aut improbantibus, neque militi licebat neque regi Romano arma movere, sed ab his auspicandum ei bellum ut justo duci erat, inde quid expediret, expendendum. Ac cladem quidem illam Gallicam his violatis ceremoniis invectam urbi, fama est. Nam quum obsiderent Clusinos barbari, Fabius Ambustus in castra missus legatus fuit ad impetrandam obsessis pacem. Qui duriore accepto responso, defunctum se munere ratus legationis, præceps arma induit pro Clusinis, ac bellicosissimum inter barbaros ad pugnam provocavit. Obtinuit quidem victoriam

καταβαλὼν ἐσκύλευσε τὸν ἄνδρα· γνωρίσαντες δὲ οἱ Κελτοὶ, πέμπουσιν εἰς Ῥώμην κήρυκα, τοῦ Φαβίου κατηγοροῦντες ὡς ἔκσπονδον καὶ ἄπιστον καὶ ἀκατάγγελτον ἐξενηνοχότος πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. ἐνταῦθα τὴν μὲν σύγκλητον οἱ Φιτιαλεῖς ἔπειθον ἐκδιδόναι τὸν ἄνδρα τοῖς Κελτοῖς· καταφυγὼν δὲ ἐκεῖνος εἰς τοὺς πολλοὺς, καὶ τῷ δήμῳ σπουδάζοντι χρησάμενος, διεκρούσατο τὴν δίκην. μετ' ὀλίγον δὲ ἐπελθόντες οἱ Κελτοὶ τὴν Ῥώμην πλὴν τοῦ Καπιτωλίου διεπόρθησαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς περὶ Καμίλλου μᾶλλον ἀκριβοῦται.

Τοὺς δὲ Σαλίους ἱερεῖς ἐκ τῆς τοιαύτης λέγεται συστήσασθαι προφάσεως· ἔτος ὄγδοον αὐτοῦ βασιλεύοντος, λοιμώδης νόσος περιϊοῦσα τὴν Ἰταλίαν ἐστρόβησε καὶ τὴν Ῥώμην. ἀθυμούντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἱστορεῖται χαλκῆν πέλτην ἐξ οὐρανοῦ καταφερομένην εἰς τὰς Νουμᾶ πεσεῖν χεῖρας· ἐπὶ δ' αὐτῇ θαυμάσιόν τινα λόγον λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὃν Ἠγερίας τε καὶ τῶν μουσῶν πυθέσθαι. τὸ μὲν γὰρ ὅπλον ἥκειν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, καὶ δεῖν αὐτὸ φρουρεῖσθαι, γινομένων ἄλλων ἕνδεκα καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος καὶ μορφὴν ἐκείνῳ παραπλησίων, ὅπως ἄπορον εἴη τῷ κλέπτῃ δι' ὁμοιότητα τοῦ διοπετοῦς ἐπιτυχεῖν· ἔτι δὲ χρῆναι μούσαις καθιερῶσαι τὸ χωρίον ἐκεῖνο, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸ λειμῶνας, ὅπου τὰ πολλὰ φοιτῶσαι συνδιατρίβουσιν αὐτῷ· τὴν δὲ πηγὴν ἣ καταρδεῖ τὸ χωρίον, ὕδωρ ἱερὸν ἀποδεῖξαι ταῖς ἑστιάσι παρθένοις, ὅπως λαμβάνουσαι καθ' ἡμέραν, ἁγνίζωσι καὶ ῥαίνωσι τὸ ἀνάκτορον. τούτοις μὲν οὖν μαρτυρῆσαι λέγουσι καὶ τὰ τῆς νόσου παραχρῆμα παυσάμενα. τὴν δὲ πέλτην προθέντος αὐτοῦ, καὶ κελεύσαντος ἁμιλλᾶσθαι τοὺς τεχνίτας ὑπὲρ

riam oppresso Gallo: verum legentem spolia ubi Galli agnoverunt, misso Romam caduceatore vocaverunt Fabium in crimen, quod bello non indicto, præter fœdera, præter fidem arma in ipsos tulisset. Ibi agentibus in senatu Fecialibus, ut Gallis dederetur, confugit ad populum Fabius, studioque plebis perrupit periculum. Mox Gallorum agmen Romam rapuerunt, urbemque excepto Capitolio delevere. Cæterum hæc in historia Camilli explicantur fusius.

Saliorum vero ab hac causa proditur origo: Octavo anno regni Numæ, pestilentia quæ per Italiam vulgabatur, urbem quoque vastabat. Perculsis civibus, tradunt peltam æneam in manus Numæ cælitus delapsam; de hac mira prædicasse regem ex Egeria se & Camœnis accepisse, esse ea arma ad salutem urbis missa, & servanda cum undecim aliis, quæ pari figura, amplitudine, & forma facienda erant, ne quis fur commode propter similitudinem intervertere cœlestem illam valeret. Camœnis item eum consecrandum campum & circumjecta prata, ubi plerumque cum ipso congrediebantur: fontem quo irrigatur campus, sacrandum virginibus Vestalibus, cujus aqua lustrarent & aspergerent quotidie penetralia. His fidem factam narrant ex eo quod morbus statim conquieverit. Eam itaque peltam obtulit Numa artificibus, excitavitque eos similes ad

ὑπὲρ τῆς ὁμοιότητος, τοὺς μὲν ἄλλους ἀπειπεῖν, Βετούριον δὲ Μαμούριον, ἕνα τῶν ἄκρων δημιουργῶν, οὕτως ἐφικέσθαι τῆς ἐμφερείας, καὶ κατασκευάσαι πάσας ὁμοίας, ὥστε μηδ' αὐτὸν ἔτι τὸν Νουμᾶν διαγινώσκειν. τούτων οὖν φύλακας καὶ ἀμφιπόλους ἀπέδειξε τοὺς Σαλίους ἱερεῖς. Σάλιοι δὲ ἐκλήθησαν, οὐχ ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσι, Σαμόθρακος ἀνδρὸς ἢ Μαντινέως ὄνομα Σαλίου, τὴν ἐνόπλιον ἐκδιδάξαντος ὄρχησιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως αὐτῆς ἁλτικῆς οὔσης, ἣν ὑπορχοῦνται διαπορευόμενοι τὴν πόλιν, ὅταν τὰς ἱερὰς πέλτας ἀναλάβωσιν ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνὶ, φοινικοῦς μὲν ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκους, μίτραις δὲ χαλκαῖς ὑπεζωσμένοι πλατείαις, καὶ κράνη χαλκᾶ φοροῦντες, ἐγχειριδίοις δὲ μικροῖς τὰ ὅπλα κρούοντες. ἡ δὲ ἄλλη τῆς ὀρχήσεως, ποδῶν ἔργον ἐστί. κινοῦνται γὰρ ἐπιτερπῶς, ἑλιγμούς τινας καὶ μεταβολὰς ἐν ῥυθμῷ τάχος ἔχοντι καὶ πυκνότητα μετὰ ῥώμης καὶ κουφότητος ἀποδιδόντες. αὐτὰς δὲ τὰς πέλτας ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα. κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν, ἀλλ' ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι, καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας, ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν· ἢ διὰ τὸν ἀγῶνα περὶ ὃν περιφέρεσθαι. ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἴρηκε, γλιχόμενος ἐξελληνίσαι τοὔνομα. δύναιτο δ' ἂν τῆς ἀνέκαθεν φορᾶς πρῶτον ἐπώνυμον γεγονέναι, καὶ τῆς ἀκέσεως τῶν νοσούντων, καὶ τῆς τῶν αὐχμῶν λύσεως, ἔτι δὲ τῆς τῶν δεινῶν ἀνασχέσεως. καθ' ὃ καὶ τοὺς Διοσκούρους, Ἄνακας Ἀθηναῖοι προσηγόρευσαν· εἴ γε δεῖ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον ἐξάγειν τοὔνομα. τῷ δὲ Μαμουρίῳ λέγουσι μισθὸν γενέσθαι

ad effingendas. Torpentibus cæteris Veturium Mamurium insignem opificem ita expressisse effigiem, atque adeo similes omnes repræsentasse, ut ne ipse quidem dignoscere ultra Numa posset. Horum igitur custodes & ministros Salios constituit. Dicti autem Salii sunt, non (ut nonnulli fabulantur) ex nomine Salii viri Samothracis vel Mantinæi, qui armatum tripudium tradidit: verum ab ipso potius tripudio, quod saltando obeunt, quum mense Martio sacras peltas per urbem ferunt trabeati, balteis latis succincti æneis, galeasque æneas in capite gerentes, ac minutis pugionibus ad peltas concrepantes. Reliquum vero saltationis, pedum est opus: motus enim edunt in gyrum haud inconcinnos & varios, modulis citatis & frequentibus cum robore & agilitate. Eas peltas ancilia ex figura vocant. Neque enim circulus est, neque, ut pelta, circumferentiam reddit, sed habent incisuram lineæ tortuosæ, cujus apices curvaturas habentes, & densitate in se concurrentes curvam figuram reddunt; aut a voce Græca cubitum denotante, quo gestant ancilia. Hæc Juba, affectans a Græcis hoc nomen derivare, prædicat. Potest etiam ἀπὸ τῆς ἀνέκαθεν φορᾶς, quod superne demissum fuisset, nomen esse inditum, vel ab ægrorum medela, quam ἄκεσιν Græci, vel a siccitatis liberatione, αὐχμοὺς nominant, vel a malorum depulsione, quæ ἀνάσχεσις dicitur. Unde Castorem & Pollucem Athenienses Ἄνακας appellant: si utique est ad sermonem Græcum deflectendum. Præmium artis Mamurio tributum autu-

νέας τῆς τέχνης ἐκείνης, μνήμην τινὰ δι' ᾠδῆς ὑπὸ τῶν Σαλίων ἅμα τῇ πυρρίχῃ διαπεραινομένης. οἱ δὲ Οὐετούριον Μαμούριον εἶναί φασι τὸν ᾀδόμενον, ἄλλοι Οὐετέρεμ μεμορίαμ, ὅπερ ἐστὶ, παλαιὰν μνήμην.

Ἐπεὶ δὲ διεκόσμησε τὰς ἱερωσύνας, ἐδείματο πλησίον τοῦ τῆς Ἑστίας ἱεροῦ τὴν καλουμένην ῥηγίαν, οἷόν τι βασίλειον οἴκημα· καὶ τὸ πλεῖστον αὐτόθι τοῦ χρόνου διέτριβεν, ἱερουργῶν ἢ διδάσκων τοὺς ἱερεῖς, ἢ πρὸς εὐνοίᾳ τινὶ τῶν θείων πρὸς αὐτοὺς σχολάζων. οἰκίαν δ' εἶχεν ἑτέραν περὶ τὸν Κυρίνου λόφον, ἧς ἔτι νῦν τὸν τόπον ἐπιδεικνύουσιν. ἐν δὲ ταῖς προπομπαῖς, καὶ ὅλως τῶν ἱερέων ταῖς πομπαῖς προηγοῦντο κήρυκες ἀνὰ τὴν πόλιν, ἐλινύειν κελεύοντες, καὶ τὰ ἔργα καταπαύοντες. ὡς γάρ φασι τοὺς Πυθαγορικοὺς οὐκ ἐᾶν ἐκ παρόδου προσκυνεῖν καὶ προσεύχεσθαι τοῖς Θεοῖς, ἀλλ' οἴκοθεν εὐθὺς ἐπὶ τοῦτο γνώμῃ παρεσκευασμένους βαδίζειν, οὕτως ᾤετο ὁ Νουμᾶς χρῆναι τοὺς πολίτας μήτε ἀκούειν τι τῶν θείων μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν, ψόφων τε καὶ πατάγων καὶ στεναγμῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα τοῖς ἀναγκαίοις καὶ βαναύσοις πόνοις ἕπεται, καθαρὰς τὰς ὁδοὺς ταῖς ἱερουργίαις παρέχοντας. ὧν ἴχνος τι μέχρι νῦν διασώζοντες, ὅταν ἄρχων πρὸς ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν, Ὃχ ἄγε· σημαίνει δὲ ἡ φωνὴ, Τοῦτο πρᾶσσε, συνεπιστρέφουσα καὶ κατακοσμοῦσα τοὺς προστυγχάνοντας. ἦν δὲ καὶ τῶν ἄλλων παραγγελμάτων αὐτοῦ πολλὰ τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐοικότα. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι παρῄνουν ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι, καὶ μαχαίρᾳ πῦρ μὴ σκαλεύειν,

autumant fuiſſe carmen quoddam, quod in illius memoriam Salii tripudio illo peragunt. Sunt qui Veturium Mamurium eſſe aiunt, qui celebratur: Veterem alii memoriam.

Sacerdotiis ita conſtitutis, regiam (quæ etiam hodie ita dicitur) juxta ædem Veſtæ ædificavit; ubi plurimum egit, res divinas perpetrans, aut inſtruens ſacerdotes, aut cum iis ex ardore religionis tempus tranſigens. Alteram habuit domum in colle Quirinali, cujus adhuc locum oſtendunt. In pompis & omnibus in ſupplicationibus ſacerdotum antecedebant per urbem præcones, feriaſque & juſtitium indicebant. Siquidem, ut Pythagoreos aiunt non permittere ut obiter quis adoret & ſupplicet Diis, verum ut domo ſtatim mente ad id meditatus accedat, ita cenſuit Numa decere, nihil ut cives rei divinæ audirent vel viderent perfunctorie vel ſolute, ſed vacui curis aliis, velut ſummo negotio religionis adverterent animum, viaſque a ſtrepitu, crepitu, gemitu, & omnibus quæ comitantur neceſſarias & vulgares operas, ad ſacras præſtarent puras: quorum veſtigium nonnullum vel hoc ævo manet Romæ. Quum nempe conſul auſpicatur vel immolat, Hoc age, proclamant. Qua voce eos qui aſſiſtunt, admonent ut componant ſe ad id quod agitur. Reliqua etiam hujus edicta magna ex parte præceptorum Pythagoricorum fuerunt æmula. Sicut illi præcipiebant, Super chœnicem ne ſedeas, Gladio ignem ne verſes,

λύειν, καὶ βαδίζοντας εἰς ἀποδημίας μὴ μεταστρέφεσθαι, καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις, ὧν ἑκάστου τὴν διάνοιαν ἀπεκρύπτοντα πρὸς τοὺς πολλούς· οὕτως ἔνια τῶν Νουμᾶ πατρίων ἀπόρρητον ἔχει τὸν λόγον· οἷον, τὸ μὴ σπένδειν Θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων, μηδὲ θύειν ἄτερ ἀλφίτων· καὶ τὸ προσκυνεῖν περιστρεφομένους, καὶ τὸ καθῆσθαι προσκυνήσαντας. τὰ μὲν οὖν πρῶτα δύο τὴν τῆς γῆς ἐξημέρωσιν ἔοικε διδάσκειν, ὡς μόριον εὐσεβείας οὖσαν· ἡ δὲ περιστροφὴ τῶν προσκυνούντων, λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς· δόξη δ' ἂν μᾶλλον ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἱερῶν βλεπόντων ἀπέστραπται τὰς ἀνατολάς, μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἐνταῦθα καὶ περιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεόν, κύκλον ποιῶν καὶ συνάπτων τὴν ἐπιτελείωσιν τῆς εὐχῆς δι' ἀμφοῖν: εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ Θεός, ἀγαπᾶν καὶ δέχεσθαι προσῆκον. τὸ δὲ καθέζεσθαι προσκυνήσαντας, οἰωνισμὸν εἶναι λέγουσι τῆς βεβαιότητα ταῖς εὐχαῖς καὶ διαμονὴν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιγίνεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ πράξεων διορισμὸν εἶναι τὴν ἀνάπαυσιν· ὡς οὖν τῇ προτέρᾳ πράξει πέρας ἐπιτιθέντας καθέζεσθαι παρὰ τοῖς Θεοῖς, ἵνα ἑτέρας πάλιν ἀρχὴν παρ' ἐκείνων λάβωσι. δύναται δὲ καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις ὁμολογεῖν, ἐθίζοντος ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου μὴ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις ἐν ἀσχολίᾳ καὶ παρέργως, οἷον σπεύδοντας, ἀλλ' ὅταν χρόνον ἔχωμεν καὶ σχολὴν ἄγωμεν.

Ἐκ

ſes, Peregre proficiſcens ne te convertas, Diis ſuperis imparia immoles, inferis paria; quorum cujuſque ſenſum tegunt ad vulgus. Eodem modo Numæ quædam inſtituta rationem habent involutam; ut ſunt illa, Ne libes Diis ex vite non putata, Ne ſacrifices ſine farre, Circumagas te dum Deos adoras, ſedeas quum adoraveris. Quorum duo prima terræ culturam præcipere, ut pietatis partem, videntur. Converſio adorantium ſimulacrum rotationis mundi dicitur eſſe. Quin magis videatur, qui adorat Deos, quando orientem ſpectantibus templis averſus eſt ab ortu, eo ſe flectere, & mox convertere ad Deum, orbem conficiens & committens ex ambobus conſummationem precum. Niſi quid hercle ſimile Ægyptiis rotis innuit, & ſignificat hæc figuræ mutatio, nihil eſſe in rebus humanis ſtabile, ſed quo verterit & volverit vitam noſtram Deus, contentos eſſe nos & boni debere conſulere. Conſidere vero ab adoratione, omen eſſe dictitant ratarum precum, & fœlicitatis in poſterum durabilis. Aiunt etiam quietem diviſionem eſſe negotiorum, quaſi actionibus prioribus fine poſito conſideant coram Diis, ut auſpicentur ab iiſdem alias. Nec vero impedit quicquam quin hoc cum ſuperioribus congruat, aſſuefaciente nos legiſlatore, ne pacem Deum occupati, vel in tranſcurſu velut properantes poſcamus, ſed ubi vacat & otium eſt.

Ex

Ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης παιδαγωγίας πρὸς τὸ θεῖον, οὕτως ἡ πόλις ἐγεγόνει χειροήθης καὶ κατατεθαμβημένη τὴν τοῦ Νουμᾶ δύναμιν, ὥστε μύθοις ἐοικότας τὴν ἀτοπίαν λόγους παραδέχεσθαι, καὶ νομίζειν μηδὲν ἄπιστον εἶναι μηδὲ ἀμήχανον ἐκείνου βουληθέντος. λέγεται γοῦν ποτε καλέσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν οὐκ ὀλίγους τῶν πολιτῶν, σκεύη τε φαῦλα καὶ δεῖπνον εὐτελὲς πάνυ προθέσθαι καὶ δημοτικόν· ἀρξαμένων δὲ δειπνεῖν, ἐμβαλὼν λόγον ὡς ἡ Θεὸς ᾗ σύνεστιν, ἥκοι πρὸς αὐτὸν, αἰφνίδιον ἐπιδεῖξαι τόν τε οἶκον ἐκπωμάτων πλήρη πολυτελῶν, καὶ τὰς τραπέζας ὄψων τε παντοδαπῶν καὶ παρασκευῆς δαψιλοῦς γεμούσας. πᾶσαν δὲ ὑπερβέβληκεν ἀτοπίαν τὸ ὑπὲρ τῆς τοῦ Διὸς ὁμιλίας ἱστορούμενον. μυθολογοῦσι γὰρ εἰς τὸν Ἀβεντῖνον λόφον, οὔπω μέρος ὄντα τῆς πόλεως, οὐδὲ συνοικούμενον, ἀλλ᾽ ἔχοντα πηγάς τε δαψιλεῖς ἐν αὐτῷ καὶ νάπας σκιεράς, φοιτᾶν δύο δαίμονας, Πῖκον καὶ Φαῦνον· οὓς τὰ μὲν ἄλλα σατύρων ἄν τις ἢ τιτάνων γένει προσεικάσειε, δυνάμει δὲ φαρμάκων καὶ δεινότητι τῆς περὶ τὰ θεῖα γοητείας, λέγονται ταυτὰ τοῖς ὑφ᾽ Ἑλλήνων προσαγορευθεῖσιν Ἰδαίοις δακτύλοις σοφιζόμενοι περιιέναι τὴν Ἰταλίαν. τούτους φασὶ χειρώσασθαι τὸν Νουμᾶν, οἴνῳ καὶ μέλιτι κεράσαντα τὴν κρήνην ἀφ᾽ ἧς ἔπινον συνήθως· ληφθέντας δὲ, πολλὰς μὲν ἰδέας τρέπεσθαι, καὶ μετεκδύεσθαι τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλόκοτα φάσματα καὶ φοβερὰ τῆς ὄψεως προβαλλομένους. ἐπεὶ δὲ ἔγνωσαν ἑαλωκότες ἰσχυρὰν καὶ ἄφυκτον ἅλωσιν, ἄλλα τε προθεσπίσαι πολλὰ τῶν μελλόντων, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς κεραυνοῖς ἐκδιδάξαι καθαρμὸν, ὃς ποιεῖται μέχρι νῦν διὰ κρομμύων, καὶ τριχῶν, καὶ μαινίδων.

ἔνιοι

Ex hujuscemodi disciplina ad religionem ita placida civitas evasit, ita expavit Numæ virtutem, multa ut nova reciperet non abhorrentia a fabulis, nihil rata absonum aut impossibile, quod ille susciperet. Fertur ille aliquando frequentes cives invitasse ad epulum, sordidaque vasa & cœnam plane frugalem plebeiamque apposuisse. Cœpta cœna intulisse sermonem, Deam sibi familiarem adesse, ac repente domum ostendisse poculis instructissimam pretiosissimis, mensasque epulis variis atque apparatu magnifico affluentes. Omnem vero excessit fidem quod de ejus cum Jove proditum est colloquio. Fabulantur enim duos lares, Picum & Faunum in montem Aventinum, quum nondum comprehensus muris esset vel habitaretur, fontibus autem largis scateret & lucos haberet opacos, commeare solitos. Hos cætera Satyris aut Titanum genti comparaveris: at medicamentorum scientia, præstigiarumque magicarum technis similia dicuntur Idæis dactylis, ut Græci vocant, commentos peragrasse Italiam. Eos Numam autumant comprehendisse, quum fontem, ex quo potare solebant, vino miscuisset & melle. Captos in varias se vertisse formas, effigiem suam deposuisse, novasque ob oculos objecisse & horrendas imagines. Verum ubi teneri se valido nexu & inenodabili senserunt, cum alia multa præcinuisse futura, tum fulgurum procurationem edocuisse, quæ in hanc diem cepis, crinibus, & mænis peragitur, monstrasse.

Alii

ἔνιοι δὲ οὐ τοὺς δαίμονάς φασιν ὑποθέσθαι τὸν καθαρμὸν, ἀλλ' ἐκείνους μὲν καταγαγεῖν τὸν Δία μαγεύσαντας· τὸν δὲ Θεὸν ὀργιζόμενον τῷ Νουμᾷ, προστάσσειν ὡς χρὴ γίνεσθαι τὸν καθαρμὸν κεφαλαῖς. ὑπολαβόντος δὲ τοῦ Νουμᾶ, κρομμύων, εἰπεῖν, ἀνθρώπων· τὸν δὲ αὖθις ἐκτρέποντα τὸ τοῦ προστάγματος δεινὸν, ἐπερέσθαι, θριξίν· ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Διὸς ἐμψύχοις, ἐπαγαγεῖν τὸν Νουμᾶν μαινίσι· ταῦτα λέγειν ὑπὸ τῆς Ἠγερίας δεδιδαγμένον. καὶ τὸν μὲν Θεὸν ἀπελθεῖν ἵλεω γενόμενον, τὸν δὲ τόπον, Ἰλίκιον ἀπ' ἐκείνου προσαγορευθῆναι, καὶ τὸν καθαρμὸν οὕτω συντελεῖσθαι. ταῦτα μὲν οὖν μυθώδη καὶ γελοῖα τὴν τῶν τότε ἀνθρώπων ἐπιδείκνυται διάθεσιν πρὸς τὸ θεῖον, ἣν ὁ ἐθισμὸς αὐτοῖς ἐνεποίησεν. αὐτὸν δὲ τὸν Νουμᾶν οὕτω φασὶν εἰς τὸ θεῖον ἀνηρτῆσθαι ταῖς ἐλπίσιν, ὥστε καὶ προσαγγελίας αὐτῷ ποτε γενομένης ὡς ἐπέρχονται πολέμιοι, μειδιᾶσαι, καὶ εἰπεῖν, Ἐγὼ δὲ θύω.

Πρῶτον δέ φασι καὶ Πίστεως καὶ Τέρμονος ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ τὴν μὲν Πίστιν ὅρκον ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις μέγιστον· ᾧ χρώμενοι μέχρι νῦν διατελοῦσιν. ὁ δὲ Τέρμων, ὅρος ἄν τις εἴη, καὶ θύουσιν αὐτῷ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ κατὰ τοὺς τῶν ἀγρῶν περιορισμοὺς, νῦν μὲν ἔμψυχα, τὸ παλαιὸν δὲ ἀναίμακτος ἦν ἡ θυσία, Νουμᾶ φιλοσοφήσαντος ὡς χρὴ τὸν ὅριον Θεὸν, εἰρήνης φύλακα καὶ δικαιοσύνης μάρτυρα ὄντα, φόνου καθαρὸν εἶναι. δοκεῖ δὲ καὶ ὅλως αὐτὸς ὁρίσαι τὴν χώραν ὁ βασιλεὺς, Ῥωμύλου μὴ βουληθέντος ἐξομολογήσασθαι τῷ μέτρῳ τοῦ οἰκείου, τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ ἀλλοτρίου· δεσμὸν γὰρ εἶναι τῆς δυνάμεως τὸν ὅρον, ἂν φυλάττηται, μὴ φυλαττόμενον δὲ, τῆς ἀδικίας ἔλεγχον.

Alii negant illos lares prodidiſſe ei hanc procurationem, ſed eos Jovem cœlo devocaſſe incantamentis, atque hunc infenſum præcepiſſe Numæ ut capitibus procuraret. Quum exciperet Numa, Ceparumne? dixiſſe eum, Hominum: Numam autem denuo præcepti diritatem avertentem interrogaſſe, Crinibuſne? At quum reſpondiſſet Jupiter, Animatis: tum Numam addidiſſe, Mænis: hæc inſtructum ab Egeria dixiſſe, ac diſceſſiſſe Jovem propitium: Locum vero inde appellatum Ilicium: Atque procurationem ad eum modum peragi. Fabuloſa hæc & ridicula hominum illius ſeculi ſtudium religionis, quod excitabat aſſuetudo, indicant. Ipſe Numa (ut ferunt) adeo fuit divina fiducia fretus, ut quum ei aliquando adeſſe hoſtes annuntiatum eſſet, arridens dixerit, Ego vero ſacra facio.

Hunc memorant primum Fidei & Termini templa excitaviſſe. Fidem autem conſtituiſſe Romanis maximum jusjurandum, quod etiamnum obſervant. Termino publice & privatim in finibus agrorum immolant hoc tempore animalia, olim vero hoſtia erat inanima: Numa ſapienter docente eos debere Deum Terminalem, quum pacis ſit præſes & arbiter juſtitiæ, cæde purum eſſe. Videtur vero plane hic rex agrum Romanum terminaſſe, quum noluiſſet Romulus menſura proprii prodere rapinam alieni: ſiquidem vinculum terminos eſſe, ſi ſervarentur, virium, & injuriæ indicium, ſi non ſervarentur.

χον. οὐ μὴν οὐδὲ ἦν δαψιλὴς χώρα τῇ πόλει κατ' ἀρχάς, ἀλλὰ τὴν πολλὴν αἰχμῇ προσεκτήσατο Ῥωμύλος· καὶ ταύτην πᾶσαν ὁ Νουμᾶς διένειμε τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν, ὡς ἀνάγκην ἀδικίας ἀφαιρῶν τὴν ἀπορίαν, καὶ τρέπων ἐπὶ γεωργίαν τὸν δῆμον ἅμα τῇ χώρᾳ συνεξημερούμενον. οὐδὲν γὰρ ἄλλο τῶν ἐπιτηδευμάτων οὕτως ἔρωτα δριμὺν εἰρήνης ἐνεργάζεται καὶ ταχύν, ὡς ὁ ἀπὸ γῆς βίος, ἐν ᾧ καὶ τῆς πολεμικῆς εὐτολμίας τὸ μὲν ὑπερμαχητικὸν τοῦ οἰκείου διαμένει καὶ πάρεστι, τὸ δὲ εἰς ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἀνειμένον ἐκκέκοπται. διὸ καὶ τὴν γεωργίαν ὁ Νουμᾶς οἷον εἰρήνης φίλτρον ἐνεμίξατο τοῖς πολίταις, καὶ μᾶλλον ὡς ἠθοποιὸν ἢ πλουτοποιὸν ἀγαπήσας τέχνην, εἰς μέρη τὴν χώραν διεῖλεν, ἃ πάγους προσηγόρευσε, καὶ καθ' ἕκαστον ἐπισκόπους ἔταξε καὶ περιπόλους. ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὸς ἐφορῶν καὶ τεκμαιρόμενος ἀπὸ τῶν ἔργων τοὺς τρόπους τῶν πολιτῶν, τοὺς μὲν εἰς τιμὰς καὶ πίστεις ἀνῆγε, τοὺς δὲ ῥαθύμους καὶ ἀμελεῖς ψέγων καὶ κακίζων, ἐσωφρόνιζε.

Τῶν δὲ ἄλλων αὐτοῦ πολιτευμάτων ἡ κατὰ τέχνας διανομὴ τοῦ πλήθους μάλιστα θαυμάζεται. τῆς γὰρ πόλεως ἐκ δυοῖν γενῶν, ὥσπερ εἴρηται, συνεστάναι δοκούσης, διεστώσης δὲ μᾶλλον, καὶ μηδενὶ τρόπῳ μιᾶς γενέσθαι βουλομένης, μηδὲ οἷον ἐξαλεῖψαι τὴν ἑτερότητα καὶ διαφοράν, ἀλλὰ συγκρούσεις ἀπαύστους καὶ φιλονεικίας τῶν μερῶν ἐχούσης, διανοηθεὶς ὅτι καὶ τῶν σωμάτων τὰ φύσει δύσμικτα καὶ σκληρὰ καταθραύοντες, καὶ διαιροῦντες ἀναμιγνύουσιν, ὑπὸ σμικρότητος ἀλλήλοις συμβαίνοντα μᾶλλον, ἔγνω κατατεμεῖν τομὰς πλεί-

ονας

rentur. Neque ſane latus initio ager fuit Romanus, ſed eum magna ex parte comparavit Romulus bello, quem diviſit totum Numa egenæ plebi, quo & neceſſitatem, quæ inferendæ injuriæ cauſa ſit, tolleret, ac populum ipſum ad agriculturam verteret: ſic enim is una cum ſolo manſuefieret. Quippe inſtitutum aliud nullum tam acrem amorem & celerem inducit pacis, quam vita ruſticana; quæ audaciæ bellicæ quantum propugnatio poſtulat proprii, retinet, libidinem vero violentiæ & rapiendi reſecat. Quamobrem agriculturæ Numa & quietis illecebris implicans cives, atque hanc ut morum magiſtram potius, quam opulentiæ conciliatricem amplectens, diſtribuit agrum in partes, quas pagos vocavit, ſingulisque cuſtodes præfecit & arbitros. Interim inſpexit ipſe eos, atque ex operibus conjecturam capiens de moribus civium, alios ad honores & autoritatem provehebat, ſocordes & ignavos caſtigabat probris & convitiis.

Præ cæteris ejus inſtitutis commendatur populi per artificia centuriatio. Nam civitas quum ex duabus conſtare gentibus (ſicut diximus) videretur, vel diſtaret potius, neque ullo modo coaleſcere in unum ſuſtineret, nec quaſi eluere illas factiones & diſcrimen, ſed certaminibus aſſiduis partium & contentionibus conflictaretur; reputans corpora rigida, & quæ per ſe commiſcentur ægre, temperari mutuo comminuta & conciſa, atque exiguis portionibus coire; intereſſe putavit ut multitudinem in

nuta

ονας τὸ σύμπαν πλῆθος· ἐκ δὲ τούτων, εἰς ἑτέρας ἐμβαλὼν διαφορὰς, τὴν πρώτην ἐκείνην καὶ μεγάλην ἀφανίσαι, ταῖς ἐλάττοσιν ἐνδιασπαρεῖσαν. ἦν δὲ ἡ διανομὴ κατὰ τὰς τέχνας, αὐλητῶν, χρυσοχόων, τεκτόνων, βαφέων, σκυτοτόμων, σκυτοδεψῶν, χαλκέων, κεραμέων. τὰς δὲ λοιπὰς τέχνας εἰς ταυτὸ συναγαγὼν, ἓν αὐτὸ ἐκ πασῶν ἀπέδειξε σύστημα. κοινωνίας δὲ καὶ συνόδους καὶ θεῶν τιμὰς ἀποδοὺς ἑκάστῳ γένει πρεπούσας, τότε πρῶτον ἐκ τῆς πόλεως ἀνεῖλε τὸ λέγεσθαι καὶ νομίζεσθαι τοὺς μὲν, Σαβίνους, τοὺς δὲ, Ῥωμαίους· καὶ τοὺς μὲν, Τατίου, τοὺς δὲ, Ῥωμύλου πολίτας· ὥστε τὴν διαίρεσιν εὐαρμοστίαν καὶ ἀνάμιξιν πάντων γενέσθαι πρὸς πάντας. ἐπαινεῖται δὲ τῶν πολιτικῶν αὐτοῦ καὶ τὸ περὶ τὸν νόμον διόρθωμα, τὸν διδόντα τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας πιπράσκειν ὑπεξελομένους τοὺς γεγαμηκότας, εἰ τοῦ πατρὸς ἐπαινοῦντος καὶ κελεύοντος ὁ γάμος γένοιτο. δεινὸν γὰρ ἡγεῖτο τὴν ὡς ἐλευθέρῳ γεγαμημένην γυναῖκα, δούλῳ συνοικεῖν.

Ἥψατο δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν πραγματείας, οὔτε ἀκριβῶς οὔτε παντάπασιν ἀθεωρήτως. Ῥωμύλου γὰρ βασιλεύοντος, ἀλόγως ἐχρῶντο τοῖς μησὶ καὶ ἀτάκτως, τοὺς μὲν, οὐδὲ εἴκοσιν ἡμερῶν, τοὺς δὲ, πέντε καὶ τριάκοντα, τοὺς δὲ, πλειόνων λογιζόμενοι· τῆς δὲ γινομένης ἀνωμαλίας περὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες, ἀλλ' ἓν μὲν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται. Νουμᾶς δὲ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας, ἡμερῶν ἕνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενος, ὡς τοῦ μὲν σεληνιακοῦ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἔχοντος, τοῦ δὲ ἡλιακοῦ, τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε, τὰς

Deinde Solon quum magistratus omnes penes locupletes, ut ante, statueret relinquere, reliqua autem munia reipublicæ quorum plebs exors erat, facere promiscua, censum civium egit. Ac quorum facultates aridorum simul & liquidorum fructuum mensuras quingentas redderent, hos primæ classis fecit, vocavitque Pentacosiomedimnos. Secundæ classis eos qui equum alere aut trecentas valerent efficere: atque hos ordinem equestrem nuncupaverunt. Zeugitæ, quasi opifices tertiæ classis cives dicti, quibus modus utriusque generis simul erat ducentarum. Reliqui omnes appellati Thetes, sive mercenarii. His nullum magistratum permisit, cæterum hactenus in societatem veniebant hi reipub. ut suffragium in concione & calculum haberent in judiciis; quod initio nihil esse visum, tractu apparuit ingens. Quippe magna controversiarum pars recidit ad judices. Quorum enim magistratibus cognitionem delegaverat, perinde de illis ad forum concessit cuilibet provocationem. Dicitur præterea legibus scribendis implicatioribus multasque cavillandi ansas præbentibus vim am-

καστηρίων ἰσχύν. μὴ δυναμένους γὰρ ὑπὸ τῶν νόμων διαλυθῆναι περὶ ὧν διεφέροντο, συνέβαινεν ἀεὶ δεῖσθαι δικαστῶν, καὶ πᾶν ἄγειν ἀμφισβήτημα πρὸς ἐκείνους, τῶν νόμων τρόπον τινὰ κυριεύοντας. ἐπισημαίνεται δ' αὐτὸς αὐτῷ τὴν ἐξίσωσιν οὕτως,

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος ὅσον ἐπαρκεῖ,
  Τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν, οὔτ' ἐπορεξάμενος.
Οἳ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοὶ,
  Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
Ἔστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι·
  Νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' οὐδετέρους ἀδίκως.

ἔτι μέντοι μᾶλλον οἰόμενος δεῖν ἐπαρκεῖν τῇ τῶν πολλῶν ἀσθενείᾳ, παντὶ λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἔδωκε. καὶ γὰρ πληγέντος ἑτέρου, καὶ βλαβέντος, καὶ βιασθέντος, ἐξῆν τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα καὶ διώκειν· ὀρθῶς ἐθίζοντος τοῦ νομοθέτου τοὺς πολίτας, ὥσπερ ἑνὸς μέρους, συναισθάνεσθαι καὶ συναλγεῖν ἀλλήλοις. τούτῳ δὲ τῷ νόμῳ συμφωνοῦντα λόγον αὐτοῦ διαμνημονεύουσιν. ἐρωτηθεὶς γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἥτις οἰκεῖται κάλλιστα τῶν πόλεων, Ἐκείνη, εἶπεν, ἐν ᾗ τῶν ἀδικουμένων οὐχ ἧττον οἱ μὴ ἀδικούμενοι προβάλλονται καὶ κολάζουσι τοὺς ἀδικοῦντας.

Συστησάμενος δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχόντων, ἧς διὰ τὸ ἄρξαι καὶ αὐτὸς μετεῖχεν, ἔτι δ' ὁρῶν τὸν δῆμον οἰδοῦντα καὶ θρασυνόμενον τῇ τῶν χρεῶν ἀφέσει, δευτέραν προσκατένειμε βουλὴν, ἀπὸ φυ-

amplificasse subselliorum. Quum enim decidi per leges non possent lites, evenit ut nunquam non opus haberent judicibus, ad quos sicut legum quodammodo dominos controversias omnes deferrent. De hac exæquatione sibi ipse hisce versibus attestatur,

Nam vires populo tribui, quantæ satis essent:
Non detractus ei, aut amplificatus honos.
Sed neque divitiis & opum splendore superbis
Tunc plus permisi quam satis esse rebar.
Utraque prævalidis munivi pectora scutis:
At paribus gaudens vincere neutra tuli.

Atqui impensius ratus plebis subveniendum infirmitati, cuilibet dedit de illata cuivis injuria actionem, siquidem altero pulsato, vel læso, vel violato, cuique jus erat, cui facultas suppetebat & voluntas, autorem injuriæ postulare & reum facere. Et recte assuefecit legislator cives mutuo inter se, alterum alterius, ut si unum sit corporis sui membrum, sensu & dolore tangi. Huic legi vocem ejus concinentem commemorant. Quum esset enim ex eo quæsitum quæ esset optime comparata civitas, Illa (inquit) in qua illæsi perinde ac læsi insectantur & vindicant maleficia.

Porro concilium Areopagitarum quum ex annuis magistratibus constituisset, in quo erat ipse quoque, quod Archon fuisset, & populum nihilominus videret ex æris alieni remissione inflatum ferocientemque, alteram insuper

φυλῆς ἑκάστης, τεττάρων οὐσῶν, ἑκατὸν ἄνδρας ἐπιλεξάμενος, οὓς προβουλεύειν ἔταξε τοῦ δήμου, καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι. τὴν δ' ἄνω βουλὴν, ἐπίσκοπον πάντων καὶ φύλακα τῶν νόμων ἐκάθισεν· οἰόμενος ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς, ὥσπερ ἀγκύραις ὁρμοῦσαν, ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι, καὶ μᾶλλον ἀτρεμοῦντα τὸν δῆμον παρέξειν. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὥσπερ εἴρηται, Σόλωνα συστήσασθαι φασὶ, καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς μάλιστα δοκεῖ τὸ μηδαμοῦ τὸν Δράκοντα λέγειν μηδ' ὀνομάζειν Ἀρεοπαγίτας, ἀλλὰ τοῖς Ἐφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν. ὁ δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων τοῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕτως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον, Ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε. ταῦτα δὴ πάλιν ὡς πρὸ τῆς Σόλωνος ἀρχῆς καὶ νομοθεσίας τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν οὖσαν ἐνδείκνυται. τίνες γὰρ ἦσαν οἱ πρὸ Σόλωνος ἐν Ἀρείῳ πάγῳ καταδικασθέντες, εἰ πρῶτος Σόλων ἔδωκε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὸ κρίνειν; εἰ μὴ νὴ Δία γέγονέ τις ἀσάφεια τοῦ γράμματος, ἢ ἔκλειψις, ὥστε τοὺς ἡλωκότας ἐπ' αἰτίαις ἃς κρίνουσιν οἱ Ἀρεοπαγῖται καὶ Ἐφέται, καὶ Πρυτάνεις, ὅτε ὁ θεσμὸς ἐφάνη ὅδε, μένειν ἀτίμους, τῶν ἄλλων ἐπιτίμων γινομένων. ταῦτα μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἐπισκόπει.

Τῶν δ' ἄλλων αὐτοῦ νόμων, ἴδιος μὲν μάλιστα καὶ παράδοξος ὁ κελεύων ἀτι-

per curiam conſcripſit, legitque ex ſingulis quatuor tribubus centenos viros, qui ut decretum facerent ante concionem, ſanxit, neque quicquam niſi ex ſenatusconſulto populus rogaretur. Supremum ſenatum omnium arbitrum & cuſtodem conſtituit legum, arbitratus quaſi in anchoris curiis duabus ſtantem minus fluctuaturam civitatem, plebemque manſuram tranquilliorem. Plurimi igitur Areopagitarum curiam ad Solonem (uti diximus) referunt autorem. Quibus adſtipulari videtur, quod nuſquam meminerit Draco Areopagitarum, vel eos appellaverit, ſed ubique cum Ephetis agat de rebus capitalibus. At tabula Solonis tertia decima octavam legem ita ad verbum habet deſcriptam, Qui ante Solonem archontem notati infamia fuerunt, integra fama ſunto, extra quam qui in Areopago, vel qui apud Ephetas, vel in prytaneo a regibus damnati homicidii, aut latrocinii, aut affectati regni ſolum exilio verterunt, quum lex hæc fuit promulgata. Hæc vero contra, Areopagitarum conſilium præcurriſſe Solonem archontem ejuſque leges, ſunt argumento. Nam qui tandem fuiſſent illi in Areopago judicati, ſi primus curiæ Areopagitarum dedit Solon cognitionem? Niſi hercle habuit obſcuritatem aliquam aut defectum ſcriptura, ut convicti criminum quæ ad cognitionem pertinent Areopagitarum, Ephetarum & Prytanum, quum hæc promulgata eſt lex, manerent infames, quum alii famæ reſtituerentur. Atque ita quidem his ipſe proſpexit.

Ex cæteris ejus legibus eſt ſingularis imprimis & admiranda illa, quæ eum in ſeditione qui fuiſſet neutram partem ſequutus, infamia notat.

ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γινόμενον. βούλεται δ', ὡς ἔοικε, μὴ ἀπαθῶς μηδ' ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν, ἐν ἀσφαλεῖ θέμενον τὰ οἰκεῖα, καὶ τῷ μὴ συναλγεῖν, μηδὲ συννοσεῖν τῇ πατρίδι καλλωπιζόμενον· ἀλλ' αὐτόθεν τοῖς τὰ βελτίω καὶ δικαιότερα πράττουσι προσθέμενον, συγκινδυνεύειν καὶ βοηθεῖν μᾶλλον ἢ περιμένειν ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων. ἄτοπος δὲ καὶ γελοῖος δοκεῖ ὁ τῇ ἐπικλήρῳ διδοὺς, ἂν ὁ κρατῶν καὶ κύριος γεγονὼς κατὰ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνατὸς ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τοῦ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι. καὶ τοῦτο δ' ὀρθῶς ἔχειν τινές φασι πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους συνιέναι, χρημάτων δ' ἕνεκα λαμβάνοντας ἐπικλήρους, καὶ τῷ νόμῳ καταβιαζομένους τὴν φύσιν. ὁρῶντες γὰρ ᾧ βούλεται τὴν ἐπίκληρον συνοῦσαν, ἢ προήσονται τὸν γάμον, ἢ μετ' αἰσχύνης καθέξουσι, φιλοπλουτίας καὶ ὕβρεως δίκην διδόντες. εὖ δ' ἔχει καὶ τὸ μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τῶν συγγενῶν τοῦ ἀνδρὸς ᾧ βούλεται διαλέγεσθαι τὴν ἐπίκληρον, ὅπως οἰκεῖον ᾖ καὶ μετέχον τοῦ γένους τὸ τικτόμενον. εἰς τοῦτο δὲ συντελεῖ καὶ τὸ τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκαθείργνυσθαι μήλου κυδωνίου συγκατατραγοῦσαν, καὶ τὸ τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα. καὶ γὰρ εἰ μὴ γίγνοιντο παῖδες, ἀλλὰ τιμή τις ἀνδρὸς αὕτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα καὶ φιλοφροσύνη, πολλὰ τῶν συλλεγομένων ἑκάστοτε δυσχερῶν ἀφαιροῦσα, καὶ ταῖς διαφοραῖς οὐκ ἐῶσα παντάπασιν ἀποστραφῆναι. τῶν δ' ἄλλων γάμων ἀφεῖλε τὰς φερνὰς, ἱμάτια τρία, καὶ σκεύη μικροῦ νομίσματος ἄξια κελεύσας, ἕτερον δὲ μηδὲν ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην. οὐ γὰρ ἐβούλετο μισθοφόρον οὐδ' ὤνιον εἶναι τὸν

notat. Vult autem, uti videtur, neminem non permoveri, vel ſentire rebus in tuto collocatis ſuis incommoda publica, neque eo ſe venditare, quod patriæ dolore vel morbo non tangatur; ſed ut illico partibus ſe melioribus & juſtioribus aſſociet, cumque his periculo offerat ſe potius & ſuccurrat iis, quam operiatur ex tuto unde ſtet victoria. Abſurda autem & ridicula videtur illa lex, quæ puellæ opulentæ orbæ gratiam facit, ſi ille qui eam vendicavit ex lege & obtinuit, ad complexum ſit impotens, proximis viri ſe ſubſternere. Atqui aiunt nonnulli fuiſſe id conſtitutum recte in eos qui inhabiles ad Venerem quum ſint, pecuniæ cauſa tamen divites illas orbas jungunt ſibi matrimonio, inferuntque ob legis privilegium vim naturæ. Quum enim cernunt licere puellæ orbæ, quem libeat, admittere, vel abſtinebunt ab iis nuptiis, vel retinebunt eas cum infamia, avaritiæ & improbitatis pœnam dantes. Bene eſt etiam, quod non quemlibet, ſed quem velit ex viri neceſſariis admittat orba, quo proles de familia ſit & de ſtirpe ejus. Huc facit item quod ſponſa cum ſponſo concludatur, & malum cydonium voret cum eo, & quod ter menſe cogatur, ut minimum, orbam is qui eam duxit complecti. Nam etſi non generent liberos, honos tamen hic qualiſqualis a marito caſtæ mulieri habitus, & benevolentia multas abſterget undique collectas acerbitates, nec permittit eam jurgiis plane abalienari. Cæteris conjugiis dotes detraxit, ſponſamque præter tres ſtolas & ſupellectilem parvi pretii afferre quicquam vetuit. Neque enim

τὸν γάμον, ἀλλ' ἐπὶ τεκνώσει καὶ χάριτι καὶ φιλότητι γίνεσθαι τὸν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνοικισμόν. ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος, ἀξιούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ δοθῆναί τινι τῶν πολιτῶν πρὸς γάμον, ἔφη, τοὺς μὲν τῆς πόλεως νόμους λελυκέναι τυραννῶν, τοὺς δὲ τῆς φύσεως οὐκ εἶναι δυνατὸς βιάζεσθαι, γάμους νυμφαγωγῶν παρ' ἡλικίαν. ἐν δὲ ταῖς πόλεσι τὴν ἀταξίαν ταύτην οὐ δοτέον, οὐδὲ περιοπτέον ἀώρους καὶ ἀχαρίτους ἐπιπλοκάς, καὶ μηδὲν ἔργον γαμήλιον ἐχούσας, μηδὲ τέλος. ἀλλὰ γέροντι νέαν ἀγομένῳ φαίη τις ἂν ἐμμελὴς ἄρχων ἢ νομοθέτης τὸ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην,

—— εὖ γ' οὖν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας.

καὶ νέον ἐν δωματίῳ πλουσίας πρεσβυτίδος, ὥσπερ οἱ πέρδικες, ἀπὸ συνουσίας παχυνόμενον ἐξανευρών, μετοικίσει πρὸς παρθένον νύμφην ἀνδρὸς δεομένην. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων.

Ἐπαινεῖται δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν. καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας, ἱεροὺς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον. ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν ἐκώλυσε πρὸς ἱεροῖς καὶ δικαστηρίοις καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων· ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον ἔταξε. τὸ γὰρ μηδαμοῦ κρατεῖν ὀργῆς, ἀπαίδευτον καὶ ἀκόλαστον· τὸ δὲ πανταχοῦ, χαλεπόν, ἐνίοις δὲ ἀδύνατον· δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βούλεται χρησίμως ὀλίγους, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς ἀχρήστως κολάζειν. εὐδοκίμησε δὲ κἀν τῷ περὶ διαθηκῶν νόμῳ· πρότερον γὰρ οὐκ ἐξῆν, ἀλλ'

enim meritorium aut venale volebat fœdus esse nuptiarum, sed liberorum causa, & gratiæ atque amicitiæ virum & mulierem consociari. Siquidem Dionysius, quum postularet mater ejus civi cuipiam collocari, Civitatis, respondit, leges assequutum se tyrannidem evertisse, naturæ vero, ut nuptias intempestivas conciliaret, vim afferre non posse. At in civitatibus non est ea admittenda confusio, neque tolerandæ incongruæ & ingratæ conjunctiones, quæ nullum habent opus nec finem nuptialem; verum seni juvenculam ducenti prudens magistratus vel legislator illud ad Philoctetem dictum objiciat,

——— *quam aptus es ad nuptias, miser!*

Quod si juvenem repererit in anus cubiculo pecuniosæ, ex concubitu perdicum modo pinguescentem, traducet eum ad virginem quæ virum requirat. Sed de his satis.

Commendatur item lex Solonis, quæ maledicta vetat in defunctos congerere. Est enim putare eos qui decesserunt, sanctos, pium: abstinere ab iis qui non extant, justum; & civile, odii tollere æternitatem. In vivum contumelias effundere in sacris judiciis, curiis, & ludis interdixit. Mulctam pendendam privato tres drachmas, binas alteras ærario præscripsit. Nam iræ nusquam moderari, illiberale putavit & effræne; in omni vero loco arduum, nonnullis etiam impossibile. Debet vero ad id quod effici potest, lex accommodari, dummodo intendat cum fructu paucos, & non multos incassum punire. Jam probatur lex ejus testamentaria. Etenim antea non erat jus tes-

ἀλλ' ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος ἔδει τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον καταμένειν· ὁ δ' ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὐτοῦ, φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον, καὶ χάριν ἀνάγκης· καὶ τὰ χρήματα, κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν. οὐ μὴν ἀνέδην γε πάλιν, οὐδ' ἁπλῶς τὰς δόσεις ἐφῆκεν, ἀλλ' εἰ μὴ νόσων ἕνεκεν, ἢ φαρμάκων, ἢ δεσμῶν, ἢ ἀνάγκῃ κατασχεθεὶς, ἢ γυναικὶ πειθόμενος· εὖ πάνυ καὶ προσηκόντως τὸ πεισθῆναι παρὰ τὸ βέλτιστον, οὐδὲν ἡγούμενος τοῦ βιασθῆναι διαφέρειν, ἀλλ' εἰς ταυτὸ τὴν ἀπάτην τῇ ἀνάγκῃ, καὶ τῷ πόνῳ τὴν ἡδονὴν θέμενος, ὡς οὐχ ἧττον ἐκστῆσαι λογισμὸν ἀνθρώπου δυναμένων. ἐπέστησε δὲ καὶ ταῖς ἐξόδοις τῶν γυναικῶν, καὶ τοῖς πένθεσι καὶ ταῖς ἑορταῖς νόμον ἀπείργοντα τὸ ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον· ἐξιέναι μὲν ἱματίων τριῶν μὴ πλέον ἔχουσαν κελεύσας, μηδὲ βρωτὸν ἢ ποτὸν πλείονος ἢ ὀβολοῦ φερομένην, μηδὲ κάνητα πηχυαίου μείζονα, μηδὲ νύκτωρ πορεύεσθαι πλὴν ἁμάξῃ κομιζομένην, λύχνου προφαίνοντος. ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν. ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν, οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν· οὐδ' ἐπ' ἀλλότρια μνήματα βαδίζειν, χωρὶς ἐκκομιδῆς. ὧν τὰ πλεῖστα καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις ἀπηγόρευται. πρόσκειται δὲ τοῖς ἡμετέροις, ζημιοῦσθαι τοὺς ταῦτα ποιοῦντας ὑπὸ τῶν γυναικονόμων, ὡς ἀνάνδροις καὶ γυναικώδεσι τοῖς περὶ τὰ πένθη πάθεσι καὶ ἁμαρτήμασιν ἐνεχομένους.

Ὁρῶν δὲ τὸ μὲν ἄστυ πιμπλάμενον ἀνθρώπων ἀεὶ συῤῥεόντων πανταχόθεν ἐπ'

testamentum condere, sed familiæ defuncti pecunia & hæreditas relinquendæ erant. Hic liberum fecit, non extantibus liberis, cui visum esset, sua donandi, amicitiamque propinquitati, & gratiam prætulit necessitati, pecuniamque revera in potestate habentium locavit. Nec indefinite tamen citra delectum dare indulsit: sed si non per morbum vel medicamentum, nec vinculis vel vi adstrictus, vel uxoris inductus esset blanditiis. Recte atque ordine, improbis modis inducaris, an vim patiaris, nihil ratus interesse, sed dolum vi, & voluptatem dolori conferens, quasi æque de statu mentis dejicere homines valeant. Profectiones quoque mulierum, luctusque & festa lege adstrinxit inconditam licentiam coercente. Proficiscenti foras tres non amplius stolas permittit habere, neque plus cibi vel potus secum efferre quam obolo emptum, neque calathum cubitali majorem, nec de nocte nisi curru vectam ad lucernam iter facere. Lacerationes plangentium, ploratum excitantia & ejulatum in alienorum funeribus sustulit. Parentare bove interdixit, vel amplius tres vestes cum mortuo condere: ad aliena monumenta nisi in justis exequiarum accedere: quorum sunt etiam nostris legibus vetita pleraque. Adjectum nostris est, ut qui ea admittunt, quasi perturbationibus & erroribus erga propinquos suos mollioribus & effœminatis aspersi mulctentur a gynæconomis.

Porro urbem quum videret hominibus quotidie in Atticam undique propter libertatem &

ἐπ' ἀδείας εἰς τὴν Ἀττικήν, τὰ δὲ πλεῖστα τῆς χώρας ἀγεννῆ καὶ φαῦλα, τοὺς δὲ χρωμένους τῇ θαλάττῃ μηδὲν εἰωθότας εἰσάγειν τοῖς μηδὲν ἔχουσιν ἀντιδοῦναι, πρὸς τὰς τέχνας ἔτρεψε τοὺς πολίτας· καὶ νόμον ἔγραψεν, υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι. τῷ μὲν γὰρ Λυκούργῳ καὶ πόλιν οἰκοῦντι καθαρὰν ὄχλου ξενικοῦ, καὶ χώραν κεκτημένῳ πολλοῖς πολλήν, δὶς τοσοῖσδε πλείονα, κατ' Εὐριπίδην, καὶ τὸ μέγιστον εἱλωτικοῦ πλήθους, ὃ βέλτιστον ἦν μὴ σχολάζειν, ἀλλὰ τριβόμενον ἀεὶ καὶ πονοῦντα ταπεινοῦσθαι, περικεχυμένου τῇ Λακεδαίμονι, καλῶς εἶχεν ἀσχολιῶν ἐπιπόνων καὶ βαναύσων ἀπαλλάξαντα τοὺς πολίτας, συνέχειν ἐν τοῖς ὅπλοις, μίαν τέχνην ταύτην ἐκμανθάνοντας καὶ ἀσκοῦντας. Σόλων δὲ τοῖς πράγμασι τοὺς νόμους μᾶλλον ἢ τὰ πράγματα τοῖς νόμοις προσαρμόζων, καὶ τῆς χώρας τὴν φύσιν ὁρῶν τοῖς γεωργοῦσι γλίσχρως διαρκοῦσαν, ἀργόν τε καὶ σχολαστὴν ὄχλον οὐ δυναμένην τρέφειν, ταῖς τέχναις ἀξίωμα περιέθηκε, καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. ἐκεῖνο δ' ἤδη σφοδρότερον, τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν, ὡς Ἡρακλείδης ἱστόρηκεν ὁ Ποντικός. ὁ γὰρ ἐν γάμῳ παρορῶν τὸ καλὸν, οὐ τέκνων ἕνεκα δῆλός ἐστιν ἀλλ' ἡδονῆς ἀγόμενος γυναῖκα· τόν τε μισθὸν ἀπέχει, καὶ παρρησίαν αὑτῷ πρὸς τοὺς γενομένους οὐκ ἀπολέλοιπεν, οἷς αὐτὸ τὸ γενέσθαι πεποίηκεν ὄνειδος.

Ὅλως δὲ πλείστην ἔχειν ἀτοπίαν οἱ περὶ τῶν γυναικῶν νόμοι τῷ Σόλωνι δοκοῦσι.

& securitatem confluentibus compleri, agrum autem fere infœcundum malignumque; eos vero qui mare exerceant, nihil solere iis qui nihil reddere habeant, importare: traduxit ad artificia cives, tulitque legem ne filius parentem, qui ipsum non docuisset artem, cogeretur alere. Nam Lycurgo quidem qui urbem colebat a turba defæcatam peregrina, agrumque haberet multis multum, qui bis totidem civibus (ut ait Euripides) esset alendis, præsertim quia Ilotica multitudo, quam præstabat non marcescere otio, sed perpetuis attritam laboribus esurire, erat Lacedæmoni circumfusa, satius erat odiosis exolutos & vilibus negotiis cives armis alligare, ut eam unam artem arriperent, meditarenturque. At Solon, qui rebus potius leges, quam res applicabat legibus, & considerabat agri indolem vix aratoribus sustentandis esse, neque segnem posse & residem turbam tolerare, artibus adjecit dignationem: & curiæ præcepit Areopagitarum, quonam se quisque tueretur quæstu observare, atque in otiosos animadvertere. Illud vero jam durius, quod ad alendos parentes non astringerentur (ut autor est Ponticus Heraclides) ex meretricibus procreati. Quippe nuptiarum decus qui prætereat, profitetur se non liberorum gratia, sed voluptatis adsciscere mulierem: habetque mercedem suam, neque locum sibi querelæ reliquit de genitis, quibus ipsam reddidit probrosam nativitatem.

At nihil omnino importunius videtur legibus illis quas tulit de mulieribus Solon. Nam adul-

δοκοῦσι. μοιχὸν μὲν γὰρ ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν, ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε· κἂν προαγωγεύῃ, δραχμὰς εἴκοσι· πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται· λέγω δὴ τὰς ἑταίρας. αὗται γὰρ ἐμφανῶς φοιτῶσι πρὸς τοὺς διδόντας. ἔτι δ' οὔτε θυγατέρας πωλεῖν, οὔτ' ἀδελφὰς δίδωσι, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην. τὸ δ' αὐτὸ πρᾶγμα, ποτὲ μὲν πικρῶς καὶ ἀπαραιτήτως κολάζειν, ποτὲ δὲ εὐκόλως, καὶ παίζοντα, πρόστιμον ζημίαν τὴν τυχοῦσαν ὁρίζοντα, ἄλογόν ἐστι. πλὴν εἰ μὴ σπανίζοντος τότε τοῦ νομίσματος ἐν τῇ πόλει μεγάλας ἐποίει τὰς ἀργυρικὰς ζημίας τὸ δυσπόριστον. εἰς μέν γε τὰ τιμήματα τῶν θυσιῶν λογίζεται πρόβατον καὶ δραχμὴν ἀντὶ μεδίμνου. τῷ δ' Ἴσθμια νικήσαντι, δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι· τῷ δ' Ὀλύμπια, πεντακοσίας. λύκον δὲ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκιδέα δὲ, μίαν· ὧν φησιν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, τὸ μὲν βοὸς εἶναι, τὸ δὲ, προβάτου τιμήν. ἃς γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς τῶν ἐκκρίτων ἱερείων, εἰκὸς μὲν εἶναι πολλαπλασίας, ἄλλως δὲ κἀκεῖναι πρὸς τὰς νῦν εὐτελεῖς εἰσιν. ἀρχαῖον δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πολεμεῖν τοῖς λύκοις, βελτίονα νέμειν ἢ γεωργεῖν χώραν ἔχουσι. καὶ τὰς φυλὰς εἰσὶν οἱ λέγοντες οὐκ ἀπὸ τῶν Ἴωνος υἱῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γενῶν εἰς ἃ διῃρέθησαν οἱ βίοι, τὸ πρῶτον ὠνομάσθαι, τὸ μὲν μάχιμον, ὁπλίτας, τὸ δ' ἐργατικὸν, ἐργάδεις· δυεῖν δὲ τῶν λοιπῶν τελέοντας μὲν, τοὺς γεωργοὺς, αἰγικορεῖς

adulterum interficere deprehendenti permisit: sin vero liberam fœminam rapuerit quis, eique vim intulerit, huic centum drachmarum præfinivit mulctam. Si lenocinetur, viginti drachmarum, exceptis quæ propalam venales sunt, meretrices dico: hæ enim palam adeunt ad eos qui dant mercedem. Præterea filias vendere aut sorores interdicit, extra quam virginem in stupro ab ipso deprehensam. Atqui absurdum est ut idem factum modo aspere & atrociter vindicet, modo leniter quasi per ludum mulctam indicat quamcunque pecuniariam. Nisi quia id temporis non abundabant Athenæ argento, ejus difficultas intendit pœnas pecuniarias. Nam in sumptum victimarum ovem imputat, & pro medimno drachmam. Victori ludis Isthmiis centum drachmarum præmium assignavit, Olympiacis quingentarum. Ei qui lupum attulisset, dedit quinque drachmas, qui lupam, huic unam: atque hoc Demetrius Phalereus est autor pretium ovis esse, illud bovis. Nam quas in sextadecima tabula præscribit eximiarum hostiarum taxationes, eæ erant haud dubio longe majores. Sunt alioquin illæ quoque ut hoc seculo tenues. Est autem vetustum apud Athenienses, qui agrum habent pecori quam arvo commodiorem, bellum cum lupis gerere. Ac sunt qui tribus tradant non ab Ionis filiis, sed a generibus, in quæ distributa a primordio studia hominum fuerunt, nomina sortitas: ita bello deditos, appellatos Hoplitas, operi Ergadas: reliquorum duorum agriculturæ incumbentes, Teleontes: qui pecuariam fa-

κορεῖς δὲ, τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προβατείαις διατρίβοντας. ἐπεὶ δὲ πρὸς ὕδωρ οὔτε ποταμοῖς ἐστὶν ἀεννάοις, οὔτε λίμναις τισὶν, οὔτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκὴς, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι φρέασι ποιητοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν, ὅπου μὲν ἐστὶ δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· τὸ δ' ἱππικὸν διάστημα, τεσσάρων ἦν σταδίων· ὅπου δὲ πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς, μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας· ἀπορίᾳ γὰρ ᾤετο δεῖν βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν. ὥρισε δὲ καὶ φυτειῶν μέτρα μάλ' ἐμπείρως, τοὺς μὲν ἄλλο τι φυτεύοντας ἐν ἀγρῷ, πέντε πόδας ἀπέχειν τοῦ γείτονος κελεύσας, τοὺς δὲ συκῆν ἢ ἐλαίαν, ἐννέα. πορρωτέρω γὰρ ἐξικνεῖται ταῦτα ταῖς ῥίζαις· καὶ οὐ πᾶσι γειτνιᾷ τοῖς φυτοῖς ἀσινῶς, ἀλλὰ καὶ τροφὴν παραιρεῖται, καὶ βλάπτουσαν ἐνίοις ἀπορροὴν ἀφίησι. βόθρους δὲ καὶ τάφρους τὸν βουλόμενον ἐκέλευσεν ὀρύσσειν ὅσον ἐμβάλοι βάθος ἀφιστάμενον μῆκός τ' ἀλλοτρίου· καὶ μελισσῶν σμήνη καθιστάμενον, ἀπέχειν τῶν ὑφ' ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων πόδας τριακοσίους.

Τῶν δὲ γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίου μόνον ἔδωκεν, ἄλλα δ' ἐξάγειν ἐκώλυσεν· καὶ κατὰ τῶν ἐξαγόντων, ἀρὰς τὸν ἄρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξεν, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον. καὶ πρῶτος ἄξων ἐστὶν ὁ τοῦτον περιέχων τὸν νόμον. οὐκ ἂν οὖν τις ἡγήσαιτο παντελῶς ἀπιθάνους τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ σύκων ἐξαγωγὴ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο, καὶ τὸ φαί-

νειν

faciebant, Ægicoras. Quia vero nec amnes perennes, neque lacus, neque fontes abunde suppeditant regioni, verum puteis manu factis utuntur fere, legem scripsit, ubi puteus publicus intra hippicum esset, eo uti ut esset jus: Hippicum spatium quatuor stadiorum erat; ut autem privatam aquam pervestigarent, ubi majus interveniret intervallum. Quod si fossa decem passus in altum depressa, aquam in suo non invenissent, tunc ut sumerent a vicino, & sex congiorum hydriam bis die implerent. Inopiæ enim subveniendum, non alendam existimabat ignaviam. Adhæc modum plantandi digessit perquam artificiose. Aliam quamvis arborem qui in agro suo plantaret, eum a vicino absistere pedes quinque imperavit; qui autem ficum aut oleam, novem: quod radices agant hæ longius, neque sit omnibus earum innocens vicinia, sed & alimentum eripiant, & halitum efflent aliquibus infestum. Scrobem aut fossam qui ducere velit, eum recedere tam longe jussit a fundo alieno, in quantam profunditatem depresserit eam. Qui apum alvearia collocat, abscedere a prius positis alienis pedes trecentos.

Ex fructibus solum oleum dedit peregrinis distrahendi facultatem, aliorum exportationem interdixit: eosque, qui quid evexissent, archontem jussit devovere, aut ipsum ærario dependere centum drachmas. Prima tabula est quæ hanc legem continet. Unde non est prorsus illis abroganda fides, qui aiunt olim etiam ficuum vetitam exportationem fuisse, & delatorem

4 ex-

νειν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας, κληθῆναι συκοφάντην. ἔγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ καὶ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον· τὸ μὲν ἐνθύμημα, χάριεν πρὸς ἀσφάλειαν. παρέχει δ' ἀπορίαν καὶ ὁ τῶν δημοποιήτων νόμος, ὅτι γενέσθαι πολίταις οὐ δίδωσι πλὴν τοῖς φεύγουσιν ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεστίοις Ἀθήναζε μετοικιζομένοις ἐπὶ τέχνῃ. τοῦτο δὲ ποιῆσαι φασὶν αὐτὸν, οὐχ οὕτως ἀπελαύνοντα τοὺς ἄλλους, ὡς κατακαλούμενον Ἀθήναζε τούτους ἐπὶ βεβαίῳ τῇ μεθέξειν τῆς πολιτείας· καὶ ἅμα πιστοὺς νομίζοντα, τοὺς μὲν ἀποβεβληκότας τὴν ἑαυτῶν διὰ τὴν ἀνάγκην, τοὺς δ' ἀπολελοιπότας διὰ τὴν γνώμην. ἴδιον δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ τὸ περὶ τῆς ἐν δημοσίῳ σιτήσεως, ὅπερ αὐτὸς παρασιτεῖν κέκληκε. τὸν γὰρ αὐτὸν οὐκ ἐᾷ σιτεῖσθαι πολλάκις· ἐὰν δὲ ᾧ καθήκη μὴ βούληται, κολάζει, τὸ μὲν ἡγούμενος πλεονεξίαν, τὸ δ' ὑπεροψίαν τῶν κοινῶν.

Ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε, καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας, ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους· ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο, καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, κύρβεις. καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς εἴρηκέ που,

Πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος, οἷσι νῦν
Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς ταῖς κύρβεσιν.

ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται, κύρβεις, ἄξονας δὲ, τοὺς ἄλλους ὠνομάσθαι. κοινὸν μὲν οὖν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλὴ, τοὺς Σόλωνος νό-

exportantium a delationibus factitandis dictum sycophantam. Legem præterea scripsit, si quadrupes pauperiem fecerit, in qua canem qui momorderit, ligatum quatuor cubitorum catena noxæ dari præcipit. Hoc quidem commentum scitum est ad securitatem. Lex autem de civibus adscriptitiis scrupulum præbet, quia recipi civitate vetat, nisi qui sint in perpetuum exilium patria sua exacti, aut cum toto domicilio Athenas artis suæ exercendæ gratia commigraverint. Quod statuisse ferunt eum, non tam summovendorum causa alienigenarum, quam invitandorum Athenas spe certa in participationem se venturos civitatis; simul fidos existimans fore hos quod coacti, illos quod consulto patriam suam repudiavissent. Illud etiam proprium est Solonis institutum, epulatio in curia, quod παρασιτεῖν ille appellavit: siquidem non permittit eidem illic epulari frequenter: sin autem ille cui id delatum sit, contemnat, infligit ei pœnam; ratus hoc honoris publici fastidium, illud esse plus æquo appetentis.

Has leges in centum annos omnes sanxit. Relatæ fuerunt in axes vel tabulas quadratas ligneas, quas Axonas dicunt, thecis inclusas aliquanto longioribus quam largioribus, in quibus vertebantur, quarum in Prytaneo adhuc nostra memoria tenuia extiterunt vestigia. Appellabantur autore Aristotele Cyrbes. Hinc Cratinus comicus ait,

Testor Solonis & Dracontis tabulas,
Quibus jam populus torrent sua legumina.

Aliqui volunt eas in quibus sacra & sacrificia sunt descripta, proprie cyrbes, axonas fuisse appellatas cæteras. Senatus autem stabiliturus leges

νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον δ' ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ, καταφατίζων, εἴ τι παραβαίη τῶν θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. συνιδὼν δὲ τοῦ μηνὸς τὴν ἀνωμαλίαν, καὶ τὴν κίνησιν τῆς σελήνης, οὔτε δυομένῳ τῷ ἡλίῳ πάντως, οὔτ' ἀνίσχοντι συμφερομένην, ἀλλὰ πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ καταλαμβάνουσαν καὶ παρερχομένην τὸν ἥλιον, αὐτὴν μὲν ἔταξε ταύτην, ἕνην καὶ νέαν καλεῖσθαι· τὸ μὲν πρὸ συνόδου μόριον αὐτῆς, τῷ παυομένῳ μηνὶ, τὸ δὲ λοιπὸν, ἤδη τῷ ἀρχομένῳ προσήκειν ἡγούμενος· πρῶτος, ὡς ἔοικεν, ὀρθῶς ἀκούσας Ὁμήρου λέγοντος,

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο.

τὴν δ' ἐφεξῆς ἡμέραν νουμηνίαν ἐκάλεσε. τὴν δ' ἀπ' εἰκάδος οὐ προστιθεὶς, ἀλλ' ἀφαιρῶν, καὶ ἀναλύων, ὥσπερ τὰ φῶτα τῆς σελήνης ἑώρα μέχρι τριακάδος ἠρίθμησεν. ἐπεὶ δὲ τῶν νόμων εἰσενεχθέντων, ἔνιοι τῷ Σόλωνι καθ' ἑκάστην προσῄεσαν ἡμέραν, ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες, ἢ συμβουλεύοντες ἐμβαλεῖν τοῖς γεγραμμένοις ὅ, τι τύχοιεν, ἢ ἀφαιρεῖν· πλεῖστοι δ' ἦσαν οἱ πυνθανόμενοι καὶ ἀνακρίνοντες, καὶ κελεύοντες αὐτὸν ὅπως ἕκαστον ἔχει, καὶ πρὸς ἣν κεῖται διάνοιαν, ἐπεκδιδάσκειν καὶ σαφηνίζειν· ὁρῶν ὅτι ταῦτα καὶ τὸ μὴ πράττειν, ἄτοπον, καὶ τὸ πράττειν, ἐπίφθονον, ὅλως δὲ ταῖς ἀπορίαις ὑπεκστῆναι βουλόμενος, καὶ διαφυγεῖν τὸ δυσάρεστον καὶ τὸ φιλαίτιον τῶν πολιτῶν· ἔργμασι γὰρ ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπὸν, ὡς αὐτὸς εἴρηκε· πρόσχημα τῆς πλάνης τὴν ναυκληρίαν ποιησάμενος, ἐξέπλευσε, δεκαετῆ

τῆ

ges Solonis ſe commune jusjurandum peregerunt, ſinguli autem theſmothetæ conceptis verbis peculiare juxta lapidem in foro, ſiquam violaſſent legem, auream ſtatuam paris ſibi ponderis Delphis ipſos dicaturos. Perſpecta autem menſis varietate, nec curſum lunæ vel cum exortu ſolis vel cum obitu prorſus congruere, verum ſubinde eam ſolem eodem die & aſſequi & prætergredi: hunc ipſum diem ἕνην καὶ νέαν, id eſt, noviſſimam & primam lunam, juſſit appellari: partem ejus quæ coitum cum ſole lunæ antecedit, deſinenti menſi, reſiduam inchoanti arbitratus attribuendam. Nempe fuit, uti videtur, primus qui Homerum percepit canentem,

Hic quum deſierit menſis, tum cœperit ille.

Inſequentem diem novilunium vocavit. Dies menſis qui ſuccedunt vigeſimo, non attexendo, ſed detrahendo & retexendo, ut lumen lunæ advertit, uſque ad triceſimum numeravit. Quia vero perlatis legibus, adibant indies aliqui Solonem, qui vel laudarent eas vel obtererent, vel monerent ut tabulis intexeret vel demeret quod cuique in mentem veniret: plurimi vero quærerent & percunctarentur, peterentque quemadmodum accipiendum quidque eſſet, quamque haberet ſententiam, ut explanaret & enodaret: conſiderans, ni faceret ea, rem inſolentem fore, & ſi faceret, invidioſam: atque has difficultates ſtatuens omnino declinare, importunitatemque ſubterfugere & querimonias civium (nam ut ipſemet ait, in magnis rebus difficile eſt omnibus placere) ad ſpeciem peregrinationis munus naucleri prætexens

texens

τῇ παρὰ τῶν Ἀθηναίων ἀποδημίαν αἰτησάμενος. ἤλπιζε γὰρ ἐπὶ τῷ χρόνῳ τούτῳ καὶ τοὺς νόμους αὐτοὺς ἔσεσθαι συνήθεις.

Πρῶτον μὲν οὖν εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο, καὶ διέτριψεν, ὡς καὶ πρότερον αὐτός φησι,

Νείλου ἐπὶ προχοῇσι, Κανωβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς.

χρόνον δέ τινα καὶ τοῖς περὶ Ψένωφιν τὸν Ἡλιοπολίτην, καὶ Σώγχιν τὸν Σαΐτην, λογιωτάτοις οὖσι τῶν ἱερέων, συνεφιλοσόφησε· παρ' ὧν καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν ἀκούσας λόγον, ὡς Πλάτων φησὶν, ἐπεχείρησε διὰ ποιήματος ἐξενεγκεῖν εἰς τοὺς Ἕλληνας. ἔπειτα πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων, ὃς εἶχεν οὐ μεγάλην πόλιν ᾠκισμένην ὑπὸ Δημοφῶντος τοῦ Θησέως, περὶ τὸν Κλάριον ποταμὸν, ἐν χωρίοις ὀχυροῖς μὲν, ἄλλως δὲ δυσχερέσι καὶ φαύλοις κειμένην. ἔπεισεν οὖν αὐτὸν ὁ Σόλων, ὑποκειμένου καλοῦ πεδίου, μεταθέντα τὴν πόλιν, ἡδίονα καὶ μείζονα κατασκευάσαι. καὶ παρὼν ἐπεμελήθη τοῦ συνοικισμοῦ, καὶ συνδιεκόσμησε πρός τε διαγωγὴν ἄριστα καὶ πρὸς ἀσφάλειαν· ὥστε πολλοὺς μὲν οἰκήτορας τῷ Φιλοκύπρῳ συνελθεῖν, ζηλῶσαι δὲ τοὺς ἄλλους βασιλέας. διὸ καὶ τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδοὺς, Αἴπειαν καλουμένην τὴν πόλιν πρότερον, ἀπ' ἐκείνου Σόλους προσηγόρευσε. καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται τοῦ συνοικισμοῦ, προσαγορεύσας γὰρ ἐν ταῖς ἐλεγείαις τὸν Φιλόκυπρον,

Νῦν δὲ (φησὶ) σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων,
Τήν τε πόλιν ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον·
Αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
Ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος.

Οἰ-

texens, impetrato a populo Atheniense, ut abesse sibi decennium liceret, navem conscendit: interea fore sperans illis leges suas familiares.

Primum in Ægyptum est delatus, ibique commoratus, ut ipse ante dicit,

Faucibus in Nili, qua littora curva Canopi.

Aliquantisper etiam cum Psenophe Heliopolita & Sonche Saita inter sacerdotes literatissimis, in contemplanda egit sapientia: ex quibus audivit (ut autor Plato est) sermonem Atlanticum, quem versibus apud Græcos exorsus est explicare. Inde in Cyprum navigavit, ubi in summa gratia fuit apud quendam illius regionis regem Philocyprum. Habebat oppidum hic exiguum a Demophonte Thesei filio ad Clarium amnem conditum, munito quidem loco, sed aspero & sterili. Ei igitur Solon, quum esset lætus campus subjectus, illuc suasit ut urbem transferret, amœnioremque & ampliorem excitaret. Atque ipse præsens, ut frequentaretur oppidum cultoribus, curam egit, sociusque fuit regis in constituendo eo cum ad vitam, tum ad securitatem commodissime tuendam. Unde frequentes incolæ confluxerunt ad Philocyprum, æmulatique hoc sunt cæteri reges. Quare Soloni honorem habuit, nominata urbe, quæ dicta ante Æpea fuerat, ab hujus nomine Solis. Hujus enim conditæ urbis ipse meminit, Philocyprum ita in Elegiis appellans,

Atqui rite Solis (inquit) *nunc longo tempore regnans*
Incolito hanc urbem, tuque genusque tuum.
Me Venus a Cypro celeri cum puppe remittat
Incolumem violis frondea serta gerens.

Οἰκισμῷ δ' ἐπὶ τῷδε χάριν καὶ κῦδος ὀπάζοι
Ἐσθλὸν, καὶ νόστον πατρίδ' ἐς ἡμετέρην.

Τὴν δὲ πρὸς Κροῖσον ἔντευξιν αὐτοῦ δοκοῦσιν ἔνιοι τοῖς χρόνοις ὡς πεπλασμένην ἐλέγχειν. ἐγὼ δὲ λόγον ἔνδοξον οὕτω καὶ τοσούτους μάρτυρας ἔχοντα, καὶ, ὃ μεῖζόν ἐστι, πρέποντα τῷ Σόλωνος ἤθει, καὶ τῆς ἐκείνου μεγαλοφροσύνης καὶ σοφίας ἄξιον, οὔ μοι δοκῶ προήσεσθαι χρονικοῖς τισι λεγομένοις κανόσιν, οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον, εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας. τὸν δ' οὖν Σόλωνα φασὶν εἰς Σάρδεις δεηθέντι τῷ Κροίσῳ παραγενόμενον, παθεῖν τι παραπλήσιον ἀνδρὶ χερσαίῳ κατιόντι πρῶτον ἐπὶ θάλατταν. ἐκεῖνός τε γὰρ ὁρῶν ἄλλον ἐξ ἄλλου ποταμὸν, ᾤετο τὴν θάλασσαν εἶναι· καὶ τῷ Σόλωνι τὴν αὐλὴν διαπορευομένῳ, καὶ πολλοὺς ὁρῶντι τῶν βασιλικῶν κεκοσμημένους πολυτελῶς, καὶ σοβοῦντας ἐν ὄχλῳ προπομπῶν καὶ δορυφόρων, ἕκαστος ἐδόκει Κροῖσος εἶναι· μέχρι πρὸς αὐτὸν ἤχθη, πᾶν ὅσον ἐν λίθοις, ἐν βαφαῖς ἐσθῆτος, ἐν τέχναις χρυσοῦ περὶ κόσμον ἐκπρεπὲς ἔχειν, ἢ περιττὸν ἢ ζηλωτὸν ἐδόκει, περικείμενον, ὡς δὴ θέαμα σεμνότατον ὀφθείη καὶ ποικιλώτατον. ἐπεὶ δ' ὁ Σόλων ἄντικρυς καταστὰς οὔτ' ἔπαθεν οὐδὲν, οὔτ' εἶπε πρὸς τὴν ὄψιν, ὧν ὁ Κροῖσος προσεδόκησεν, ἀλλὰ καὶ δῆλος ἦν τοῖς εὖ φρονοῦσι τῆς ἀπειροκαλίας καὶ μικροπρεπείας καταφρονῶν, ἐκέλευσεν αὐτῷ τοὺς θησαυροὺς ἀνοῖξαι τῶν χρημάτων, καὶ τὴν ἄλλην ἄγοντας ἐπιδεῖξαι μηδὲν δεομένῳ κατασκευὴν

καὶ

Gratesque atque decus, fuerim quod conditor urbis,
Solvat ea, & nostrum dextra secundet iter.

At Solonis cum Crœso congressum temporibus quidam, ut commentitium, refellere se putant posse. Ego vero historiam adeo illustrem & tam multis consignatam testibus, & quod majus est, cum Solonis moribus consentaneam, illiusque magnitudine animi dignam & sapientia, non possum in animum inducere ut repudiem ob chronicas quasdam quas vocant regulas, quas sexcenti corrigentes nihil hactenus constituere certi ad repugnantias tollendas valuere. Soloni ergo Sardes aiunt ad Crœsum ejus rogatu profecto, simile quiddam accidisse atque homini terrestri, qui primum petit mare. Ille enim alium ex alio fluvium quum videt, putat eum æquor esse: item Soloni aulam permeanti & multos contemplanti ex aulicis splendide cultos, ac pompose incedentes cum comitum atque stipatorum agmine, unusquisque videbatur Crœsus esse; quousque ad illum ipsum est deductus circumjectum omni cultu qui ex gemmis, colore vestis, ex auro fabrefacto ad nitoris elegantiam vel præcellentiam vel admirationem parari potuisse videbatur: quo nimirum spectaculum ei præberet quam augustissimum summaque varietate ornatum. Cæterum ut coram astans non modo nihil est motus Solon, nec ad eam speciem vocem misit pro Crœsi expectatione, verum etiam clare apparebat sanis omnibus illius insolentiæ se & ineptiarum nullam ducere rationem; jussit ei thesauros pecuniæ suæ aperiri, & ut duces regium omnem supellectilem & splendorem ostenderent. At nihil erat istis opus Soloni:

facile

καὶ πολυτέλειαν. ἤρκει γὰρ αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τοῦ τρόπου κατανόησιν παρέχειν. ὡς δ' οὖν αὖθις ἤχθη γεγονὼς ἁπάντων θεατής, ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Κροῖσος εἴ τινα εἶδεν ἀνθρώπων αὐτοῦ μακαριώτερον. ἀποφηναμένου δὲ τοῦ Σόλωνος ὅτι εἶδε Τέλλον αὐτοῦ πολίτην, καὶ διεξελθόντος ὅτι χρηστὸς ἀνὴρ ὁ Τέλλος γενόμενος, καὶ παῖδας εὐδοκίμους ἀπολιπών, καὶ βίον οὐδενὸς ἐνδεᾶ τῶν ἀναγκαίων ἐτελεύτησεν ἐνδόξως, ἀριστεύσας ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἤδη μὲν ἀλλόκοτος ἐδόκει εἶναι τῷ Κροίσῳ καὶ ἄγροικος, εἰ μὴ πρὸς ἀργύριον πολὺ, μηδὲ χρυσίον, τῆς εὐδαιμονίας ποιεῖται τὴν ἀναμέτρησιν, ἀλλὰ δημοτικοῦ καὶ ἰδιώτου βίον καὶ θάνατον ἀνθρώπου, μᾶλλον ἢ τοσαύτην ἀγαπῴη δύναμιν καὶ ἀρχήν. οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἠρώτησεν αὐτὸν εἰ μετὰ Τέλλον, ἄλλον ἔγνωκεν ἀνθρώπων εὐδαιμονέστερον. πάλιν δὲ τοῦ Σόλωνος εἰπόντος εἰδέναι Κλέοβιν καὶ Βίτωνα, φιλαδέλφους καὶ φιλομήτορας διαφερόντως ἄνδρας, οἱ τὴν μητέρα, τῶν βοῶν βραδυνόντων, ὑποδύντες αὐτοὶ τῷ ζυγῷ τῆς ἁμάξης, ἐκόμισαν πρὸς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, εὐδαιμονιζομένην ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ χαίρουσαν, εἶτα θύσαντες καὶ πιόντες, οὐκ ἔτι μεθ' ἡμέραν ἀνέστησαν, ἀλλὰ τεθνηκότες, ἀναλγῆ καὶ ἄλυπον ἐπὶ δόξῃ τοσαύτῃ χόντες θάνατον ὤφθησαν· ἡμᾶς δ', εἶπεν ἤδη πρὸς ὀργὴν ὁ Κροῖσος, εἰς οὐδένα τίθης εὐδαιμόνων ἀριθμὸν ἀνθρώπων; καὶ ὁ Σόλων, οὔτε κολακεύειν βουλόμενος αὐτὸν, οὔτε περαιτέρω παροξύνειν, Ἕλλησιν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ Λυδῶν, πρός τε τἆλλα μετρίως ἔχειν ὁ Θεὸς ἔδωκε, καὶ σοφίας τινὸς εὐθαρσοῦς, ὡς ἔοικε, καὶ δημοτικῆς, οὐ βασιλικῆς οὐδὲ λαμπρᾶς, ὑπὸ μετριότητος ἡμῖν μέτεστιν,

facile enim ipse ille poterat in semetipso ingenium & mores suos demonstrare. Ut igitur contemplatus omnia & reductus est, num quem hominem requisivit ex eo Crœsus se nosset beatiorem. Quum dixisset Solon Tellum nosse se civem suum, recensuissetque bonum virum Tellum fuisse, & honestis relictis liberis, quum nihil ei in vita absfuisset, fortiter pro patria dimicantem cum laude mortem oppetiisse; jam Crœso videbatur stupidus plane & inurbanus, quod neque auri neque argenti vi metiretur beatitudinem, sed hominis vitam & obitum popularis privatique tam immensæ potentiæ & imperio anteferret. Tandem tamen rogavit eum denuo, secundum Tellum num quem cognosceret beatiorem alium. Verum nominabat iterum Solon Cleobin & Bitonem singulari & inter se & in matrem pietate viros, qui remorantibus bobus jugum ipsi plaustri subiissent, genitricemque ad Junonis traxissent delubrum, gratulantibus ei civibus exultantem: inde sacris peractis epulati, non surrexissent postridie, sed in tanta gloria vitam cum morte citra ullum dolorem vel cruciatum reperti essent commutasse. Quid nos? (inquit jam ira incensus Crœsus) nullone nos numero inter beatos habes? Cui Solon nolens vel adulari ei, vel ultra asperare, Græcis (inquit) rex Lydorum, cum mediocria Dii dederunt alia, tum sapientiam quandam ex mediocritate meo judicio constantem plebeiamque, non regiam aut splendidam, quæ vitam

ἐστιν, ἡ τύχαις ὁρῶσα παντοδαπαῖς χρώμενον ἀεὶ τὸν βίον, οὐκ ἐᾷ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς μέγα φρονεῖν, οὐδὲ θαυμάζειν ἀνδρὸς εὐτυχίαν μεταβολῆς χρόνον ἔχουσαν. ἔπεισι γὰρ ἑκάστῳ ποικίλον ἐξ ἀδήλου τὸ μέλλον· ᾧ δ' εἰς τέλος ὁ δαίμων ἔθετο τὴν εὐπραξίαν, τοῦτον εὐδαίμονα νομίζομεν. ὁ δὲ ζῶντος ἔτι καὶ κινδυνεύοντος ἐν τῷ βίῳ μακαρισμὸς, ὥσπερ ἀγωνιζομένου κήρυγμα καὶ στέφανός ἐστιν ἀβέβαιος καὶ ἄκυρος. ταῦτ' εἰπὼν ὁ Σόλων ἀπηλλάττετο, λυπήσας μὲν, οὐ νουθετήσας δὲ τὸν Κροῖσον.

Ὁ δὲ λογοποιὸς Αἴσωπος, ἐτύγχανε γὰρ εἰς Σάρδεις γεγονὼς μετάπεμπτος ὑπὸ Κροίσου, καὶ τιμώμενος, ἠχθέσθη τῷ Σόλωνι, μηδεμιᾶς τυχόντι φιλανθρωπίας, καὶ προτρέπων αὐτὸν, Ὦ Σόλων, ἔφη, τοῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν. καὶ ὁ Σόλων, Μὰ Δί', εἶπεν ἀλλ' ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἄριστα. τότε μὲν οὖν ὁ Κροῖσος οὕτω τοῦ Σόλωνος κατεφρόνησεν. ἐπεὶ δὲ Κύρῳ συμβαλὼν ἐκρατήθη μάχῃ, καὶ τὴν πόλιν ἀπώλεσε, καὶ ζῶν ἁλοὺς αὐτὸς ἔμελλε καταπίμπρασθαι, καὶ γενομένης πυρᾶς, ἀνεβιβάσθη δεδεμένος, θεωμένων Περσῶν ἁπάντων καὶ Κύρου παρόντος, ἐφ' ὅσον ἐξικνεῖτο καὶ δυνατὸς ἦν τῇ φωνῇ φθεγξάμενος ἀνεβόησε τρὶς, Ὦ Σόλων. θαυμάσας οὖν ὁ Κῦρος ἔπεμψε τοὺς ἐρησομένους ὅστις ἀνθρώπων ἢ Θεῶν, οὗτός ἐστιν ὁ Σόλων, ὃν ἐν τύχαις ἀπόροις μόνον ἀνακαλεῖται. καὶ ὁ Κροῖσος οὐδὲν ἀποκρυψάμενος, εἶπεν ὅτι τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν εἷς οὗτος ἦν ἀνὴρ, ὃν ἐγὼ μετεπεμψάμην, οὐκ ἀκοῦσαί τι βουλόμενος, οὐδὲ μαθεῖν, ὧν ἐνδεὴς ἤμην, ἀλλ' ὡς δή μοι θεατὴς γένοιτο, καὶ μάρτυς ἀπίοι τῆς εὐδαιμονίας ἐκείνης, ἣν ἀπο-

tam considerans varietati fortunæ expositam, non sinit nos præsentibus bonis animos tollere, neque ullius suspicere fœlicitatem vicissitudini opportunam temporis. Offert enim unicuique ex improviso futurum alias atque alias conversiones. Cui vero prosperitatem Deus exitu confirmavit, hunc numeramus beatum: at viventis adhuc & periculis in vita propositi beatitudo, sicut certantis præconium & corona, fluxa est & irrita. Ea fatus Solon digressus est, & offendit, non correxit Crœsum.

Erat eadem tempestate Sardibus fabularum scriptor Æsopus, quem Cræsus accitum in honore habebat. Hic vicem Solonis doluit illiberaliter accepti, monensque eum, Cum regibus, Solon (infit) est aut nequaquam aut quam jucundissime agendum. Cui Solon, Minime, inquit, immo nequaquam aut quam optime. Ac tunc quidem Solonem Crœsus tantopere despexit. Postquam vero acie fuit a Cyro victus, amissaque urbe, vivus venit in potestatem ejus, & cremandus fuit, vinctusque pyræ extructæ inspectantibus Persis omnibus & assistente Cyro est impositus, quantum intendere valuit vocem, exclamavit, Solon, Solon, Solon. Id miratus Cyrus misit quæsitum ex eo quisnam Deorum vel hominum esset Solon ille, quem in rebus perditis unum cieret. Crœsus nihil dissimulans, Hic vir, inquit, in sapientibus Græciæ unus fuit, quem ego accersivi, non quidem quo quicquam audirem, aut quibus habebam opus discerem, verum ut mihi scilicet spectator esset, & illius tantæ meæ abiret testis fœlicitatis, cujus mihi

ἀποβαλεῖν ἄρα μεῖζον ἦν κακὸν, ἢ λαβεῖν, ἀγαθόν. λόγος γὰρ ἦν καὶ δόξα τἀγαθὸν παρούσης, αἱ μεταβολαὶ δέ μοι αὐτῆς εἰς πάθη δεινὰ καὶ συμφορὰς ἀνηκέστους ἔργῳ τελευτῶσι. καὶ ταῦτ' ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ ἐκ τῶν τότε τὰ νῦν τεκμαιρόμενος, ἐκέλευσε τὸ τέλος τοῦ βίου σκοπεῖν, καὶ μὴ θρασυνόμενον ἀβεβαίοις ὑπονοίαις ὑβρίζειν. ἐπεὶ δὲ ταῦτ' ἀπηνέχθη πρὸς τὸν Κῦρον, ἅτε δὴ σοφώτερος ὢν τοῦ Κροίσου, καὶ τὸν λόγον τοῦ Σόλωνος ἰσχυρὸν ἐν τῷ παραδείγματι βλέπων, οὐ μόνον ἀφῆκε τὸν Κροῖσον, ἀλλὰ καὶ τιμῶν ἐφ' ὅσον ἔζη διετέλεσε· καὶ δόξαν ἔσχεν ὁ Σόλων, ἑνὶ λόγῳ τὸν μὲν σώσας, τὸν δὲ παιδεύσας τῶν βασιλέων.

Οἱ δὲ ἐν ἄστει πάντες ἐστασίαζον ἀποδημοῦντος τοῦ Σόλωνος· καὶ προειστήκει τῶν μὲν πεδιέων Λυκοῦργος, τῶν δὲ παράλων Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος, Πεισίστρατος δὲ τῶν διακρίων· ἐν οἷς ἦν ὁ θητικὸς ὄχλος, καὶ μάλιστα τοῖς πλουσίοις ἀχθόμενος· ὥστε χρῆσθαι μὲν ἔτι τοῖς νόμοις τὴν πόλιν, ἤδη δὲ πράγματα νεώτερα προσδοκᾶν, καὶ ποθεῖν ἅπαντας ἑτέραν κατάστασιν, οὐκ ἴσον ἐλπίζοντας, ἀλλὰ πλέον ἕξειν ἐν τῇ μεταβολῇ, καὶ κρατήσειν παντάπασι τῶν διαφερομένων. οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ὁ Σόλων παραγενόμενος εἰς τὰς Ἀθήνας, αἰδῶ μὲν εἶχε καὶ τιμὴν παρὰ πᾶσιν, ἐν δὲ κοινῷ λέγειν καὶ πράσσειν ὁμοίως οὐκ ἔτ' ἦν δυνατὸς, οὐδὲ πρόθυμος ὑπὸ γήρως, ἀλλ' ἐντυγχάνων ἰδίᾳ τοῖς προεστῶσι τῶν στάσεων ἀνδράσιν, ἐπειρᾶτο διαλύειν καὶ συναρμόττειν, μάλιστα τοῦ Πεισιστράτου προσέχειν δοκοῦντος αὐτῷ. καὶ γὰρ αἱμύλον τι καὶ προσφιλὲς εἶχεν ἐν τῷ διαλέγεσθαι, καὶ βοηθητικὸς ἦν τοῖς πένησι, καὶ πρὸς

τὰς

hi amissio profecto plus attulit mali quam boni adeptio. Nam verbo fuit & opinione ejus bonum præsentis, sed inclinatio in calamitates mihi revera evadit graves & lugubres. Atque vir ille ex ea fortuna præsentem augurans, finem monuit me ut vitæ spectarem, neque volubili elatus fiducia ferocirem. Quibus ad Cyrum relatis, ut qui sapientior esset Crœso, & exemplo videret confirmatum sermonem Solonis, non modo liberavit Crœsum, sed & dum vixit, honore est eum prosequutus. Retulit autem Solon laudem, quod duorum regum uno dicto alterum servasset, alterum erudivisset.

At Athenis omnes per Solonis absentiam in seditionem exarserant. Dux erat Pediæorum Lycurgus, Paralorum Megacles Alcmæonis, Pisistratus Diacriorum, in quibus mercenarii erant locupletibus imprimis infesti. Vigebant quidem etiam tum in civitate leges Solonis, sed ad res novas spectabant, & desiderabant omnes alium reipub. statum. Sperabant nempe non quod æquum erat, sed aliena quoque se assequuturos in mutatione, & adversam partem undequaque oppressuros. In hoc rerum statu regressus Solon Athenas, erat quidem in magna apud omnes reverentia atque honore, cæterum ad dicendum vel agendum in publico nec vires aderant ei præpediente senio nec alacritas: capita vero factionum seorsum appellans, tentabat discutere discordias, eosque reconciliare, præcipue auscultante ei (ut apparebat) Pisistrato. Etenim blandus hic erat, & suavis in sermone, refugium pauperum, in

ge-

τὰς ἔχθρας ἐπιεικὴς καὶ μέτριος. ἃ δὲ φύσει μὴ προσῆν αὐτῷ, καὶ ταῦτα μιμούμενος, ἐπιστεύετο μᾶλλον τῶν ἐχόντων, ὡς εὐλαβὴς καὶ κόσμιος ἀνὴρ, καὶ μάλιστα δὴ τὸ ἴσον ἀγαπῶν, καὶ δυσχεραίνων εἴ τις τὰ παρόντα κινοῖ, ἢ νεωτέρων ὀρέγοιτο. τούτοις γὰρ ἐξηπάτα τοὺς πολλούς. ὁ δὲ Σόλων, ταχὺ τὸ ἦθος ἐφώρασεν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν πρῶτος ἐγκατεῖδεν· οὐ μὴν ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐπειρᾶτο πραΰνειν καὶ νουθετεῖν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε καὶ πρὸς ἑτέρους, ὡς εἴ τις ἐξέλοι τὸ φιλόπρωτον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἰάσαιτο τῆς τυραννίδος, οὐκ ἔστιν ἄλλος εὐφυέστερος πρὸς ἀρετὴν, οὐδὲ βελτίων πολίτης. ἀρχομένων δὲ τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν, καὶ διὰ τὴν καινότητα τοὺς πολλοὺς ἄγοντος τοῦ πράγματος, οὔπω δ' εἰς ἅμιλλαν ἐναγώνιον ἐξηγμένου, φύσει φιλήκοος ὢν καὶ φιλομαθὴς ὁ Σόλων, ἔτι μᾶλλον ἐν γήρᾳ σχολῇ καὶ παιδιᾷ καὶ νὴ Δία πότοις καὶ μουσικῇ παραπέμπων ἑαυτὸν, ἐθεάσατο τὸν Θέσπιν αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς. μετὰ δὲ τὴν θέαν προσαγορεύσας αὐτὸν, ἠρώτησεν εἰ τοσούτων ἐναντίον οὐκ αἰσχύνεται τηλικαῦτα ψευδόμενος. φήσαντος δὲ τοῦ Θέσπιδος, μὴ δεινὸν εἶναι τὸ μετὰ παιδιᾶς λέγειν τὰ τοιαῦτα καὶ πράσσειν, σφόδρα τῇ βακτηρείᾳ τὴν γῆν ὁ Σόλων πατάξας, ταχὺ μέντοι τὴν παιδιὰν ταύτην ἐπαινοῦντες καὶ τιμῶντες, εὑρήσομεν ἐν τοῖς συμβολαίοις.

Ἐπεὶ δὲ κατατρώσας αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Πεισίστρατος ἧκεν εἰς ἀγορὰν ἐπὶ ζεύγους κομιζόμενος, καὶ παρώξυνε τὸν δῆμον ὡς διὰ τὴν πολιτείαν ὑπὸ

τῶν

gerendis simultatibus facilis moderatusque. Quum autem etiam ea quæ natura denegasset sibi adumbraret, major ei, quam illis qui ea possiderent, fides erat, ut pudenti viro & modesto, ac imprimis amanti, ut sicui alii, æquitatis, graviterque ferenti si quis præsentem rerum statum moveret, aut rebus studeret novis. Quippe his artibus plebi imposuit. At cito deprehendit ingenium ejus Solon, fraudemque primus introspexit: non suscepit tamen odium ejus, verum demulcere nitebatur eum & corrigere, dixitque tum ei tum aliis, siquis principatus cupiditatem elideret ex animo ejus, & dominandi mederetur libidini, non esse ad virtutem magis factum nec civem meliorem alium. Quum jam movere Thespis cœpisset tragœdiam, & retineret rei novitas multitudinem, (necdum autem ad certaminis contentionem evaserat res) quod audiendi & discendi Solon studio teneretur, magisque in senectute in otium ludumque se, & vero etiam in convivia atque musicam remitteret, ipsum agentem (ut mos erat veterum) spectavit Thespin. Mox sub ludis convenit eum, quæsivitque ecquid ipsum puderet in tanta corona tanta proferre mendacia. Ut vero respondit Thespis, non esse indignum ea per ludum vel dicere vel facere, Solon terra baculo graviter percussa, At brevi, inquit, qui nunc probamus & amplectimur hunc ludum, reperiemus eum in contractibus & negotiis.

Ut vero semet ipse Pisistratus consauciavit, atque ita rheda in forum delatus, populum, tanquam insidiis inimicorum reipublicæ causa

esset

τῶν ἐχθρῶν ἐπιβεβουλευμένος, καὶ πολλοὺς εἶχεν ἀγανακτοῦντας καὶ βοῶντας, προσελθὼν ἐγγὺς ὁ Σόλων καὶ παραστὰς, Οὐ καλῶς, εἶπεν, ὦ παῖ Ἱπποκράτους, ὑποκρίνη τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα. ταῦτα γὰρ ποιεῖς τοὺς πολίτας παρακρουόμενος, οἷς ἐκεῖνος τοὺς πολεμίους ἐξηπάτησεν αἰκισάμενος ἑαυτόν. ἐκ τούτου τὸ μὲν πλῆθος ἦν ἕτοιμον ὑπερμαχεῖν τοῦ Πεισιστράτου, καὶ συνῆλθεν εἰς ἐκκλησίαν ὁ δῆμος· Ἀρίστωνος δὲ γράψαντος ὅπως δοθῶσι πεντήκοντα κορυνηφόροι τῷ Πεισιστράτῳ, φυλακὴ τοῦ σώματος, ἀντεῖπεν ὁ Σόλων ἀναστὰς, καὶ πολλὰ διεξῆλθεν ὅμοια τούτοις οἷς διὰ τῶν ποιημάτων γέγραφεν.

Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός.
Ὑμῶν δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
Σύμπασιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος.

ὁρῶν δὲ τοὺς μὲν πένητας ὁρμωμένους χαρίζεσθαι Πεισιστράτῳ, καὶ θορυβοῦντας, τοὺς δὲ πλουσίους ἀποδιδράσκοντας καὶ ἀποδειλιῶντας, ἀπῆλθεν, εἰπὼν ὅτι τῶν μὲν ἐστι σοφώτερος, τῶν δ' ἀνδρειότερος· σοφώτερος μὲν τῶν μὴ συνιέντων τὸ πραττόμενον· ἀνδρειότερος δὲ τῶν συνιέντων μὲν, ἐναντιοῦσθαι δὲ τῇ τυραννίδι φοβουμένων. τὸ δὲ ψήφισμα κυρώσας ὁ δῆμος, οὐδὲ περὶ τοῦ πλήθους ἔτι τῶν κορυνηφόρων διεμικρολογεῖτο πρὸς τὸν Πεισίστρατον, ἀλλ' ὅσους ἐβούλετο τρέφοντα καὶ συνάγοντα φανερῶς περιεώρα, μέχρι τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε. γενομένου δὲ τούτου, καὶ τῆς πόλεως συνταραχθείσης, ὁ μὲν Μεγακλῆς εὐθὺς ἔφυγε μετὰ τῶν ἄλλων Ἀλκμαιωνιδῶν. ὁ δὲ Σόλων, ἤδη μὲν

ἦν

esset circumventus, inflammavit, multique vicem ejus indignabantur fremebantque, propius accedens Solon & assistens ei, Parum recte, inquit, agis fili Hippocratis Homericum Ulyssem. Eadem enim designas ad fallendum cives, quibus hostes ille flagris a semet ipse mulctatus elusit. Inde præsto plebs fuit ad protegendum Pisistratum, & ad concionem venit populus. Ubi quum ferret Aristo ut quinquaginta stipatores stationarii ei assignarentur, surrexit Solon ad id dissuadendum: multaque commemoravit his similia, quæ carminibus mandavit,

Nam vos lingua viri, vos blandimenta morantur. Et,
Vestrum quisque quidem vulpis vestigia figit,
Verum tota cohors pectora cæca gerit.

At quum inopes cerneret studiosos Pisistrati, & tumultum cientes, locupletes vero ob metum fugæ consulentes, recessit, dicens his se fortiorem, illis esse prudentiorem: prudentiorem iis qui quid agebatur, non intelligerent: fortiorem aliis qui quum intelligerent id quod agebatur, obsistere tamen dubitarent tyrannidi. Postquam eam rogationem scivit plebs, non anxie deinceps de numero satellitum disceptavit cum Pisistrato, verum quotcumque aleret & cogeret, aperte connivit, dum ille occupavit arcem. Inde tumultuante civitate, confestim Megacles cum Alcmæonidis cæteris profugit. Solon vero, etsi exacta jam ætate

 esset,

ἦν σφόδρα γέρων, καὶ τοὺς βοηθοῦντας οὐκ εἶχεν, ὅμως δὲ προῆλθεν εἰς ἀγορὰν, καὶ διελέχθη πρὸς τοὺς πολίτας, τὰ μὲν, κακίζων τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν καὶ μαλακίαν, τὰ δὲ, παρορμῶν ἔτι καὶ παρακαλῶν μὴ προέσθαι τὴν ἐλευθερίαν. ὅτε καὶ τὸ μνημονευόμενον εἶπεν, ὡς πρῴην μὲν ἦν εὐμαρέστερον αὐτοῖς τὸ κωλῦσαι τὴν τυραννίδα συνισταμένην, νῦν δὲ μεῖζόν ἐστι καὶ λαμπρότερον ἐκκόψαι καὶ ἀνελεῖν συνεστῶσαν ἤδη καὶ πεφυκυῖαν. οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ διὰ τὸν φόβον, ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν θέμενος εἰς τὸν στενωπὸν, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ὡς δυνατὸν ἦν, βεβοήθηται τῇ πατρίδι καὶ τοῖς νόμοις. καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχίαν ἦγε. καὶ τῶν φίλων φεύγειν παραινούντων, οὐ προσεῖχεν, ἀλλὰ ποιήματα γράφων, ὠνείδιζε τοῖς Ἀθηναίοις,

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μή τι Θεοῖς τούτων μῆνιν ἐπαμφέρετε.
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατ' ἐρύματα δόντες,
Καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἔχετε δουλοσύνην.

Ἐπὶ τούτοις δὲ πολλῶν νουθετούντων αὐτὸν ὡς ἀποθανούμενον ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ πυνθανομένων, τίνι πιστεύων οὕτως ἀπονοεῖται, Τῷ γήρᾳ, εἶπεν. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Πεισίστρατος ἐγκρατὴς γενόμενος τῶν πραγμάτων, οὕτως ἐξεθεράπευσε τὸν Σόλωνα, τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος καὶ μεταπεμπόμενος, ὥστε καὶ σύμβουλον εἶναι, καὶ πολλὰ τῶν πρασσομένων ἐπαινεῖν. καὶ γὰρ ἐφύλαττε τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος, ἐμμένων πρῶτος αὐτὸς, καὶ τοὺς φίλους ἀναγ-

esset, neque ullum haberet subsidium, in forum progressus tamen habuit ad cives concionem, qua partim stultitiam eorum & ignaviam est insectatus, partim accendit & incitavit eos ne desererent libertatem. Quo tempore etiam hoc celebre dictum commemoravit; Fuisse ante ipsis exorientem reprimere tyrannidem expeditius, nunc grandius esse & illustrius constitutam jam & adultam exscindere & evertere. Ubi vero nemo ob pavorem audivit eum, domum discessit, sumptisque armis atque pro foribus in vico positis, Ego quidem, inquit, quantum potui, patriæ & legibus succurri. Ac deinceps tenuit se in otio, neque amicis ut solum verteret monentibus audiens fuit, verum carminibus scriptis insectatus est Athenienses,

Si vestra fletis culpa tot tristia passi,
Ne velis irasci noxia turba Diis:
Hos auctos ipsi vos evexistis in arcem.
Nunc ergo domini vos juga ferre decet.

Quamobrem docentibus multis mortem ei impendere a tyranno, rogantibusque qua re fretus adeo loqueretur temere, Senectute, respondit. Atqui Pisistratus sane potitus rerum, ita Solonem observavit, honore & benevolentia prosequens eum, accersensque, ut hic in consilio illius esset, multaque ejus instituta probaret. Namque leges plerasque Solonis retinuit, iisque paruit ipse princeps, & amicos coe-

ἀναγκάζων. ὅς γε καὶ φόνου προσκληθεὶς εἰς Ἄρειον πάγον ἤδη τυραννῶν, ἀπήντησε κοσμίως, ἀπολογησόμενος· ὁ δὲ κατήγορος οὐχ ὑπήκουσε. καὶ νόμους αὐτὸς ἑτέρους ἔγραψεν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ, δημοσίᾳ τρέφεσθαι κελεύων. τοῦτο δέ φησιν Ἡρακλείδης, καὶ πρότερον ἐπὶ Θερσίππῳ πηρωθέντι τοῦ Σόλωνος ψηφισαμένου, μιμήσασθαι τὸν Πεισίστρατον. ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστόρηκε, καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίστρατος, ᾧ τήν τε χώραν ἐνεργεστέραν καὶ τὴν πόλιν ἠρεμαιοτέραν ἐποίησεν. ὁ δὲ Σόλων ἀψάμενος μεγάλης τῆς περὶ τὸν Ἀτλαντικὸν λόγον ἢ μῦθον πραγματείας, ὃν διήκουσε τῶν περὶ Σάϊν λογίων, προσήκοντα τοῖς Ἀθηναίοις, ἐξέκαμεν, οὐ δι' ἀσχολίαν, ὡς Πλάτων φησὶν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ γήρως, φοβηθεὶς τὸ μέγεθος τῆς γραφῆς. ἐπεὶ σχολῆς γε περιουσίαν αὐτοῦ μηνύουσιν αἱ τοιαῦται φωναί,

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Καί,

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα καὶ Διονύσου,
Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

Ὡς δὲ χώρας καλῆς ἔδαφος ὁ Πλάτων ἔρημον, αὐτῷ δέ πως κατὰ συγγένειαν προσῆκον, ἐξεργάσασθαι καὶ διακοσμῆσαι φιλοτιμούμενος τὴν Ἀτλαντικὴν ὑπόθεσιν, πρόθυρα μὲν μεγάλα, καὶ περιβόλους καὶ αὐλὰς τῇ ἀρχῇ περιέθηκεν, οἷα λόγος οὐδεὶς ἄλλος ἔσχεν, οὐδὲ μῦθος, οὐδὲ ποίησις. ὀψὲ δὲ ἀρξάμενος, προκατέλυσε τοῦ ἔργου τὸν βίον, ὅσῳ μᾶλλον εὐφραίνει τὰ γεγραμ-

coegit. Quippe jam in dominatu apud Areopagitas cædis accusatus, modeste ad judicium stetit ad causam dicendam, quam tamen deseruit accusator. Præterea leges ipse alias scripsit, inter quas est illa, ut mutilati in bello ex ærario alantur. Cæterum id Heraclides ait, quum ante in Thersippo membris truncato Solon decrevisset, Pisistratum imitatum. Ut autem Theophrastus scriptum reliquit, nec legem de otiosis Solon, sed Pisistratus tulit, qua agrum redderet cultiorem, & pacatiorem urbem. At Solon quum operosam de Atlantico sermone vel fabula inchoasset commentationem, quam ex Saitarum sapientibus acceperat convenientem Atheniensibus, elanguit, non propter occupationes, ut Plato vult, sed potius ex senio, operis magnitudine deterritus. Nam otio quidem eum abundasse indicant hæ voces,

Addiscens fio nocte dieque senex.

Et,

Sunt Veneris Bacchique mihi nunc munera cordi,
Musarumque, viros quæ recreare solent.


Atqui Plato argumentum Atlanticum prægestiens ut amœni loci aream desertam, quæ proximitatis jure ad ipsum rediret, excolere & expolire, cinxit ingentibus vestibulis, septis & atriis, qualia scriptum nullum aliud nec fabula nec poema habuit, ejus aditum. Sed quia sero admovit ei manum, opus letho antevertit. Et quo magis, quæ scripta sunt, oble-

γεγραμμένα, τοσούτῳ μᾶλλον τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἀνιάσας. ὡς γὰρ ἡ πόλις τῶν Ἀθηναίων τὸ Ὀλυμπιεῖον, οὕτως ἡ Πλάτωνος σοφία τὸν Ἀτλαντικὸν ἐν πολλοῖς καλοῖς μόνον ἔργον ἀτελὲς ἔσχηκεν. ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, συχνὸν χρόνον, ὡς δὲ Φανίας ὁ Ἐφέσιος ἐλάττονα δυοῖν ἐτῶν. ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος· ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνα φησὶν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν, τοῦ μετὰ Κωμίαν ἄρξαντος. ἡ δὲ δὴ διασπορὰ κατακαυθέντος αὐτοῦ τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίων νῆσον, ἔστι μὲν διὰ τὴν ἀτοπίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης· ἀναγέγραπται δ' ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων, καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.

ctant, eo gravius opere angunt non consummato. Ut enim urbs Atheniensis templum Jovis Olympii, ita argumentum Atlanticum inter scripta multa præclara solum reliquit Platonis sapientia imperfectum. Porro fuit superstes Solon, postquam occupavit Pisistratus tyrannidem, ut memoriæ tradidit Ponticus Heraclides, per multos annos: ut Phanias Ephesius, minus duobus annis. Siquidem cœpit Pisistratus dominari Comia archonte: Hegestrato vero archonte, cujus magistratus proximus Comiæ fuit, Solonem refert Phanias obiisse. At combusti cineres fuisse per Salaminiorum insulam dissipatos, est adeo absurdum, ut absonum plane sit a fide & fabulosum: quod proditum est tamen cum ab aliis testibus fide dignis, tum ab Aristotele philosopho.




ΠΟΠ-



Apud Ful. Ursin.

ΠΟΠΛΙΚΟΛΑΣ.



ΤΟΙΟΥΤΩ δὲ γενομένῳ τῷ Σόλωνι τὸν Ποπλικόλαν παραβάλλομεν· ᾧ τοῦτο μὲν ὕστερον ὁ Ῥωμαίων δῆμος ἐξεῦρεν ἐπὶ τιμῇ τοὔνομα, πρὸ τούτου δὲ Πόπλιος Οὐαλέριος ἐκαλεῖτο· Οὐαλερίου δοκῶν ἀπόγονος εἶναι τῶν παλαιῶν ἀνδρὸς αἰτιωτάτου γενομένου Ῥωμαίους καὶ Σαβίνους ἐκ πολεμίων ἕνα γενέσθαι δῆμον. ὁ γὰρ μάλιστα τοὺς βασιλεῖς εἰς ταὐτὸ πείσας συνελθεῖν καὶ διαλλάξας, ἐκεῖνός ἐστι. τούτῳ δὴ κατὰ γένος προσήκων Οὐαλέριος, ὥς φασι, βασιλευομένης μὲν ἔτι τῆς Ῥώμης, ἐπιφανὴς ἦν διὰ λόγον καὶ πλοῦτον· ὧν τῷ μὲν ὀρθῶς καὶ μετὰ παρρησίας ἀεὶ χρώμενος ὑπὲρ τῶν δικαίων, ἀφ' οὗ δὲ τοῖς δεομένοις ἐλευθερίως καὶ φιλανθρώπως ἐπαρκῶν, δῆλος ἦν εὐθύς, εἰ γένοιτο δημοκρατία, πρωτεύσων. ἐπεὶ δὲ Ταρκύνιον Σούπερβον οὔτε λαβόντα τὴν ἀρχὴν καλῶς, ἀλλ' ἀνοσίως καὶ παρανόμως, οὔτε χρώμενον αὐτῇ βασιλικῶς, ἀλλ' ὑβρίζοντα καὶ τυραννοῦντα, μισῶν ὁ δῆμος καὶ

βαρυνό-

Cum Solone tali viro nos comparamus Poplicolam, cui post hoc nomen populus Romanus honoris causa tribuit, ante fuit P. Valerius dictus. Apparet hunc fuisse ortum ex Valerio, qui apud majores, ut Romani & Sabini armis depositis in unum populum coirent, præcipuus fuit autor. Hic enim est ille qui præ cæteris reges ad colloquium perpulit conciliavitque. Ejus ergo Valerius stirpe ortus, ut fama est, quum adhuc foret sub regibus Roma, insignis eloquentia erat & divitiis: quorum his ad liberalitatem & humanitatem erga inopes exercendam, illa recte & libere pro justitia utens, magnam statim expectationem præbuit, si quando res sub populari dominatione fierent, fore ut primum locum obtineret. Postquam vero Tarquinium Superbum, qui nec bonis artibus regnum, sed impie & nefarie paraverat, neque regia administrabat virtute, sed superbe & tyrannice, populus perosus

&

βαρυνόμενος, ἀρχὴν ἀποστάσεως ἔλαβε τὸ Λουκρητίας πάθος, αὐτὴν ἐπὶ τῷ βιασθῆναι διεργασαμένης· καὶ Λεύκιος Βροῦτος ἁπτόμενος τῆς τῶν πραγμάτων τῆς μεταβολῆς, ἐπὶ πρῶτον ἦλθε τὸν Οὐαλέριον, καὶ χρησάμενος αὐτῷ προθυμοτάτῳ, συνεξέβαλε τοὺς βασιλεῖς. καὶ μέχρι μὲν ἐπίδοξος ἦν ὁ δῆμος ἕνα χειροτονήσειν ἀντὶ τοῦ βασιλέως στρατηγὸν, ἡσυχίαν ἦγεν ὁ Οὐαλέριος, ὡς τῷ Βρούτῳ μᾶλλον ἄρχειν προσῆκον, ἡγεμόνι τῆς δημοκρατίας γεγενημένῳ· δυσχεραινομένου δὲ τοῦ τῆς μοναρχίας ὀνόματος, καὶ δοκοῦντος ἂν ἀλυπότερον τοῦ δήμου μερισθεῖσαν ὑπομεῖναι τὴν ἀρχὴν, καὶ δύο προβαλλομένου καὶ καλοῦντος, ἐλπίζων μετὰ τοῦ Βρούτου αἱρεθήσεσθαι καὶ συνυπατεύσειν, διήμαρτεν. ᾑρέθη γὰρ ἄκοντι τῷ Βρούτῳ συνάρχων ἀντὶ τοῦ Οὐαλερίου Ταρκύνιος Κολλατῖνος, ὁ Λουκρητίας ἀνὴρ, οὐδὲν ἀρετῇ Οὐαλερίου διαφέρων. ἀλλ' οἱ δυνατοὶ δεδιότες τοὺς βασιλεῖς, ἔτι πολλὰ πειρῶντας ἔξωθεν, καὶ μαλάσσοντας τὴν πόλιν, ἐβούλοντο τὸν ἐντονώτατον αὐτοῖς ἐχθρὸν ἔχειν στρατηγὸν, ὡς οὐχ ὑφησόμενον.

Ἀγανακτῶν οὖν ὁ Οὐαλέριος εἰ μὴ πιστεύεται πάντα πράττειν ἕνεκα τῆς πατρίδος, ὅτι μηδὲν ἰδίᾳ κακὸν ὑπὸ τῶν τυράννων πέπονθε, τῆς τε βουλῆς ἀπέστη, καὶ τὰς συνηγορίας ἀπεῖπε, καὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ παντελῶς ἐξέλιπεν· ὥστε καὶ λόγον τοῖς πολλοῖς παρασχεῖν καὶ φροντίδα, φοβουμένοις μὴ δι' ὀργὴν προσθέμενος τοῖς βασιλεῦσιν ἀνατρέψῃ τὰ πράγματα, καὶ τὴν πόλιν ἐπισφαλῶς ἔχουσαν. ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς ἑτέρους τινὰς ὑποψίαν ἔχων ὁ Βροῦτος ἐβούλετο διὰ σφαγίων ὁρκῶσαι τὴν βουλὴν, καὶ προεῖπεν ἡμέραν, κατέβη

& gravatus, casum Lucretiæ, quæ ob stuprum oblatum semet ipsa trucidavit, ansam cepit ab eo desciscendi; ac L. Brutus moliens novare res, primum consilium consociavit cum Valerio, quo acerrimo adjutore usus reges expulit: quamdiu putabatur populus unum regis loco electurus ducem, conquievit Valerius, imperium existimans ad Brutum, qui auspicem præbuerat se ad libertatem, pertinere potius. Quia vero aversus erat populus ab unius dominatus nomine, atque æquiore animo dispertitam videbatur summam potestatem laturus, ideoque duos destinaret, posceretque, spe concepta cum Bruto se consulem designatum iri, spe decidit. Collega enim Bruto datus invito est, pro Valerio Lucretiæ vir Tarquinius Collatinus: non ille quidem virtute Valerio præcellentior, sed primores metu suspensi multa adhuc foris molientium regum & lenociniis solicitantium civitatem, ducem quærebant quam acerrimum & implacabilem eorum hostem.

Id indigne ferens Valerius, quod non putaretur omnia pro patria facturum esse, quia nulla privatim se pepulisset injuria tyrannorum, abstinuit curia, foro temperavit, & rerum publicarum semel deposuit procurationem. Quare sermonem & metum præbuit vulgo, ne offensione animi cum regibus conspiraret, remque publicam & civitatem adhuc nutantem everteret. Quum vero suspectaret Brutus præterea nonnullos alios, statueretque sollennibus adhibitis victimis stata die senatum jurejurando adi-

κατέβη μάλα φαιδρὸς εἰς ἀγορὰν Οὐαλέριος, καὶ πρῶτος ὀμόσας μηδὲν ἐνδώσειν μηδ' ὑφήσεσθαι Ταρκυνίῳ, ἀλλὰ πολεμήσειν κατὰ κράτος ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, ἡδονήν τε τῇ βουλῇ καὶ θάρσος ἅμα τοῖς ἄρχουσι παρέσχεν. εὐθὺς δὲ καὶ τὰ ἔργα τὸν ὅρκον ἐβεβαίου. πρέσβεις γὰρ ἧκον ἀπὸ Ταρκυνίου γράμματα κομίζοντες ἐπαγωγὰ τοῦ δήμου, καὶ λόγους ἐπιεικεῖς, οἷς μάλιστα τοὺς πολλοὺς ᾤοντο διαφθείρειν, λεγομένοις παρὰ βασιλέως, ἀφεικέναι τὸ φρόνημα καὶ μετρίων δεῖσθαι δοκοῦντος. τούτους εἰς τὸ πλῆθος οἰομένων δεῖν τῶν ὑπάτων προάγειν, οὐκ εἴασεν ὁ Οὐαλέριος, ἀλλ' ἐνέστη καὶ διεκώλυσεν ἀνθρώποις πένησι, καὶ μᾶλλον βαρυνομένοις τῆς τυραννίδος τὸν πόλεμον, ἀρχὰς καὶ προφάσεις νεωτερισμῶν ἐγγενέσθαι.

Μετὰ δὲ ταῦτα πρέσβεις ἧκον ἕτεροι, τῆς τε βασιλείας ἀφίστασθαι, καὶ πολεμοῦντα παύσασθαι τὸν Ταρκύνιον λέγοντες, ἀπαιτεῖν δὲ τὰ χρήματα, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῷ, καὶ φίλοις καὶ οἰκείοις, ἀφ' ὧν διαβιώσονται φεύγοντες. ἐπικλωμένων δὲ πολλῶν καὶ μάλιστα τοῦ Κολλατίνου συναγορεύοντος, ἄτρεπτος ὢν ἀνὴρ καὶ τραχὺς ὀργὴν ὁ Βροῦτος, ἐξέδραμεν εἰς ἀγορὰν, προδότην ἀποκαλῶν τὸν συνάρχοντα, πολέμου καὶ τυραννίδος ἀφορμὰς χαριζόμενον, οἷς δεινὸν ἦν ὄντως ἐφόδια φυγῆς ψηφίσασθαι. συνελθόντων δὲ τῶν πολιτῶν, πρῶτος ἰδιώτης ἀνὴρ εἶπεν ἐν δήμῳ τότε Γάϊος Μινούκιος, τῷ τε Βρούτῳ διακελευόμενος, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις παραινῶν, ὁρᾶν ὅπως τὰ χρήματα μετ' αὐτῶν ὄντα πολεμοίη πρὸς τοὺς τυράννους μᾶλλον, ἢ μετ' ἐκείνων πρὸς αὐτούς. οὐ μὴν ἀλλ' ἔδοξε τοῖς Ῥωμαίοις, τὴν ἐλευθερίαν ἔχουσιν ὑπὲρ ἧς ἐπο-

adigere, perquam alacris Valerius deſcendit in forum, juravitque primus nihil ſe conceſſurum vel indulturum Tarquinio, ſed libertatem pro viribus defenſurum. Unde magno gaudio ſenatum, ſimul fiducia conſules erexit, & mox jusjurandum factis confirmavit. Legati enim venerunt a Tarquinio cum literis populariter ſcriptis ſermonibuſque modeſtis, quibus plebem inflecti putabat poſſe, quod præ ſe ferrent ſpiritus illos depoſuiſſe regem, & æqua poſtulare. Quos quum conſules ad populum cenſerent producendos, haud permiſit id Valerius, ſed obſtitit & interceſſit, ne inopi multitudini, quæ magis a bello quam tyrannide abhorreret, ſemina & materiam darent turbandæ reipublicæ.

Mox alii miſſi legati, qui Tarquinium regno ſe abdicare & arma retulerunt poſiturum, bona modo & pecuniam repetere ſua, amicorumque & familiarium, unde in exilio ſe tolerarent. Quum inclinarent multi in eam ſententiam, & præcipue urgeret eam Collatinus, Brutus acris vir animi & ad iram aſperi, provolat in forum, proditorem collegam clamitans, qui belli & dominatus ſubſidium largiretur iis quibus ut viaticum exilii decerneretur, nulla eſſet ratione tolerandum. Civibus vero congregatis, ibi pro concione primus C. Minutius, homo privatus, Brutum monet, & populum hortatur, viderent ut ea pecunia ſe potius adverſus tyrannos, quam adverſus ipſos armarent tyrannos. Ad poſtremum vicit tamen ea ſententia apud populum Romanum parta libertate, pro qua pugnabant, ne

ἐπολέμουν, μὴ προέσθαι τὴν εἰρήνην ἕνεκα χρημάτων, ἀλλὰ συνεκβάλλειν καὶ ταῦτα τοῖς τυράννοις. ἦν δ' ἄρα Ταρκυνίῳ λόγος μὲν ἐλάχιστος τῶν χρημάτων, ἡ δ' ἀπαίτησις ἅμα πεῖρα τοῦ δήμου, καὶ κατασκευὴ προδοσίας. καὶ ταύτην ἔπραττον οἱ πρέσβεις, ὑπομένοντες ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων προφάσει, τὰ μὲν ἀποδίδοσθαι, τὰ δὲ φυλάττειν, τὰ δ' ἀποπέμπειν φάσκοντες, ἄχρις οὗ διέφθειραν οἴκους δύο τῶν καλῶν κἀγαθῶν νομιζομένων, τὸν Ἀκυλλίων τρεῖς ἔχοντας βουλευτὰς, καὶ δύο τὸν Οὐιτελλίων. οὗτοι πάντες ἦσαν ἀπὸ μητέρων ἀδελφιδοῖ Κολλατίνου τοῦ ὑπατεύοντος· ἰδίᾳ δὲ Οὐιτελλίοις ἑτέρα πρὸς Βροῦτον οἰκειότης ὑπῆρχεν. ἀδελφὴν γὰρ αὐτῶν ὁ Βροῦτος εἶχε, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς πλείονας· ὧν δύο τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, συγγενεῖς ὄντας ἅμα καὶ συνήθεις, οἱ Οὐιτέλλιοι προσηγάγοντο, καὶ συνέπεισαν ἐν τῇ προδοσίᾳ γενέσθαι, καὶ καταμίξαντας ἑαυτοὺς εἰς γένος μέγα τὸ τῶν Ταρκυινίων καὶ βασιλικὰς ἐλπίδας, ἀπαλλαγῆναι τῆς τοῦ πατρὸς ἀβελτηρίας καὶ χαλεπότητος. χαλεπότητα μὲν, τὸ ἀπαραίτητον αὐτοῦ πρὸς τοὺς πονηροὺς λέγοντες· τῇ δ' ἀβελτηρίᾳ, προσποιήματι καὶ παρακαλύμματι πολὺν χρόνον, ὡς ἔοικε, χρησάμενος ἀσφαλείας ἕνεκα πρὸς τοὺς τυράννους, οὐδ' ὕστερον ἔφυγεν αὐτῆς τὴν ἐπωνυμίαν.

Ὡς δ' οὖν ἐπείσθη τὰ μειράκια, καὶ τοῖς Ἀκυλίοις εἰς λόγους ἦλθεν, ὅρκον ὀμόσαι μέγαν ἔδοξε πᾶσι καὶ δεινὸν, ἀνθρώπου σφαγέντος ἐπισπείσαντας αἷμα, καὶ τῶν σπλάγχνων θιγόντας. ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν Ἀκυλίων οἰκίαν συνῆλθον. ἦν δ' οἶκος ἐν ᾧ ταῦτα δράσειν ἔμελλον, οἷον εἰκὸς, ὑπέρημος

καὶ

ne pecuniæ cauſa profunderent pacem, verum una cum tyrannis pecuniam exterminarent. Atqui Tarquinius eam in minimis ponebat, ſed repetitio illa ſpectabat eo, ut ſimul & populum pertentaret, & conſilia ſtrueret proditionis: eamque moliebantur legati, cauſas moræ illa bona prætexentes, dum partim diſtrahere, partim ſervare, alia avehenda curare ſe jactant, quoad corruperunt duas familias, quæ magna in æſtimatione habebantur, Aquiliorum, in qua tres ſenatores, & Vitelliorum, in qua duo erant. Hi omnes erant Collatini Conſulis ſororum filii. Jam alia neceſſitudo cum Bruto Vitelliis peculiaris intercedebat, quod ſororem eorum haberet Brutus in matrimonio, numeroſamque ex ea prolem, ex qua duos jam adoleſcentes propinquos ſuos & familiares Vitellii adſciverunt, & ad conjurandum impulerunt, quo inſererent ſe in inclytam Tarquiniorum familiam & ſpes regias, atque ita patris ſtoliditate & aſperitate explicarent. Aſperitatem enim vocabant illius adverſus improbos ſeveritatem. Stoliditatis, qua ſpecie & obtentu ſecuritatis cauſa diu fuerat apud tyrannos uſus, nec poſt effugit cognomen.

Ut igitur hi adoleſcentes pellecti in colloquium cum Aquiliis venerunt, omnibus viſum eſt hominis jugulati ſanguine libato, & viſceribus tactis, magnum & dirum jusjurandum concipere. Ad eam rem in domum Aquiliorum congrediuntur. Erat domus ubi ea erant agenda, uti par erat, deſerta

4 &

καὶ σκοτώδης. ἔλαθεν οὖν αὐτοὺς οἰκέτης ὄνομα Οὐινδίκιος, ἔνδον κατακρύψας ἑαυτὸν, οὐ κατ' ἐπιβουλὴν ἢ προαίσθησίν τινα τοῦ μέλλοντος, ἀλλ' ἔνδον ὢν ἔτυχε, καὶ προσιοῦσιν αὐτοῖς μετὰ σπουδῆς ὀφθῆναι φοβηθεὶς, ὑπέστη, λάρνακα κειμένην πρὸ αὐτοῦ ποιησάμενος, ὥστε καὶ τῶν πραττομένων θεατὴς γενέσθαι, καὶ τῶν βουλευμάτων ἐπήκοος. ἔδοξε δ' αὐτοῖς τοὺς ὑπάτους ἀναιρεῖν· καὶ ταῦτα δηλούσας γράψαντες ἐπιστολὰς πρὸς τὸν Ταρκυίνιον, ἔδωκαν τοῖς πρέσβεσι. καὶ γὰρ ᾤκουν αὐτόθι τῶν Ἀκυλίων ξένοι γεγονότες, καὶ τότε τῇ συνωμοσίᾳ παρῆσαν. ὡς δὲ ταῦτα πράξαντες ἀπηλλάγησαν, ὑπεξελθὼν ὁ Οὐινδίκιος λάθρα χρήσασθαι τοῖς προσπεσοῦσιν οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἠπορεῖτο, δεινὸν μὲν ἡγούμενος, ὥσπερ ἦν, πρὸς πατέρα Βροῦτον υἱῶν ἐξάγιστα κατηγορεῖν, ἢ πρὸς θεῖον ἀδελφιδῶν, τὸν Κολλατῖνον· ἰδιώτην δὲ Ῥωμαίων οὐδένα νομίζων ἐχέγγυον ἀπορρήτων τηλικούτων. πᾶν δ' αὖ μᾶλλον ἢ δυνατὸς ὢν ἡσυχίαν ἄγειν, ἐλαυνόμενος δὲ τῷ συνειδότι τοῦ πράγματος, ὥρμησέ πως πρὸς τὸν Οὐαλέριον, μάλιστά πως τοῖς κοινοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπαχθεὶς τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι πᾶσιν εὐπρόσοδος ἦν τοῖς δεομένοις, καὶ τὴν οἰκίαν ἀεὶ παρεῖχεν ἀνεῳγμένην, καὶ λόγον οὐδενὸς οὐδὲ χρείαν ἀπέρριπτε τῶν ταπεινῶν.

Ὡς οὖν ἀνέβη πρὸς αὐτὸν ὁ Οὐινδίκιος καὶ κατεῖπε πάντα, Μάρκου τε τοῦ ἀδελφοῦ παρόντος αὐτῷ μόνου, καὶ τῆς γυναικὸς, ἐκπλαγεὶς καὶ δείσας ὁ Οὐαλέριος, οὐκέτι προήκατο τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ κατακλείσας εἰς τὸ οἴκημα, καὶ φύλακα τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ταῖς θύραις ἐπιστήσας, τὸν μὲν ἀδελφὸν ἐκέ-

& subobscura. In ea servus Vindicius vocatus imprudentibus illis delitescebat, non fraude, aut agi quicquam ejuscemodi odoratus, sed quum esset forte fortuna ibi, illisque subito supervenientibus offerre se formidaret, substitit, atque pone arcam ibidem positam abdidit se. Ita & quæ gesta ibi fuerunt contemplatus est, & excepit eorum consilia. Statuerant nempe consules obtruncare, in quam rem literas ad Tarquinium scriptas dederant legatis. Nam ibi divertebant hospitio accepti ab Aquiliis, & tunc conjurationi intererant. Ubi his patratis digressi sunt, subducens se inde Vindicius, quid hac in re faceret, non satis expediebat, sed hærebat; grave esse, id quod erat, ratus, de criminibus atrocissimis deferre apud patrem filios, aut apud avunculum Collatinum sororis filios, neque quisquam occurrebat in populo Romano privatus, cujus fidei res credi tam arcanæ possent. Contra, quum quidvis citius quam continere posset eas, conscientiaque stimularetur facinoris, contulit se ad Valerium, ejus adductus comitate & humanitate, quod facilis indigentibus esset ad eum aditus, domusque ejus omnibus pateret, nec colloquium ullius abjecti hominis aut postulationem rejiceret.

Hunc ut adiit Vindicius, omniaque solo præsente Marco fratre & uxore ei detexit, obstupefactus atque perhorrescens, non putavit dimittendum hominem, verum inclusit eum in cubiculo, relicta ad custodiam januæ uxore. Inde fratrem jubet ad literas, siqua pos-

ἐκέλευσε τὴν βασιλικὴν ἔπαυλιν περιέχοντα, τὰ γράμματα λαβεῖν, ἂν δυνατὸν ᾖ, καὶ τοὺς οἰκέτας παραφυλάττειν· αὐτὸς δὲ, πελατῶν τε πολλῶν καὶ φίλων ἀεὶ περὶ αὐτὸν ὄντων, καὶ θεραπείας συχνῆς, ἐβάδιζε πρὸς τὴν οἰκίαν τῶν Ἀκυλίων, οὐκ ἔνδον ὄντων. διὸ μηδενὸς ἂν προσδοκήσαντος, ὠσάμενος διὰ τῶν θυρῶν, ἐντυγχάνει τοῖς γράμμασι κειμένοις ὅπου κατέλυον οἱ πρέσβεις. ταῦτα δ' αὐτοῦ πράττοντος, οἱ Ἀκύλιοι δρόμῳ προσεφέροντο, καὶ περὶ τὰς θύρας συμμίξαντες, ἐζήτουν ἀφελέσθαι τὰς ἐπιστολάς. οἱ δ' ἠμύνοντο, καὶ τὰ ἱμάτια περιβαλόντες αὐτῶν τοῖς τραχήλοις, ὑπὸ βίας καὶ μόλις, ὠθούμενοι καὶ ὠθοῦντες, διὰ τῶν στενωπῶν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐνέβαλον. τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τὴν ἔπαυλιν ἅμα τὴν βασιλικὴν ἐγίνετο, τοῦ Μάρκου γραμμάτων ἑτέρων ἐν τοῖς σκεύεσι κομιζομένων ἐπιλαβομένου, καὶ τῶν βασιλικῶν ὅσους δυνατὸς ἦν ἕλκοντος εἰς τὴν ἀγοράν.

Ἐπεὶ δὲ τὸν θόρυβον κατέπαυσαν οἱ ὕπατοι, καὶ τοῦ Οὐαλερίου κελεύσαντος, ἐκ τῆς οἰκίας Οὐινδίκιος προήχθη, καὶ γενομένης κατηγορίας, ἀνεγνώσθη τὰ γράμματα, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐτόλμησαν ἀντειπεῖν οἱ ἄνδρες· ἦν μὲν κατήφεια καὶ σιωπὴ τῶν ἄλλων, ὀλίγοι δὲ, βουλόμενοι τῷ Βρούτῳ χαρίζεσθαι, φυγῆς ἐμέμνηντο. καί τι καὶ Κολλατῖνος αὐτοῖς ἐλπίδος ἐπιεικοῦς ἐνεδίδου, δεδακρυμένος, καὶ Οὐαλέριος σιωπῶν. ὁ δὲ Βροῦτος ὀνομαστὶ τὸν υἱὸν ἑκάτερον προσειπὼν, Ἄγε ὦ Τίτε, εἶπεν, ἄγε ὦ Οὐαλήριε, τί οὐκ ἀπολογεῖσθε πρὸς τὴν κατηγορίαν; ὡς δ' οὐδὲν ἀπεκρίναντο τρὶς ἐρωτηθέντες, οὕτως ἀποστρέψας πρὸς τοὺς ὑπηρέτας τὸ πρόσωπον, Ὑμέτερον ἤδη, εἶπεν, τὸ λοιπὸν τὸ ἔργον. οἱ δ' εὐ-

θὺς

posset, occupandas & servos detinendos, atrium regium cingere: ipse cum clientibus & amicis, quos semper circa se frequentes habebat, atque cum multis servitiis ad domum Aquiliorum, qui tunc non erant intus, contendit. Ita præter omnium expectationem irrumpens per ostium, literas illic positas offendit ubi divertebant legati. Interea accurrunt Aquilii, & ad januam, ut epistolas extorqueant ei, manus conserunt. Hi resistunt, & togis collo circumjectis vix vi inter se mutuo per vicos impellentes in forum perrumpunt. Eadem fortuna circa atrium regium fuit, ubi Marcus alias epistolas, quæ cum supellectile exportabantur, oppressit, ac servos regios, quotquot potuit, protraxit in forum.

Sedato per consules tumultu, ubi Vindicius est jussu Valerii ex cubiculo productus, sontibusque accusatis recitatæ literæ, neque illi quicquam quod responderent, habuerunt, cæteri conjectis in terram oculis conticescebant. Pauci in Bruti gratiam exilii fecerunt mentionem. Et vero etiam Collatini lacrymæ spem eis lenioris sententiæ, & Valerii silentium faciebant. At Brutus utrumque filium nomine compellans, Age Tite, inquit, age Valeri, quid non respondetis ad crimina hæc? Ubi ter interrogati nihil responderunt, tum ad lictores converso vultu, Jam reliquæ, inquit, vestræ partes sunt. Illi confestim injiciunt

ado-

θὺς συλλαβόντες τοὺς νεανίσκους, περιερρήγνυον τὰ ἱμάτια, τὰς χεῖρας ἀπῆγον ὀπίσω, ῥάβδοις ἔξαινον τὰ σώματα· τῶν μὲν ἄλλων οὐ δυναμένων προσορᾶν, οὐδὲ καρτερούντων, ἐκεῖνον δὲ λέγεται μήτε τὰς ὄψεις ἀπαγαγεῖν ἀλλαχόσε, μήτ' οἴκτῳ τι τρέψαι τῆς περὶ τὸ πρόσωπον ὀργῆς καὶ βαρύτητος, ἀλλὰ δεινὸν ἐνορᾶν κολαζομένοις τοῖς παισίν, ἄχρις οὗ κατατείναντες αὐτοὺς ἐπὶ τοὔδαφος, πελέκει τὰς κεφαλὰς ἀπέκοψαν. οὕτω δὲ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τῷ συνάρχοντι ποιησάμενος, ᾤχετ' ἐξαναστάς· ἔργον εἰργασμένος, οὔτ' ἐπαινεῖν βουλομένοις ἀξίως, οὔτε ψέγειν, ἐφικτόν. ἢ γὰρ ἀρετῆς ὕψος εἰς ἀπάθειαν ἐξέστησε τὴν ψυχήν, ἢ πάθους μέγεθος εἰς ἀναλγησίαν. οὐδέτερον δὲ μικρόν, οὐδὲ ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἢ θεῖον, ἢ θηριῶδες. δίκαιον δὲ τῇ δόξῃ τοῦ ἀνδρὸς τὴν κρίσιν ἕπεσθαι μᾶλλον, ἢ τὴν ἀρετὴν ἀσθενείᾳ τοῦ κρίνοντος ἀπιστεῖσθαι. Ῥωμαῖοι γὰρ οὐ τοσοῦτον ἔργον οἴονται Ῥωμύλου γενέσθαι τῆς πόλεως τὴν ἵδρυσιν, ὅσον Βρούτου, τὴν κτίσιν τῆς πολιτείας καὶ κατάστασιν.

Ὡς δ' οὖν ἀπῆλθεν ἐξ ἀγορᾶς τότε, πολὺν μὲν χρόνον ἔκπληξις εἶχε καὶ φρίκη καὶ σιωπὴ πάντας ἐπὶ τοῖς διαπεπραγμένοις· πρὸς δὲ τὴν τοῦ Κολλατίνου μαλακίαν καὶ μέλλησιν ἀνεθάρρησαν οἱ Ἀκύλιοι, καὶ χρόνον ἠξίουν λαβόντες ἀπολογήσασθαι, καὶ τὸν Οὐινδίκιον αὐτοῖς ἀποδοθῆναι δοῦλον ὄντα, καὶ μὴ παρὰ τοῖς κατηγόροις εἶναι. βουλομένου δὲ ταῦτα συγχωρεῖν, καὶ διαλύοντος ἐπὶ τούτοις τὴν ἐκκλησίαν, ὁ Οὐαλέριος οὔτε τὸν ἄνθρωπον οἷός τ' ἦν ἀφεῖναι τῷ περὶ αὐτὸν ὄχλῳ καταμεμιγμένον, οὔτε τὸν δῆμον εἴα προέμενον τοὺς προδότας ἀπελθεῖν. τέλος δὲ τοῖς σώμασιν ἐπιβαλὼν τὰς χεῖρας, ἐπε-

adolescentibus manus, togis spoliant, manibus post tergum illigatis corpora virgis cædunt. Ibi aliis oculos avertentibus, nec spectaculum illud ferentibus, fama est faciem illum nusquam alio detorsisse, nec misericordia quicquam de solita vultus austeritate & severitate mutavisse, sed torve filios in medio supplicio intuitum, dum humi extensos securi percussere. Inde permittens reliquos collegæ, assurgens discessit, re perpetrata, quam nemo vel laudaverit satis vel vituperaverit. Quippe aut virtutis celsitudo omnem sensum animo ejus excussit, aut perturbationis moles callum obduxit dolori. Est neutrum autem vulgaris aut humani ingenii, sed vel divini vel belluini. Atqui æquius est ut suffragetur judicium gloriæ Bruti, quam virtuti fides judicantis imbecillitate detrahatur. Romani enim haud tantam rem gessisse in condenda urbe Romulum, quantam Brutum in recuperanda constituendaque re publica, existimant.

Postquam igitur ex foro digressus est, stupor horrorque & silentium omnes ob hoc factum diu defixit. At mollities Collatini & cunctatio animum dedit Aquiliis ut diem postularent ad se purgandum, utque Vindicius servus suus ipsis restitueretur, nec detineretur ab accusatoribus. Quæ concedere quum intenderet Collatinus, jamque concionem dimitteret, non dubitavit Valerius hominem retinere, turbæ, qua cinctus erat, immixtum, neque populum dimissis proditoribus digredi permisit: postremo corporibus eorum manus injicere, Brutumque ap-

ἐπεκαλεῖτο τὸν Βροῦτον, καὶ τὸν Κολλατῖνον ἐβόα δεινὰ ποιεῖν, εἰ τῷ συνάρχοντι παιδοφονίας ἀνάγκην προστετριψάμενος, αὐτὸς οἴεται δεῖν καταχαρίζεσθαι ταῖς γυναιξὶ τοὺς προδότας καὶ πολεμίους τῆς πατρίδος. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ ὑπάτου, καὶ κελεύοντος ἀπάγεσθαι τὸν Οὐινδίκιον, οἱ μὲν ὑπηρέται διωσάμενοι τὸν ὄχλον, ἥπτοντο τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοὺς ἀφαιρουμένους ἔτυπτον, οἱ δὲ φίλοι τοῦ Οὐαλερίου προέστησαν ἀμυνόμενοι. καὶ ὁ δῆμος ἐβόα, κελεύων παρεῖναι τὸν Βροῦτον. ἧκεν οὖν αὖθις ὑποστρέψας· καὶ γενομένης αὐτῷ σιωπῆς εἶπεν, ὅτι τοῖς μὲν υἱοῖς αὐτὸς ἀποχρῶν ἦν δικαστής, περὶ δὲ τῶν ἄλλων τοῖς πολίταις ἐλευθέροις οὖσι ψῆφον δίδωσι· λεγέτω δὲ ὁ βουλόμενος καὶ πειθέτω τὸν δῆμον. οὐκέτι μέντοι λόγων ἐδέησεν, ἀλλὰ τῆς ψήφου δοθείσης, πάσαις ἁλόντες ἐπελεκίσθησαν. ὁ δὲ Κολλατῖνος ἦν μέν, ὡς ἔοικεν, ἐν ὑποψίᾳ τινὶ καὶ διὰ συγγένειαν τῶν βασιλέων, ἤχθοντο δ' αὐτοῦ καὶ τῷ δευτέρῳ τῶν ὀνομάτων, ἀφοσιούμενοι τὸν Ταρκύνιον. ὡς δὲ ταῦτα συνέβη, παντάπασι προσκρούσας, ἀφῆκε τὴν ἀρχὴν ἑκών, καὶ τῆς πόλεως ὑπεξῆλθεν. οὕτω δὴ πάλιν ἀρχαιρεσιῶν γενομένων, ὕπατος ἀνεδείχθη λαμπρῶς Οὐαλέριος, ἀξίαν ἀπολαβὼν τῆς προθυμίας χάριν· ἧς οἰόμενός τι δεῖν ἀπολαῦσαι τὸν Οὐινδίκιον, ἐψηφίσατο πρῶτον ἀπελεύθερον ἐκεῖνον ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι πολίτην, καὶ φέρειν ψῆφον ᾗ βούλοιτο φρατρίᾳ προσνεμηθέντα. τοῖς δ' ἄλλοις ἀπελευθέροις ὀψὲ καὶ μετὰ πολὺν χρόνον ἐξουσίαν ψήφου δημαγωγῶν ἔδωκεν Ἄππιος· ἡ δὲ παντελὴς ἀπελευθέρωσις ἄχρι νῦν Οὐινδίκτα λέγεται, δι' ἐκεῖνον, ὥς φασι, τὸν Οὐινδίκιον.

Ἐκ

appellare, ac rem indignam esse vociferari, si filiorum necandorum necessitate collegæ imposita, condonandos Collatinus mulieribus patriæ proditores & hostes existimaret. Ibi excandescente consule, & ut Vindicium abducerent jubente, hinc lictores repulsa turba eum prehendunt, siqui obsistunt, hos pulsant: illinc necessarii Valerii defendunt eum ab injuria, populusque Brutum inclamans adesse jubebat. Qui reversus, facto silentio, ait de filiis satis fuisse suum judicium, de cæteris, cives qui libertatem haberent in suffragia se mittere. Dicat (inquit) qui volet, & causam probet populo. Enimvero non jam moratus populus est orationes, sed quum suffragia iniisset, ab omnibus damnati, & securi sunt percussi. Erat vero jam Collatinus vel ob propinquitatem regum in nonnulla suspicione, deinde alterum ejus nomen detestabantur Tarquinium: quum præterea populum in hac causa offendisset, ultro abdicavit se magistratu, & in exilium ivit. Itaque comitiis iterum habitis, Valerius magnifice est consul renunciatus, retulitque ei populus dignam egregia illa in patriam animi alacritate gratiam: cujus ferre Vindicium arbitrans debere partem, tulit ad populum ut primus ille libertus civitate donaretur, & suffragium in qua vellet adscriptus tribu ferret. Aliis libertis sero diuque post per ambitionem popularem Appius suffragii ferendi jus dedit: atque ex hujus nomine Vindicii, qui solida libertate fuit donatus, dicitur Vindicta manumissus.

Inde

Ἐκ τούτου, τὰ μὲν χρήματα τῶν βασιλέων διαρπάσαι τοῖς Ῥωμαίοις ἔδωκαν, τὴν δ' οἰκίαν κατέσκαψαν καὶ τὴν ἔπαυλιν. τοῦ δ' Ἀρείου πεδίου τὸ ἥδιστον ἐκέκτητο Ταρκύνιος, καὶ τοῦτο τῷ Θεῷ καθιέρωσαν. ἔτυχε δὲ τεθερισμένον ἄρτι καὶ κειμένων ἔτι τῶν δραγμάτων, οὐκ ᾤοντο δεῖν ἀλοᾶν, οὐδὲ χρῆσθαι διὰ τὴν καθιέρωσιν, ἀλλὰ συνδραμόντες ἐφόρουν τὰς ἀμάλλας εἰς τὸν ποταμόν. ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ δένδρα κόπτοντες ἐνέβαλον, ἀργὸν παντάπασι τὸ χωρίον ἀνιέντες τῷ Θεῷ καὶ ἄκαρπον· ὠθουμένων δὲ πολλῶν ἐπ' ἀλλήλοις καὶ ἀθρόων, ὑπήγαγεν ὁ ῥοῦς οὐ πολὺν τόπον, ἀλλ' ὅπου τὰ πρῶτα συνενεχθέντα καὶ περιπεσόντα τοῖς στερεοῖς ὑπέστη. τῶν δ' ἐπιφερομένων διέξοδον οὐκ ἐχόντων, ἀλλ' ἐνισχομένων καὶ περιπλεκομένων, ἐλάμβανεν ἡ σύμπηξις ἰσχὺν καὶ ῥίζωσιν αὐξανομένην ὑπὸ τοῦ ῥύματος. ἰλύν τε γὰρ ἐπήγαγε πολλὴν, ἣ προσισταμένη τροφὴν παρεῖχεν ἅμα καὶ κόλλησιν, αἵ τε πληγαὶ σάλον οὐκ ἐποίουν, ἀλλὰ μαλακῶς πιέζουσαι συνήλαυνον εἰς ταυτὸ πάντα καὶ συνέπλαττον. ὑπὸ δὲ μεγέθους καὶ στάσεως, ἕτερον αὐτῷ μέγεθος ἐκτᾶτο, καὶ χώραν ἀναδεχομένην τὰ πλεῖστα τῶν ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ καταφερομένων. τοῦτο νῦν νῆσός ἐστιν ἱερὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἔχει δὲ ναοὺς Θεῶν καὶ περιπάτους, καλεῖται δὲ τῇ Λατίνων φωνῇ, μέση δυοῖν γεφυρῶν. ἔνιοι δὲ τοῦτο συμπεσεῖν ἱστοροῦσιν, οὐχ ὅτε Ταρκυνίου καθιερώθη τὸ πεδίον, ἀλλὰ χρόνοις ὕστερον ἄλλο χωρίον ὁμοροῦν ἐκείνῳ Ταρκυνίας ἀνείσης. ἡ δὲ Ταρκυνία, παρθένος ἦν ἱέρεια μία τῶν ἑστιάδων. ἔσχε δὲ τιμὰς ἀντὶ τούτου μεγάλας, ἐν αἷς ἦν καὶ τὸ μαρτυρείαν αὐτῆς δέχεσθαι μόνης γυναικῶν·

Inde bona regum diripienda plebi dedere: domum regiam & atrium solo æquaverunt. Amœnissimam campi Martii partem possidebat Tarquinius, quam Marti consecraverunt. Forte ibi tum messis erat, jacebantque adhuc manipuli. Eam frugem, quia ob consecrationem religiosum erat triturare & consumere, magna vis hominum corbibus immissam in fluvium conjecit, mox arbores cæsas eodem congessit, planeque incultum agrum & otiosum reliquerunt Deo. Quum multa autem confertim coacervarentur, non longe sunt amne delata, sed quo primi acervi in vadis hæsitantes consedere. Quia vero aggestæ materiæ non patebat transitus, sed applicabatur illigabaturque, accepit compages vinculum & soliditatem auctam ab unda. Nam limum affatim invexit, cujus præbuit adjectio incrementum pariter & firmamentum: ipsæ vero allisiones minime movebant, sed potius molliter premendo cogebant omnia & constringebant. Ob eam amplitudinem & firmitatem major ei in dies facta accessio est, & adjunctum spatium, quod plurima accepit eorum quæ amne deferebantur. Insula ea nunc in urbe sacra est, in qua templa Deorum sunt & ambulationes: vocatur Latina voce, Inter duos pontes. Alii hoc accidisse ferunt, non quum consecraretur campus Tarquinii, verum postea vicinum illi alium fundum quum Tarquinia dedicaret. Virgo hæc Tarquinia ex Vestalibus una fuit: quamobrem magnos est consequuta honores, in quibus fuit testimonii dictio, quam inter fœminas obtinuit sola. Nam con-

κῶν· τὸ δ᾽ ἐξεῖναι γαμεῖν αὐτῇ ψηφισαμένων, οὐ προσεδέξατο. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω γενέσθαι μυθολογοῦσι.

Ταρκύνιον δὲ τὴν ἐκ προδοσίας ἀπογνόντα τῆς ἀρχῆς ἀνάληψιν, ἐδέξαντο Τυρρηνοὶ προθύμως, καὶ μεγάλῃ δυνάμει κατῆγον. ἀντεξῆγον δὲ τοὺς Ῥωμαίους οἱ ὕπατοι, καὶ παρέταξαν ἐν χωρίοις ἱεροῖς, ὧν τὸ μὲν Οὔρσον ἄλσος, τὸ δὲ, Αἰσούιον λειμῶνα προσαγορεύουσιν. ἀρχομένων δὲ αὐτῶν συνάγειν εἰς χεῖρας, Ἄῤῥων ὁ Ταρκυνίου παῖς, καὶ Βροῦτος ὁ Ῥωμαίων ὕπατος, οὐ κατὰ τύχην ἀλλήλοις περιπεσόντες, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἔχθους καὶ ὀργῆς, ὁ μὲν, ὡς ἐπὶ τύραννον καὶ πολέμιον τῆς πατρίδος, ὁ δὲ, τῆς φυγῆς ἀμυνόμενος, ὥρμησαν ὁμόσε τοῖς ἵπποις. θυμῷ δὲ μᾶλλον ἢ λογισμῷ προσμίξαντες, ἠφείδησαν αὑτῶν, καὶ συναπέθανον ἀλλήλοις. οὕτω δὲ δεινοῦ γενομένου τοῦ προαγῶνος, οὐκ ἔσχεν ὁ ἀγὼν τέλος ἐπιεικέστερον, ἀλλὰ καὶ δράσαντες ἴσα καὶ παθόντες οἱ στρατοὶ διεκρίθησαν ὑπὸ χειμῶνος. ἦν οὖν ἐν ἀπόροις ὁ Οὐαλλέριος, οὐκ εἰδὼς τὸ τῆς μάχης πέρας, ἀλλὰ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν τοῖς μὲν αὑτῶν νεκροῖς ἀθυμοῦντας, ἐπαιρομένους δὲ τοῖς τῶν πολεμίων· οὕτως ἄκριτος ἦν καὶ παράλληλος ὑπὸ πλήθους ὁ φόνος. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἑκατέροις ἐγγύθεν ὁρώμενα τὰ οἰκεῖα μᾶλλον ἐβεβαίου τὴν ἧτταν, ἢ τὴν νίκην εἰκαζόμενα τὰ τῶν πολεμίων. ἐπελθούσης δὲ νυκτὸς, οἵαν εἰκὸς οὕτω μεμαχημένοις, καὶ γενομένων ἐν ἡσυχίᾳ τῶν στρατοπέδων, λέγουσι σεισθῆναι τὸ ἄλσος, ἐκ δ᾽ αὐτοῦ φωνὴν ἐκπεσεῖν μεγάλην φράζουσαν, ὡς ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι Τυρρηνῶν ἢ Ῥωμαίων. ἦν δ᾽ ἄρα θεῖόν τι τὸ φθεγξάμενον. εὐθύς τε γὰρ ὑπ᾽ αὐ-

τοῦ,

concessum ei plebiscito jus nubendi non usurpavit. Hæc ita fabulantur facta.

Tarquinium ubi vidit ad recuperandum regnum dolo viam obseptam, receperunt prompto animo Tusci, eumque ingenti manu instituerunt reducere. Adversus quos consules Romani legiones eduxerunt, aciemque instruxerunt in locis sacris, quorum alterum Arsiam sylvam, alterum Æsuvia prata vocant. Quum jam ad manus esset ventum, Tarquinii filius Aruns & Romanus consul Brutus, haud fortuito inter se occursu, sed odio inter se inflammati & ira, hic tanquam in tyrannum & hostem patriæ, ad pœnas ille expetendas exilii sui, concitant infesti calcaribus equos. Qui ira magis quam consilio occurrentes, suique protegendi immemores simul cecidere. Tam acris prolusionis non habuit certamen meliorem exitum, sed magna utrinque strage edita tempestas acies diremit. Unde æstuabat Valerius, quod eventum ignoraret pugnæ, & milites cerneret tam cæde suorum perculsos, quam hostium erectos: adeo indiscreta & compar strages ob multitudinem fuit. Veruntamen aspectus ex propinquo funerum suorum ostendebat utrisque magis cladem, quam victoriam conjectura hostilium. Superveniente nocte, qualem a tam cruenta pugna verisimile est, quum castra teneret silentium, perhibent concussum lucum fuisse, atque ex eo ingentem editam vocem, uno plus Hetruscorum quam Romanorum cecidisse in acie. Fuit ea vox haud dubie divina: siquidem il-

τοῦ, τοῖς μὲν ἀλαλάξαι παρέστη μέγα καὶ θαῤῥαλέον· οἱ δὲ Τυῤῥηνοὶ, περίφοβοι γενόμενοι καὶ συνταραχθέντες, ἐξέπεσον ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ διεσπάρησαν οἱ πλεῖστοι. τοὺς δὲ καταλειφθέντας ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους ἐπελθόντες εἷλον οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τἄλλα διήρπασαν. οἱ δὲ νεκροὶ διαριθμηθέντες, εὑρέθησαν τριακόσιοι μὲν ἐπὶ χιλίοις καὶ μυρίοις οἱ τῶν πολεμίων, οἱ δὲ Ῥωμαίων, παρ' ἕνα τοσοῦτοι. ταύτην τὴν μάχην λέγουσι γενέσθαι πρὸ μιᾶς καλανδῶν Μαρτίων. ἐθριάμβευσε δ' ἀπ' αὐτῆς Οὐαλλέριος, εἰσελάσας τεθρίππῳ πρῶτος ὑπάτων. καὶ τὸ πρᾶγμα σεμνὴν καὶ μεγαλοπρεπῆ παρέσχεν ὄψιν, οὐκ ἐπίφθονον, οὐδ' ἀνιάσασαν, ὡς ἔνιοι λέγουσι, τοὺς ὁρῶντας· οὐ γὰρ ἂν ἔσχε ζῆλον τοσοῦτον, οὐδὲ φιλοτιμίαν εἰς ἔτη πάμπολλα διαμένουσαν. ἀπεδέξαντο δὲ τοῦ Οὐαλερίου καὶ τὰς εἰς τὸν συνάρχοντα τιμὰς, αἷς ἐκκομιζόμενον καὶ θαπτόμενον ἐκόσμησε· καὶ λόγον ἐπ' αὐτῷ διεξῆλθεν ἐπιτάφιον, ὃς οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη, καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρχειν ἐξ ἐκείνου τελευτήσασιν ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος· εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν.

Ἀλλὰ δι' ἐκεῖνα μᾶλλον ἤχθοντο τῷ Οὐαλερίῳ καὶ προσέκρουον, ὅτι Βροῦτος μὲν, ὃν πατέρα τῆς ἐλευθερίας ἐνόμιζεν ὁ δῆμος, οὐκ ἠξίωσε μόνος ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον αὐτῷ συνάρχοντα προσείλετο καὶ δεύτερον· οὗτος δ', ἔφασαν, εἰς αὐτὸν ἅπαντα συνενεγκάμενος, οὐκ ἔστι τῆς Βρούτου κληρονόμος

illico ab ea arrectis & sublatis Romanorum animis castra personarunt: Hetrusci vero perfusi terrore & attoniti castra deseruerunt, atque dilapsi pene omnes sunt. Qui vero substiterunt, paulo minus quinque millia Romani adorti ceperunt, prædamque diripuere. Inito numero cæsorum, inventi ex parte hostium trecenti supra undecim millia, totidem uno minus ex parte Romanorum. Pugnatum aiunt pridie Cal. Martias. Valerius triumphans inde primus consulum, quadriga urbem iniit: quæ res augustam speciem & magnificam, non odiosam præbuit, neque invidiosam spectatoribus. Neque enim tanta id factum consequuta æmulatio esset, neque quæ per multos annos duravit ambitio. Gratus etiam ad populum honos collegæ habitus fuit, quo exequias ejus & funus decoravit Valerius: in cujus laudem orationem funebrem habuit, quæ usque adeo placuit populo Romano, tamque fuit probata, ut hujus exemplo præclari & insignes viri omnes vita functi a præstantissimis laudentur. Perhibent etiam hanc laudationem orationibus funebribus fuisse Græcorum vetustiorem: nisi sane hujus quoque rei autor fuit (ut Anaximenes orator scriptum reliquit) Solon.

Cæterum ideo potissimum infesti erant & incensi in Valerium, quod quem libertatis ducebat parentem populus, Brutus, in summo magistratu esse solus noluisset, sed primum sibi & alterum cooptasset collegam. Hic vero, inquiunt, qui in se omnem potestatem congessit, non est Bruti hæres consulatus nihil eum

μος ὑπατείας μηδὲν αὐτῷ προσηκούσης, ἀλλὰ τῆς Ταρκυνίου τυραννίδος. καίτοι τί δεῖ λόγῳ μὲν Βροῦτον ἐγκωμιάζειν, ἔργῳ δὲ μιμεῖσθαι Ταρκύνιον, ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι κατιόντα μόνον, ἐξ οἰκίας τοσαύτης τὸ μέγεθος ὅσην οὐ καθεῖλε τὴν τοῦ βασιλέως; καὶ γὰρ ὄντως Οὐαλέριος ᾤκει τραγικώτερον ὑπὸ τὴν καλουμένην Οὐελίαν οἰκίαν, ἐπικρεμαμένην τῇ ἀγορᾷ, καὶ καθορῶσαν ἐξ ὕψους ἅπαντα, δυσπρόσοδον δὲ πελάσαι καὶ χαλεπὴν ἔξωθεν, ὥστε καταβαίνοντος αὐτοῦ τὸ σχῆμα μετέωρον εἶναι, καὶ βασιλικὸν τῆς πομπῆς τὸν ὄγκον. ὅσον οὖν ἐν ἀρχῇ καὶ πράγμασι μεγάλοις ἀγαθὸν ἦν ἔχειν ὦτα παρρησίαν ἀντὶ κολακείας προσιέμενα καὶ λόγους ἀληθεῖς, ἔδειξεν. ἀκούσας γὰρ ὅτι τοῖς πολλοῖς ἁμαρτάνειν ἐδόκει, τῶν φίλων διεξιόντων, οὐκ ἐφιλονείκησεν, οὐδ᾽ ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ ταχὺ πολλοὺς συναγαγὼν τεχνίτας ἔτι νυκτὸς οὔσης, κατέβαλε τὴν οἰκίαν καὶ κατέσκαψεν εἰς ἔδαφος πᾶσαν· ὥστε μεθ᾽ ἡμέραν τοὺς Ῥωμαίους ὁρῶντας καὶ συνισταμένους, τοῦ μὲν ἀνδρὸς ἀγαπᾶν καὶ θαυμάζειν τὴν μεγαλοφροσύνην, ἄχθεσθαι δὲ τῆς οἰκίας, καὶ ποθεῖν τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, ὥσπερ ἀνθρώπου, διὰ φθόνον οὐ δικαίως καταλελυμένης, τοῦ δ᾽ ἄρχοντος, ὥσπερ ἀνεστίου, παρ᾽ ἑτέροις οἰκοῦντος. ἐδέχοντο γὰρ οἱ φίλοι τὸν Οὐαλέριον, ἄχρις οὗ τόπον ἔδωκεν ὁ δῆμος αὐτῷ, καὶ κατεσκεύασεν οἰκίαν ἐκείνης μετριωτέραν, ὅπου νῦν ἱερόν ἐστιν Οὐΐκος πόπλικος ὀνομαζόμενον. βουλόμενος δὲ μὴ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἀντὶ φοβερᾶς χειροήθη καὶ προσφιλῆ ποιεῖν τοῖς πολλοῖς, τούς τε πελέκεις ἀπέλυσε τῶν ῥάβδων, αὐτάς τε τὰς ῥάβδους εἰς ἐκκλησίαν παριὼν,

cum contingentis, cæterum Tarquinii tyrannidis. Quid refert autem verbis Brutum celebrare, reipsa imitari Tarquinium, qui cum omnibus simul fascibus & securibus solus in forum descendit ex domo tam ampla, quanta ne illa quidem Regis erat, quam dejecerat? Et habebat profecto Valerius superbiorem domum in Velia, quam vocant, foro imminentem, unde in omnem partem despectus ex edito erat, difficilis accessus & ardui foris, ut descendentis superba facies & regius pompæ esset fastus. Quantum autem referat in imperio & magnarum rerum procuratione positum, habere aures libere admonentibus & vera dicentibus, non adulantibus apertas, demonstravit. Nam ubi ab amicis accepit non probari facta sua plebi, non est cum iis luctatus neque stomachatus, sed confestim nocte adhuc, magna manu contracta fabrorum, diruit domum, & funditus totam dissipavit. Id luce populo, qui convenerat, aspicienti, amabilis quidem visa est & rara illius viri magnitudo animi: verum domum doluerunt ablatam, atque illius amplitudinem, quæ urbi erat decori, sicut hominis, per invidiam immerito eversæ, desideraverunt. Doluerunt etiam vicem consulis, velut penatium inopis, apud alios habitantis. Diverterat enim ad amicos Valerius, dum ei aream dedit populus, & ædificium extruxit priore demissius, ubi nunc delubrum est, quem Vicum publicum appellant. Ut autem non se modo, sed consulatum quoque pro terrifico placidum & gratum redderet populo, fascibus detraxit secures. Ipsas etiam ad concionem accedens

ὤν, ὑφῆκε τῷ δήμῳ καὶ κατέκλινε, μεταποιῶν τὸ πρόσχημα τῆς δημοκρατίας. καὶ τοῦτο μέχρι νῦν διαφυλάττουσιν οἱ ἄρχοντες. ἐλάνθανε δὲ τοὺς πολλοὺς οὐχ ἑαυτὸν, ὡς ᾤοντο, ποιοῦντα ταπεινὸν, ἀλλὰ τὸν φθόνον τῇ μετριότητι ταύτῃ καθαιρῶν καὶ κολούων. αὑτῷ δὲ προστιθεὶς τοσοῦτον μέγεθος δυνάμεως, ὅσον ἀφαιρεῖν ἐδόκει τῆς ἐξουσίας, ὑποδυομένου μεθ' ἡδονῆς αὐτῷ τοῦ δήμου, καὶ φέροντος ἑκουσίως. ὥστε καὶ Ποπλικόλαν ἀνηγόρευσεν αὐτόν· σημαίνει δὲ τοὔνομα Δημοκηδῆ· καὶ τοῦτο μᾶλλον ἴσχυσε τῶν ἀρχαίων ὀνομάτων, ᾧ καὶ ἡμεῖς χρησόμεθα τὸν λοιπὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς ἱστοροῦντες.

Ὑπατείαν μὲν γὰρ ἔδωκε μετιέναι καὶ παραγγέλλειν τοῖς βουλομένοις· πρὸ δὲ τῆς καταστάσεως τοῦ συνάρχοντος, οὐκ εἰδὼς τὸ γενησόμενον, ἀλλὰ δεδιὼς ἀντίπραξιν ὑπὸ φθόνου τινὸς ἢ ἀγνοίας, ἐχρήσατο τῇ μοναρχίᾳ πρὸς τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν πολιτευμάτων. πρῶτον μὲν γὰρ ἀνεπλήρωσε τὴν βουλὴν ὀλιγανδροῦσαν. ἐτεθνήκεσαν γὰρ οἱ μὲν ὑπὸ Ταρκυνίου πρότερον, οἱ δ' ἔναγχος ἐν τῇ μάχῃ· τοὺς δ' ἐγγραφέντας ὑπ' αὐτοῦ λέγουσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα καὶ τέσσαρας γενέσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα νόμους ἔγραψεν, ὧν μάλιστα μὲν ἰσχυροὺς ἐποίησε τοὺς πολλοὺς, ὁ τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ὑπάτων τῷ φεύγοντι δίκην ἐπικαλεῖσθαι διδοὺς· δεύτερος, ὁ τοὺς ἀρχὴν λαβόντας ἣν ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀποθνήσκειν κελεύων· τρίτος δὲ μετὰ τούτους, ὃς ἐβοήθησε τοῖς πένησιν, ᾧ τὰ τέλη τῶν πολιτῶν ἀφεῖλε, καὶ προθυμότερον ἅπτεσθαι τῶν ἐργασιῶν ἐποίησεν ἅπαντας. ὁ δὲ γραφεὶς κατὰ τῶν ἀπειθούντων τοῖς ὑπάτοις, οὐχ ἧττον

ἔδοξε

cedens depressit fasces & populo submisit, speciem majestatis addens principatui populari: idque consules ad nostram usque memoriam observant. At non animadvertit multitudo non facere illum se, ut arbitrabatur, submissiorem, sed invidiam ea moderatione depellere & imminuere, atque in tantum suas amplificare opes, quantum detrahere videbatur de licentia: coluitque libens eum populus & tulit volens, ut etiam Poplicolam appellaverit. Atque ex priscis ejus nominibus hoc magis invaluit, quo nos etiam in reliqua vita ejus describenda utemur.

Ad consulatus quidem petitionem admisit quemvis. Cæterum priusquam subrogaretur sibi collega, eventus ignarus, metuensque ne collega ex invidia vel inscitia sibi repugnaret, solus summa potestate ad optimas & præstantissimas actiones usus est. Primum igitur Senatum, qui fuerat ad paucitatem redactus, supplevit. Nam partim Tarquinii regno ante, partim nuper in acie occubuerant. Quos hic adscripsit, centum sexaginta quatuor memorant fuisse. Leges deinde tulit, ex quibus vim populi maxime intendit, illa de provocatione rei adversus consules ad populum: altera de sacrando capite ejus qui magistratum absque populi suffragiis cepisset: mox tertia, quæ succurrit inopibus, atque ea vectigali cives sublevavit, effecitque ut acrius incumberent opificiis. Illa etiam quam tulit adversus eos qui consulibus non parerent, nihilo secius visa popularis

est,

ἔδοξε δημοτικὸς εἶναι, καὶ πρὸς τὴν πολλῶν μᾶλλον ἢ δυνατῶν γεγράφθαι. ζημίαν γὰρ ἀπειθίας ἔταξε βοῶν πέντε καὶ δυοῖν προβάτων ἀξίαν. ἦν δὲ τιμὴ μὲν προβατίου ὀβολοὶ δέκα, βοὸς δὲ ἑκατόν· οὔπω νομίσματι χρωμένων πολλῷ τότε Ῥωμαίων, ἀλλὰ προβατείαις καὶ κτηνοτροφίαις εὐθηνούντων. διὸ καὶ τὰς οὐσίας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκούλια καλοῦσι, καὶ τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις βοῦν ἐπεχάραττον, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν. ἐτίθεντο δὲ καὶ παισὶν αὐτῶν, Συίλλους, καὶ Βουβούλκους, καὶ Καπραρίους, ὀνόματα, καὶ Πορκίους. κάπρας μὲν, τὰς αἶγας, πόρκους δὲ, τοὺς χοίρους ὀνομάζοντες.

Οὕτω δὲ περὶ ταῦτα δημοτικὸς γενόμενος νομοθέτης καὶ μέτριος, ἐν τῷ μετρίῳ τὴν τιμωρίαν ὑπερέτεινεν. ἔγραψε γὰρ νόμον, ἄνευ κρίσεως κτεῖναι διδόντα τὸν βουλόμενον τυραννεῖν· κτείναντα δὲ, φόνου καθαρὸν ἐποίησεν εἰ παράσχοιτο τοῦ ἀδικήματος τοὺς ἐλέγχους. ἐπεὶ γὰρ οὐ δυνατὸν ἐπιχειροῦντα τηλικούτοις λαθεῖν ἅπαντας, οὐκ ἀδύνατον δὲ τὸ μὴ λαθόντα τοῦ κρατηθῆναι φθάσαι κρείττονα γενόμενον, ἣν ἀναιρεῖ τὸ ἀδίκημα κρίσιν, προλαβεῖν ἔδωκε τῷ δυναμένῳ κατὰ τοῦ ἀδικοῦντος. ἐπῃνέθη δὲ καὶ διὰ τὸν ταμιευτικὸν νόμον. ἐπεὶ γὰρ ἔδει χρήματα εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τῶν οὐσιῶν τοὺς πολίτας, οὔτ' αὐτὸς ἅψασθαι τῆς οἰκονομίας, οὔτε φίλους ἐᾶσαι βουλόμενος, οὐθ' ὅλως εἰς οἶκον ἰδιώτου παρελθεῖν δημόσια χρήματα, ταμιεῖον μὲν ἀπέδειξε τὸν τοῦ Κρόνου ναὸν, ᾧ μέχρι νῦν χρώμενοι διατελοῦσι· ταμίας δὲ τῷ δήμῳ δύο τῶν νέων ἔδωκεν ἀποδεῖξαι, καὶ ἀπεδείχθησαν οἱ πρῶτοι, Πόπλιος Οὐετούριος καὶ Μινούκιος Μάρκος, καὶ χρήματα συνήχθη πολλά. τρισκαίδεκα γὰρ ἀπεγρά-

est, atque in gratiam potius plebis quam principum lata. Siquidem mulctam ei qui dicto audiens non esset, quinque bobus dixit & duabus ovibus valentem. Ovis erat pretium decem oboli, bovis centum, quod infrequens esset id temporis nummi apud Romanos usus, sed pecudibus & armentis abundarent. Unde facultates suas etiamnum a pecudibus peculium nominant: & vetustissime nummi bove vel ove fuerunt signati, filiisque suis Suillis, Bubulcis, Caprariis, Porciis nomina indebant.

Quum in his legislatorem se adeo popularem præbuisset & moderatum, ea in moderatione pœnam supra modum intendit. Tulit enim legem de interficiendo indicta causa eo, qui regni occupandi iniisset consilia: percussori impunitatem dedit, si indicia sceleris demonstrasset. Quia enim qui res molitur tantas, facere non possit ut omnes lateat: fieri autem possit ut qui non latuerit, judicium potentia præveniat, cognitionis quam eripit scelus, anticipandæ ei cui facultas esset, jus fecit adversus sceleratos. Jam lex etiam de quæstoribus habuit commendationem. Quum esset enim ad bellum collatione stipendii opus pro facultatibus civium, quod pecuniam neque tractare ipse vellet, neque permittere amicis, nec vero ut omnino in tecta privata pecunia publica deferretur, attribuit ærario templum Saturni, quo ad nostram usque ætatem utuntur, populoque concessit ut duos quæstores ex juvenibus crearet. Creati primi Publ. Veturius & Marc. Minutius. Ingens vis est pecuniæ coacta. Censiti fuere centum triginta mil-

γράψασθαι μυριάδας, ὀρφανοῖς παισὶ καὶ χήραις γυναιξὶν ἀνεθείσης τῆς εἰσφορᾶς. ταῦτα δὲ διοικήσας, ἀπέδειξεν ἑαυτοῦ συνάρχοντα τὸν Λουκρητίας πατέρα, Λουκρήτιον· ᾧ τὴν ἡγεμονικωτέραν ἐξιστάμενος, ὅτι πρεσβυτέρῳ τάξεως, παρέδωκε τοὺς καλουμένους φάσκης, καὶ τοῦτο διέμεινεν εἰς ἡμᾶς τὸ πρεσβεῖον ἀπ' ἐκείνου τοῖς γεραιτέροις φυλαττόμενον. ἐπεὶ δ' ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον ἐτελεύτησεν ὁ Λουκρήτιος, πάλιν ἀρχαιρεσιῶν γενομένων, ᾑρέθη Μάρκος Ὁράτιος, καὶ συνῆρχε τῷ Ποπλικόλᾳ τὸν ἀπολειπόμενον χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Ταρκυνίου δὲ Ῥωμαίοις δεύτερον πόλεμον ἐν Τυρρηνίᾳ κινοῦντος, μέγα σημεῖον λέγεται γενέσθαι. βασιλεύων γὰρ ἔτι καὶ τὸν νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς ἔχων ὁ Ταρκύνιος οὔπω συντετελεσμένον, εἴτε μαντείας γενομένης, εἴτ' αὐτῷ δόξαν ἄλλως, ἅρμα κατὰ κορυφὴν ἐπιστῆσαι κεραμεοῦν, ἐξέδωκε Τυρρηνοῖς τισιν ἐξ Οὐηίων δημιουργοῖς, εἶτ' ὀλίγον ὕστερον ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. τῶν δὲ Τυρρηνῶν διαπεπλασμένον τὸ τέθριππον ἐμβαλλόντων εἰς κάμινον, οὐκ ἔπαθεν ἃ προσῆκε πάσχειν πηλὸν ἐν πυρί, πυκνοῦσθαι καὶ συνιζάνειν, ἐκτηκομένης τῆς ὑγρότητος, ἀλλ' ἐξέστη καὶ ᾤδησε καὶ μέγεθος ἔσχεν ἅμα ῥώμῃ καὶ σκληρότητι τοσοῦτον, ὥστε μόλις ἐξαιρεθῆναι, τὴν ὀροφὴν ἀποσκευασαμένων τῆς καμίνου, καὶ τῶν τοίχων περιαιρεθέντων. ὡς οὖν ἐδόκει τοῖς μάντεσι θεῖον εἶναι σημεῖον εὐτυχίας καὶ δυνάμεως παρ' οἷς ἔσοιτο τὸ τέθριππον, ἔγνωσαν οἱ Οὐήιοι μὴ προέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις ἀπαιτοῦσι, καὶ ἀπεκρίναντο, τοῦτο Ταρκυνίῳ, οὐ τοῖς Ταρκύνιον ἐκβαλοῦσι προσήκειν. ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις ἦσαν ἵππων ἀγῶνες αὐτοῖς, καὶ τὰ μὲν ἄλλα θέαν καὶ σπουδὴν εἰωθυῖαν παρ-

millia. Orbis viduisque gratia facta tributi pendendi. His dispensatis, collegam subrogavit Lucretiæ patrem Lucretium: cui majori natu priorem locum concedens, tradidit fasces. Inde hæc prærogativa hucusque grandioribus ætate est conservata. Quo intra paucos dies defuncto, comitiis iterum habitis, suffectus est Marcus Horatius, atque hic reliquum anni collega Poplicolæ fuit.

At Tarquinio alterum bellum populo Romano ex Hetruria movente, fama est magnum factum portentum. Ædem Jovis in Capitolio, dum regnaret adhuc, quum tantum non consummasset Tarquinius, oraculo monitus, an suo ipsius forte consilio, currum figulinum Tuscis opificibus civibus Veientibus imponendum fastigio locavit. Post aliquanto regno est exactus. Ea quadriga quum Tusci figuratam immisissent in fornacem, quod lutum solet, in igne non spissata est, neque resoluto humore adstricta: sed exsurrexit & crevit, atque in tantam molem tamque solidam & firmam exivit, ut fornacis ablato culmine & parietibus dejectis ægre educeretur. Id quia vatibus visum est cæleste fœlicitatis & potentiæ prodigium iis, penes quos ea quadriga foret, statuerunt repetentibus Romanis non tradere eam Veientes, ac tantum responderunt, ad Tarquinium quadrigam, non ad Tarquinii spectare expulsores. Mox ludis Equestribus, quum spectaculum alias ageretur assueta solemnitate, vi-

παρεῖχε· τὸ δὲ νικῆσαν τέθριππον ὁ μὲν ἡνίοχος ἐξήλαυνε τοῦ ἱπποδρόμου σχέδην ἐστεφανωμένος, οἱ δ᾽ ἵπποι πτοηθέντες ἀπ᾽ οὐδεμιᾶς ἐμφανοῦς προφάσεως, ἀλλὰ κατά τι δαιμόνιον ἢ τύχην, ἵεντο παντὶ τάχει πρὸς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἔχοντες τὸν ἡνίοχον. ὡς δ᾽ οὐδὲν ἦν ἔργον αὐτοῦ κατατείνοντος, οὐδὲ παρηγοροῦντος, ἀλλ᾽ ἥρπαστο, δόντα τῇ ῥύμῃ, καὶ φερόμενον, ἄχρις οὗ τῷ Καπιτωλίῳ προσμίξαντες, ἐξέβαλον αὐτὸν ἐνταῦθα περὶ τὴν πύλην ἣν νῦν Ῥατουμέναν καλοῦσι. γενομένου δὲ τούτου, θαυμάσαντες οἱ Οὐήϊοι καὶ φοβηθέντες, ἐπέτρεψαν τὸ ἅρμα ἀποδοῦναι τοῖς τεχνίταις.

Τὸν δὲ νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς εὔξατο μὲν ἀναθήσειν Ταρκύνιος ὁ Δημαράτου πολεμῶν Σαβίνοις, ᾠκοδόμησε δὲ Ταρκύνιος ὁ Σούπερβος, υἱὸς ὢν ἢ υἱωνὸς τοῦ εὐξαμένου. καθιερῶσαι δὲ οὐκ ἔφθασεν, ἀλλὰ μικρὸν ἀπελείπετο τοῦ τέλος ἔχειν ὅτε Ταρκύνιος ἐξέπιπτεν. ὡς οὖν ἀπείργαστο τελέως, καὶ τὸν προσήκοντα κόσμον ἀπεῖχεν, ἦν τῷ Ποπλικόλᾳ φιλοτιμία πρὸς τὴν καθιέρωσιν. ἐφθόνουν δὲ πολλοὶ τῶν δυνατῶν, καὶ ἤχθοντο ταῖς μὲν ἄλλαις τιμαῖς ἧττον, ἃς νομοθετῶν καὶ στρατηγῶν ἐκ προσηκόντων ἔσχε· ταύτην δ᾽ οὖσαν ἀλλοτρίαν οὐκ ᾤοντο δεῖν αὐτῷ προσγενέσθαι, καὶ τὸν Ὡράτιον προετρέποντο καὶ παρώξυνον ἀντιποιεῖσθαι τῆς καθιερώσεως. γενομένης οὖν τῷ Ποπλικόλᾳ στρατείας ἀναγκαίας, ψηφισάμενοι τὸν Ὡράτιον καθιεροῦν, ἀνῆγον εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὡς οὐκ ἂν ἐκείνου περιγενόμενοι παρόντος. ἔνιοι δέ φασιν, κλήρῳ τῶν ὑπάτων λαχεῖν ἐκεῖνον ἐπὶ τὴν στρατείαν ἄκοντα, τοῦτον δ᾽ ἐπὶ τὴν καθιέρωσιν. ἔξεστι δὲ περὶ τούτων ὡς ἔσχεν εἰκάζειν τοῖς πραχθεῖσι περὶ τὴν καθ-

victricem quadrigam agitator coronatus sensim exigebat circo. Ibi equi ab nulla consternati evidenti causa, sed ex nescio qua divina incitatione vel casu, effuso cursu Romam rapto secum contenderunt agitatore. Nec quicquam adducendis habenis vel demulcendis profecit equis, verum arripuerunt vi victum & ablatum, dum juxta Capitolium ad portam, quam nunc Ratumenam vocant, effuderunt eum. Quo facto Veientes obstupefacti metuque perculsi, permiserunt artificibus ut currum restituerent.

Templum Jovis Capitolini Tarquinius Demarati filius, in bello quod gessit cum Sabinis voverat, Id Tarquinius superbus ejus qui voverat filius vel nepos, extruxit: non dedicavit tamen, sed erat pene absolutum, quum Roma pelleretur. Ut jam undequaque perfectum & decenti specie fuit extructum, affectavit id Poplicola dedicare. Cæterum æmulati ex primoribus multi minus quidem cæteris ejus honoribus, quos ex promulgatis legibus & bellis perpetratis fuerat merito consequutus, verum alienum hunc non duxerunt ei tribuendum; hortatique sunt ac stimulaverunt Horatium, hanc ut ambiret dedicationem. Quum autem Poplicolæ necessitas incumberet expeditionis, concessa ex plebiscito Horatio dedicatio est, eumque duxerunt in Capitolium, tanquam non futuri superiores, si præsens ille esset. Alia fama est, sortitis consulibus, Poplicolæ provinciam invito evenisse, alteri dedicationem. Verum quo pacto se res hæc habuerit conjicias licet

καθιέρωσιν. εἰδοῖς οὖν Σεπτεμβρίαις, ὃ συντυγχάνει περὶ τὴν πανσέληνον μάλιστα τοῦ μεταγειτνιῶνος, ἠθροισμένων ἁπάντων εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὁ μὲν Ὡράτιος, σιωπῆς γενομένης, τά τ' ἄλλα δράσας, καὶ τῶν θυρῶν ἁψάμενος, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐπεφθέγγετο τὰς νενομισμένας ἐπὶ τῇ καθιερώσει φωνάς. ὁ δ' ἀδελφὸς τοῦ Ποπλικόλα Μάρκος, ἐκ πολλοῦ παρὰ τὰς θύρας ὑφεστὼς, καὶ παραφυλάττων τὸν καιρὸν, Ὦ ὕπατε, εἶπεν, ὁ υἱός σου τέθνηκεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ νοσήσας. τοῦτο πάντας ἠνίασε τοὺς ἀκούσαντας· ὁ δ' Ὡράτιος οὐδὲν διαταραχθεὶς, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον εἰπὼν, Ῥίψατε τοίνυν τὸν νεκρὸν ὅποι βούλεσθε, ἐγὼ γὰρ οὐ προσίεμαι τὸ πένθος, ἐπέραινε τὴν λοιπὴν καθιέρωσιν. ἦν δὲ τὸ προσηγγελμένον οὐκ ἀληθὲς, ἀλλ' ὁ Μάρκος, ὡς ἀποστήσων τὸν Ὡράτιον, ἐψεύσατο. θαυμαστὸς οὖν ὁ ἀνὴρ τῆς εὐσταθείας, εἴτε τὴν ἀπάτην ἐν καιρῷ βραχεῖ συνεῖδεν, εἴτε πιστευθεὶς ὁ λόγος οὐκ ἐκίνησεν αὐτόν.

Ἔοικε δὲ καὶ περὶ τὸν δεύτερον ναὸν ὁμοία τύχη γενέσθαι τῆς καθιερώσεως. τὸν μὲν γὰρ πρῶτον, ὡς εἴρηται, Ταρκυνίου κατασκευάσαντος, Ὡρατίου δὲ καθιερώσαντος, ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις πῦρ ἀπώλεσε· τὸν δὲ δεύτερον ἀνέστησε μὲν Σύλλας, ἐπεγράφη δὲ τῇ καθιερώσει Κάτουλος, Σύλλα προαποθανόντος. τούτου δὲ πάλιν ἐν ταῖς κατὰ Οὐιτέλλιον στάσεσι διαφθαρέντος, τρίτον τῇ πρὸς τἆλλα, καὶ τοῦτο χρησάμενος εὐποτμίᾳ Οὐεσπεσιανὸς, ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἀναγαγὼν ἐπεῖδε γενόμενον, καὶ φθειρόμενον μετ' ὀλίγον οὐκ ἐπεῖδεν, ἀλλὰ τοσοῦτον εὐτυχίᾳ Σύλλαν παρῆλθεν, ὅσον ἐκεῖνον μὲν τῆς ἀφιερώσεως τοῦ ἔργου, τοῦτον δὲ τῆς ἀναιρέσεως προαποθανεῖν. ἅμα γὰρ τῷ τελευ-

cet ex gestis in dedicatione. Idibus itaque Septembribus, quod tempus incidit potissimum in plenilunium mensis, quem vocant Athenienses Metagitniona, quum in Capitolium omnes convenissent, dum Horatius silentio facto & reliquis perpetratis, postem de more tenens effatur solemnem dedicationis precationem, Marcus Poplicolæ frater, qui diu ostio adstiterat captans occasionem, Filius tuus, consul, in castris ex morbo periit. Torsit id omnes assistentes, at Horatius nihil commotus, sed tantum fatus, Cadaver quo vultis efferte, ego luctum non accipio, reliquam dedicationem peregit. Is nuntius verus non erat, sed ut averteret Horatium, fuerat Marcus eum ementitus. Memorabilis viri illius constantia, sive dolum momento intellexit, sive nuntio quamvis fidem habuerit, non fuit tamen permotus.

Par eventus videtur in secundo dedicando templo fuisse. Nam primum quod Tarquinius (ut jam dictum est) condidit, & dedicavit Horatius, incendium bellis civilibus absumpsit. Secundum excitavit Sylla, sed Catulus, Sylla fato prævento, est dedicationi præscriptus. Quod quum iterum bellis intestinis Vitellianis deflagrasset, tertium cum alia usus fœlicitate, tum hac Vespasianus ab initio vidit perductum ad finem, concidens paulo post non vidit: verum hactenus Syllam superavit fœlicitate, quatenus ille consecrationem templi ab se ædificati, hic interitum morte prævenit. Simul enim atque de-

λευτῆσαι Οὐεσπεσιανὸν, ἐνεπρήσθη τὸ Καπιτώλιον. ὁ δὲ τέταρτος οὗτος ὑπὸ Δομετιανοῦ καὶ συνετελέσθη καὶ καθιερώθη. λέγεται δὲ Ταρκύνιος εἰς τοὺς θεμελίους ἀναλῶσαι λίτρας ἀργυρίου τετρακισμυρίας· τούτου δὲ τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς τὸν μέγιστον ἐν Ῥώμῃ τῶν ἰδιωτικῶν πλοῦτον ἐκλογισθέντα, τὸ τῆς χρυσώσεως μὴ τελέσαι ἀνάλωμα, πλέον ἢ δισχιλίων καὶ μυρίων ταλάντων γενόμενον. οἱ δὲ κίονες ἐκ τοῦ Πεντέλησιν ἐτμήθησαν λίθου, κάλλιστα τῷ πάχει πρὸς τὸ μῆκος ἔχοντες· εἴδομεν γὰρ αὐτοὺς Ἀθήνησιν. ἐν δὲ Ῥώμῃ πληγέντες αὖθις καὶ ἀναξυσθέντες, οὐ τοσοῦτον ἔσχον γλαφυρίας, ὅσον ἀπώλεσαν συμμετρίας, τοῦ καλοῦ διάκενοι καὶ λαγαροὶ φανέντες. ὁ μέντοι θαυμάσας τοῦ Καπιτωλίου τὴν πολυτέλειαν, εἰ μίαν εἶδεν ἐν οἰκίᾳ Δομετιανοῦ στοὰν, ἢ βασιλικὴν, ἢ βαλανεῖον, ἢ παλλακίδων δίαιταν, οἷόν ἐστι τὸ λεγόμενον Ἐπιχάρμου πρὸς τὸν ἄσωτον,

Οὐ φιλάνθρωπος τύ γ᾽ ἐσσί ἔχεις νόσον, χαίρεις διδούς·

τοιοῦτον ἄν τι πρὸς Δομετιανὸν εἰπεῖν προήχθη, Οὐκ εὐσεβὴς οὐδὲ φιλότιμος τύ γ᾽ ἐσσί ἔχεις νόσον, χαίρεις κατοικοδομῶν· ὥσπερ ὁ Μίδας ἐκεῖνος, ἅπαντά σοι χρυσᾶ καὶ λίθινα βουλόμενος γίνεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων.

Ὁ δὲ Ταρκύνιος μετὰ τὴν μεγάλην μάχην ἐν ᾗ καὶ τὸν υἱὸν ἀπώλεσε μονομαχήσαντα Βρούτῳ, καταφυγὼν εἰς τὸ Κλούσιον, ἱκέτευσε Κλάραν Πορσίναν, ἄνδρα καὶ δύναμιν μεγίστην ἔχοντα τῶν Ἰταλικῶν βασιλέων, καὶ δοκοῦντα χρηστὸν εἶναι καὶ φιλότιμον. ὁ δ᾽ ὑπέσχετο βοηθήσειν, καὶ πρῶτον μὲν ἔπεμ-

decessit Vespasianus, Capitolium haustum incendio est. Quartum hoc, ab Domitiano & consummatum est & dedicatum. Dicitur in fundamenta impendisse Tarquinius quadraginta millia pondo argenti: at hujus quod nunc extat, vel maximas unius privati Romani reputatas opes non suppeditasse in deaurationem, in quam plus duodecim millia talentum exhausta. Columnæ sunt ex marmore Pentelico excisæ, quarum elegantissime respondebat crassitudini longitudo: eas enim vidimus Athenis. Nec desecatis denuo expolitisque tantum accessit venustatis, quantum decessit symmetriæ, apparuitque exilibus redditis exhaustus decor. At quibus facit Capitolii magnificentia admirationem, hi unam si in Domitiani domo videant porticum, vel basilicam, vel balneum, vel pellicum diætam; cujuscemodi est Epicharmi ad profusum quendam dictum,

Non benignus es, habes morbum, gestis tu largiens:

consimile quid ad Domitianum cogantur dicere, Non tu quidem religiosus, nec magnificus es: morbo teneris, gaudes quum in ædificia omnia profundas: qui, ut, Midas ille, omnia tibi aurea fieri & gemmea cupis. Cæterum de his satis.

Tarquinius a magno illo conflictu, quo filium, qui solus fuerat cum Bruto congressus, amiserat, Clusium supplex ad Claram Porsenam perfugit, virum maxima potentia inter reges Italicos subnixum, & humanum, uti habebatur, magnanimumque. Hic auxilium ei pollicitus est: ac primum per legatos

ἔπεμψεν εἰς Ῥώμην, κελεύων δέχεσθαι τὸν Ταρκύνιον· ὡς δ' οὐχ ὑπήκουσαν οἱ Ῥωμαῖοι, καταγγείλας αὐτοῖς πόλεμον, καὶ χρόνον ἐν ᾧ, καὶ τόπον εἰς ὃν ἔμελλεν ἐμβαλεῖν, ἀφίκετο μετὰ πολλῆς δυνάμεως. Ποπλικόλας δ' ᾑρέθη μὲν ἀπὼν ὕπατος τὸ δεύτερον, καὶ σὺν αὐτῷ Τίτος Λουκρήτιος· ἐπανελθὼν δ' εἰς Ῥώμην, καὶ βουλόμενος τῷ φρονήματι πρῶτον ὑπερβαλέσθαι τὸν Πορσίναν, ἔκτιζε πόλιν Σιγλιουρίαν, ἤδη πλησίον αὐτοῦ ὄντος. καὶ τειχίσας μεγάλοις ἀναλώμασιν ἑπτακοσίους ἀποίκους ἀπέστειλεν, ὡς ῥᾳδίως φέρων καὶ ἀδεῶς τὸν πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ προσβολῆς ὀξείας τῷ τείχει γενομένης, ἐξεώθησαν οἱ φύλακες ὑπὸ τοῦ Πορσίνα, καὶ φεύγοντες, ὀλίγου συνεισπάσαντο τοὺς πολεμίους εἰς τὴν πόλιν. ἔφθη δὲ πρὸ τῶν πυλῶν ἐκβοηθήσας ὁ Ποπλικόλας, καὶ μάχην συνάψας παρὰ τὸν ποταμὸν, ἀντεῖχε πλήθει βιαζομένοις τοῖς πολεμίοις· ἄχρις οὗ τραύμασι νεανικοῖς περιπεσὼν, ἀπεκομίσθη φοράδην ἐκ τῆς μάχης. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Λουκρητίῳ τοῦ συνάρχοντος αὐτῷ παθόντος, ἀθυμία τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέπεσε, καὶ φυγῇ πρὸς τὴν πόλιν ἔσωζον ἑαυτούς. ὠθουμένων δὲ τῶν πολεμίων διὰ τῆς ξυλίνης γεφύρας, ἐκινδύνευσεν ἡ Ῥώμη κατὰ κράτος ἁλῶναι. πρῶτος δὲ Κόκλιος Ὡράτιος, καὶ σὺν αὐτῷ δύο τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν, Ἑρμήνιος καὶ Λουκρήτιος, ἀντέστησαν περὶ τὴν ξυλίνην γέφυραν. ὁ δὲ Ὡράτιος ὁ Κόκλιος ἐπωνυμίαν ἔσχεν, ἐν πολέμῳ τῶν ὀμμάτων θάτερον ἐκκοπείς· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, διὰ σιμότητα τῆς ῥινὸς ἐνδεδυκυίας, ὥστε μὴ εἶναι τὸ διορίζον τὰ ὄμματα, καὶ τὰς ὀφρῦς συγκεχύσθαι, Κύκλωπα βουλόμενοι καλεῖν αὐτὸν οἱ πολλοί, τῆς γλώττης ὀλισθαινούσης,

gatos a Romanis, ut reciperent Tarquinium, postulavit. Quod ubi abnuit populus, indicto ei bello, & quo tempore, in quemque locum invasurus esset denunciato, multis cum copiis movit in eos. Id temporis Poplicola licet absens iterum, & cum eo Tit. Lucretius, consules facti. Poplicola regressus Romam, quo primum animo vinceret Porsenam, oppidum Sigliuriam imminente jam eo condidit. Quod quum grandi impensa muniisset, misit eo septingentos colonos, quasi floccifaceret & contemneret bellum. Cæterum acriter muros hujus oppidi Porsena aggressus præsidium ejecit, permixtique fugientibus hostes prope in urbem eruperunt. Verum pro porta occurrit Poplicola hostibus, commissaque juxta amnem pugna, sustinuit prementem multitudine hostem, quoad, multis vulneribus strenue acceptis, ex prœlio est sublatus. Eadem fortuna collegæ ejus Lucretii fuit. Unde perculsi Romani fuga ad urbem salutem petierunt. Quum magno impetu hostes per pontem sublicium ferrentur, Roma fuit pene vi capta. Ibi princeps Horatius Cocles, & duo primæ nobilitatis viri, Hermenius & Lucretius, hostibus se in ponte objecere. Horatius dictus Cocles cognomine fuit, quod alter oculus ei esset in bello excussus: ut nonnulli dictitant, quod simus esset, naso ita depresso, nullum ut esset inter oculos interstitium, & supercilia haberet commissa. Unde vocare eum multitudo quum Cyclopem vellet, labente lingua ob-

νούσης, ἐκράτησαν ὑπὸ πλήθους Κόκλιον καλεῖσθαι. οὗτος ἑστὼς πρὸ τῆς γεφύρας, ἠμύνετο τοὺς πολεμίους, ἄχρις οὗ διέκοψαν οἱ σὺν αὐτῷ κατόπιν τὴν γέφυραν. οὕτω δὲ μετὰ τῶν ὅπλων ἀφεὶς ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἀπενήξατο, καὶ προσέμιξε τῇ πέραν ὄχθῃ, δόρατι Τυρρηνικῷ βεβλημένος τὸν γλουτόν. ὁ δὲ Ποπλικόλας τὴν ἀρετὴν θαυμάσας, αὐτίκα μὲν εἰσηγήσατο Ῥωμαίους ἅπαντας ὅσην ἕκαστος ἐν ἡμέρᾳ τροφὴν ἀνήλισκε, δοῦναι συνεισενεγκόντας, ἔπειτα τῆς χώρας ἣν αὐτὸς περιαρόσειεν ἐν ἡμέρᾳ. πρὸς δὲ τούτοις, εἰκόνα χαλκῆν ἔστησαν αὐτῷ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου, τὴν γενομένην ἐκ τοῦ τραύματος τῷ ἀνδρὶ χωλότητα μετὰ τιμῆς παρηγοροῦντες.

Ἐπικειμένου δὲ τοῦ Πορσίνα τῇ πόλει, καὶ λιμὸς ἥπτετο τῶν Ῥωμαίων, καὶ Τυρρηνῶν ἕτερος στρατὸς αὐτὸς καθ' αὑτὸν εἰς τὴν χώραν ἐνέβαλε. Ποπλικόλας δὲ τὸ τρίτον ὑπατεύων, Πορσίνᾳ μὲν, ἀτρεμῶν καὶ φυλάττων τὴν πόλιν, ᾤετο δεῖν ἀντέχειν· τοῖς δὲ Τυρρηνοῖς ὑπεξῆλθε, καὶ συμβαλὼν ἐτρέψατο, καὶ πεντακισχιλίους αὐτῶν ἀνεῖλε. τὸ δὲ περὶ Μουκίου εἴρηται μὲν ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρως. λεκτέον δὲ, ᾗ μάλιστα πιστεύεται, καὶ ἡμῖν. ἦν ἀνὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος· ἐπιβουλεύων δὲ τὸν Πορσίναν ἀνελεῖν, παρεισῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον Τυρρηνίδα φορῶν ἐσθῆτα, καὶ φωνῇ χρώμενος ὁμοίᾳ. περιελθὼν δὲ τὸ βῆμα τοῦ βασιλέως καθεζομένου, καὶ σαφῶς μὲν αὐτὸν οὐκ εἰδὼς, ἐρέσθαι δὲ περὶ αὐτοῦ δεδιὼς, ὃν ᾠήθη μάλιστα τῶν συγκαθεζομένων ἐκεῖνον εἶναι, σπασάμενος τὸ ξίφος ἀπέκτεινεν. ἐπὶ τούτῳ δὲ συλληφθεὶς ἀνεκρίνετο· καί τινος ἐσχαρίδος πῦρ ἐχούσης, μέλλοντι

obtinuit ut diceretur a vulgo Cocles. Hic positus in statione pontis, quoad eum socii a tergo rescidissent, sustinuit hostes. Inde armatus se in Tyberim misit, atque incolumis ad ulteriorem ripam tranavit, jaculo Hetrusco in natibus ictus. Cujus virtutem Poplicola admiratus statim tulit ad populum, ut quisque ex Quiritibus cibaria ei unius diei conferret, deinde donarent quantum agri uno die circumarasset. Ad hæc statuam æneam ei in æde Vulcani posuerunt. Eo honore contractam ex vulnere claudicatem lenivere.

Dum Porsena urbem premit, infestavit insuper Romanos fames, & Tuscorum alter exercitus per se agrum populatus est. Poplicola vero tertium consul, obsistere Porsenæ statuit quiescendo & urbem tuendo. In Hetruscos copias eduxit occulte, eosque acie fudit, interfectis quinque millibus. At factum C. Mutii a multis sed diversimode celebratum est, neque id nos, ut maxime probabile videtur, præteribimus. Fuit hic cum omni ornatus virtute, tum bellicis artibus præstantissimus. Porsenam autem quum constituisset opprimere incautum, veste indutus Hetrusca & assimili lingua utens in castra penetravit. Quum ambiisset tribunal ubi rex considebat, ignoraret autem regem, & timeret sciscitari qui esset, quem maxime ex consessu arbitratus est regem esse, eum stricto gladio obtruncavit. Ob id factum comprehensus est, & quæstionem de eo habuerunt. Erat ibi accensus ad sacrificium Por-

τι τῷ Πορσίννᾳ θύειν κεκομισμένης, ὑπερέχων τὴν δεξιὰν χεῖρα, καιομένης τῆς σαρκὸς εἱστήκει πρὸς τὸν Πορσίνναν ἀποβλέπων ἰταμῷ καὶ ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ, μέχρις οὗ θαυμάσας ἀφῆκεν αὐτὸν, καὶ τὸ ξίφος ἀπεδίδους, ὤρεξεν ἀπὸ τοῦ βήματος· ὁ δὲ τὴν εὐώνυμον προτείνας ἐδέξατο. καὶ διὰ τοῦτο φασὶν αὐτῷ γενέσθαι τὸ Σκαιόλαν ἐπίκλησιν, ὅπερ ἐστὶ Λαιόν. ἔφη δὲ τὸν φόβον τοῦ Πορσίννα νενικηκὼς, ἡττᾶσθαι τῆς ἀρετῆς, καὶ χάριτι μηνύειν ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσε. Τριακόσιοι γὰρ Ῥωμαίων, ἔφη, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ σου πλανῶνται καιρὸν ἐπιτηροῦντες· ἐγὼ δὲ κλήρῳ λαχὼν καὶ προεπιχειρήσας, οὐκ ἄχθομαι τῇ τύχῃ διαμαρτὼν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ φίλου μᾶλλον ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις εἶναι πρέποντος. ταῦθ' ὁ Πορσίννας ἀκούσας ἐπίστευσε, καὶ πρὸς τὰς διαλύσεις ἥδιον ἔσχεν, οὐ τοσοῦτο, μοὶ δοκεῖ, φόβῳ τῶν τριακοσίων, ὅσον ἀγασθεὶς καὶ θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν Ῥωμαίων. τοῦτον τὸν ἄνδρα Μούκιον ὁμοῦ τι πάντων καὶ Σκαιόλαν καλούντων, Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδων ἐν τῷ πρὸς Ὀκταουίαν τὴν Καίσαρος ἀδελφὴν, καὶ Ὀψίγονον ὠνομάσθαι φησίν.

Ὁ μέντοι Ποπλικόλας αὐτὸς, οὐχ οὕτω πολέμιον ὄντα τὸν Πορσίνναν βαρὺν ἡγούμενος, ὡς ἄξιον πολλοῦ τῇ πόλει φίλον γενέσθαι καὶ σύμμαχον, οὐκ ἔφυγεν ἐπ' αὐτοῦ δίκην κριθῆναι πρὸς Ταρκύνιον, ἀλλ' ἐθάῤῥει, καὶ προὐκαλεῖτο πολλάκις ὡς ἐξελέγξων κάκιστον ἀνδρῶν, καὶ δικαίως ἀφαιρεθέντα τὴν ἀρχήν. ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Ταρκυνίου τραχύτερον, οὐδένα ποιεῖσθαι δικαστὴν, ἡκι-

Porsenæ foculus, ei dextram injicit: dum torretur caro, intuitus Porsenam est truci & imperterrito vultu, donec attonitus miraculo eum dimisit, gladiumque, quem porrexit ei ex tribunali, reddidit: ille eum protensa læva accepit. Hinc fama est eum Scævolæ nomen, quod est Lævum, invenisse. Ibi vicisse ait Porsenæ se terrorem, victum autem esse ab ejus virtute, atque indicaturum ei gratis quod minis non detexisset. Trecenti Romani, (inquit) conjuraverunt, & in castris tuis errant captantes opportunitatem: ego, cujus prima sors fuit, non succenseo fortunæ quod a bono aberraverim viro, eoque quem amicum potius quam hostem esse populi Romani deceat. His dictis adjunxit Porsena fidem, propensiorque fuit ad pacificandum: non ita, meo quidem judicio, illorum formidine trecentorum, ut commendatione & admiratione spirituum ac virtutis Romanæ. Hunc virum etsi plerique omnes & Mutium & Scævolam nominant, Athenodorus Sandon tamen in libro quem ad Octaviam scripsit Cæsaris sororem, fuisse etiam dicit Posthumium vocatum.

At Poplicola non tam acrem hostem existimans Porsenam, quam magnopere referre ut amicitiam & societatem ejus adjungeret populo Romano, non refugit apud ipsum inter Tarquinium & Romanos judicium fieri, fidentique animo provocavit crebro ad eum, probaturum illum se hominem sceleratissimum esse, & jure exutum regno. Ad quod quum asperius respondisset Tarquinius, nullius se cognitionem subiturum, & omnium mi-

ἥκιστα δὲ Πορσίναν, εἰ σύμμαχος ὢν μεταβάλλεται, δυσχεράνας καὶ καταγνοὺς ὁ Πορσίνας, ἅμα δὲ τοῦ παιδὸς Ἄρρουντος δεομένου καὶ σπουδάζοντος ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, κατελύσατο τὸν πόλεμον, ἐξισταμένοις ἧς ἀπετέμοντο τῆς Τυρρηνίδος χώρας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποπέμπουσι, κομιζομένοις δὲ τοὺς αὐτομόλους. ἐπὶ τούτοις ὁμήρους ἔδωκαν ἐξ εὐπατριδῶν περιπορφύρους δέκα, καὶ παρθένους τοσαύτας. ὧν ἦν Ποπλικόλα θυγάτηρ Οὐαλερία.

Πραττομένων δὲ τούτων, τοῦ τε Πορσίνα πᾶσαν ἤδη τὴν πολεμικὴν ἀνεικότος παρασκευὴν διὰ πίστιν, αἱ παρθένοι τῶν Ῥωμαίων κατῆλθον ἐπὶ λουτρόν, ἔνθα δὴ μηνοειδής τις ὄχθη περιβάλλουσα τὸν ποταμὸν, ἡσυχίαν μάλιστα καὶ γαλήνην τοῦ κύματος παρεῖχεν. ὡς δ' οὔτε τινὰ φυλακὴν ἑώρων, οὔτε παριόντας ἄλλως ἢ διαπλέοντας, ὁρμὴν ἔσχον ἀπονήξασθαι πρὸς ῥεῦμα πολὺ καὶ δίνας βαθείας. ἔνιοι δέ φασιν αὐτῶν μίαν ὄνομα Κλοιλίαν, ἵππῳ διεξελάσαι τὸν πόρον, ἐγκελευσαμένην ταῖς ἄλλαις νεούσαις καὶ παραθαρρύνουσαν. ἐπεὶ δὲ σωθεῖσαι πρὸς τὸν Ποπλικόλαν ἧκον, οὐκ ἐθαύμασεν, οὐδὲ ἠγάπησεν, ἀλλ' ἠνιάθη ὅτι Πορσίνα κακίων ἐν πίστει φανεῖται, καὶ τὸ τόλμημα τῶν παρθένων αἰτίαν ἕξει κακούργημα Ῥωμαίων γεγονέναι. διὸ συλλαβὼν αὐτάς, πάλιν ἀπέστειλε πρὸς τὸν Πορσίναν. ταῦτα δ' οἱ περὶ τὸν Ταρκύνιον προαισθόμενοι, καὶ καθίσαντες ἐνέδραν τοῖς ἄγουσι τὰς παῖδας, ἐν τῷ πέραν ἐπέθεντο πλείονες ὄντες. ἐκείνων δ' ὅμως ἀμυνομένων, ἡ Ποπλικόλα θυγάτηρ Οὐαλερία διὰ μέσων ὁρμήσασα τῶν μαχομένων ἔφυγε, καὶ τρεῖς τινες οἰκέται συνδιεκπεσόντες ἔσωζον αὐτήν. τῶν δ' ἄλλων οὐκ ἀκινδύνως ἀναμεμιγμένων τοῖς μαχομένοις, αἰσθόμενος Ἄρρων ὁ Πορσίνα υἱός.

minime Porsenæ, si a societate discedat & mutet sententiam; infensus Porsena cœpit male de eo sentire: intercedente vero & magno studio pro Romanis filio ejus instante Arunte, pacem cum iis firmavit ea lege, ut agrum quem ademerant Hetruscis, restituerent, & captivos remitterent, reciperentque vicissim perfugas. In hæc obsides dederunt ex patriciis prætextatos decem & totidem virgines, in quibus Poplicolæ filia erat Valeria.

Interea quum apparatum belli Porsena jam omnem habita Romanis fide dissolvisset, virgines Romanæ descenderunt lavatum, qua ripa arcuatim complexa amnem, lenem quam maxime & placidam efficiebat undam. Ubi vero nullam stationem vident, neque ullos prætereuntes alias aut prævehentes, ardor cepit eas rapidum fluvium altosque vortices tranandi. Sunt qui dicant unam earum, Clœliam nomine, equo trajecisse, excitasseque & confirmasse alias natantes. Ut sospites ad Poplicolam venerunt, non laudavit ille nec probavit factum, sed tulit moleste, si Porsena ipse inferior videretur fide, & audacia puellarum fraudis suspicionem inustura Romanis esset. Comprehensas igitur ad Porsenam remisit. De quo Tarquinius certior factus, locatis insidiis ab ulteriore ripa magnam manum immisit in eos qui ducebant puellas. Illis nihilominus resistentibus, filia Poplicolæ Valeria, per medios erumpens pugnantes, effugit, & tres eam sequuti servi præstiterunt eam incolumem. Quum cæteræ non sine periculo versarentur inter dimicantes, Aruns Porsenæ filius re

υἱὸς ὀξέως προσεβοήθησε, καὶ φυγῆς γενομένης τῶν πολεμίων, περιεποίησε τοὺς Ῥωμαίους. ὡς δὲ τὰς παρθένους κομισθείσας ὁ Πορσήνας εἶδε, τὴν καταρξαμένην τῆς πράξεως, καὶ παρακελευσαμένην ταῖς ἄλλαις ἐζήτει. ἀκούσας δὲ τὸ ὄνομα τῆς Κλοιλίας προσέβλεψεν αὐτὴν ἵλεῳ καὶ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ κελεύσας ἵππον ἀχθῆναι τῶν βασιλικῶν κεκοσμημένον εὐπρεπῶς, ἐδωρήσατο. τοῦτο ποιοῦνται μαρτύριον οἱ μόνην τὴν Κλοιλίαν λέγοντες ἵππῳ διεξελάσαι τὸν ποταμόν. οἱ δ' οὔ φασιν, ἀλλὰ τιμῆσαι τὸ ἀνδρῶδες αὐτῆς τὸν Τυῤῥηνόν. ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδὸν πορευομένοις εἰς Παλάτιον ἀνδριὰς αὐτῆς ἔφιππος, ὅν τινες οὐ τῆς Κλοιλίας, ἀλλὰ τῆς Οὐαλερίας εἶναι λέγουσιν. ὁ δὲ Πορσήνας διαλλαγεὶς τοῖς Ῥωμαίοις, ἄλλην τε ἑαυτοῦ πολλὴν μεγαλοφροσύνην ἐπεδείξατο τῇ πόλει, καὶ τὰ ὅπλα τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἀναλαβεῖν κελεύσας, ἄλλο δ' οὐδὲν, ἀλλ' ἐκλιπεῖν τὸν χάρακα σίτου τε πολλοῦ καὶ χρημάτων γέμοντα παντοδαπῶν, παρέδωκε τοῖς Ῥωμαίοις. διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι πωλοῦντες τὰ δημόσια, πρῶτα κηρύττουσι τὰ Πορσήνα χρήματα, τιμὴν τοῦ ἀνδρὸς τῆς χάριτος ἀΐδιον ἐν τῇ μνήμῃ διαφυλάττοντες. εἱστήκει δὲ χαλκοῦς ἀνδριὰς αὐτοῦ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἁπλοῦς καὶ ἀρχαϊκὸς τῇ ἐργασίᾳ.

Μετὰ δὲ ταῦτα Σαβίνων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν, ὕπατος μὲν ἀπεδείχθη Μάρκος Οὐαλέριος, ἀδελφὸς Ποπλικόλα, καὶ Ποστούμιος Τούβερτος. πραττομένων δὲ τῶν μεγίστων γνώμῃ καὶ παρουσίᾳ Ποπλικόλα, δυσὶ μάχαις μεγάλαις ὁ Μάρκος ἐνίκησεν· ὧν ἐν τῇ δευτέρᾳ μηδένα Ῥωμαίων ἀποβαλὼν, τρισχιλίους ἐπὶ μυρίοις τῶν πολεμίων ἀνεῖλε. καὶ γέρας ἔσχεν ἐπὶ
τοῖς

re intellecta tulit iis propere suppetias, fugatisque hostibus Romanos expedivit. Ut vidit Porsena reductas virgines, autorem cœpti requisivit & aliarum hortatricem. Audito nomine Clœliæ, intuitus eam placido & leni vultu, equum ex regiis adduci eximio instratum ornatu jussit, eumque virgini dono dedit. Hoc testimonio nituntur qui unam Clœliam referunt equo fluvium superasse: quod alii negant, sed honoratam ab Hetrusco virilem ejus audaciam. Huic statua equestris via sacra, qua ascenditur in Palatium, posita est. Alii non Clœliæ eam sed Valeriæ afferunt esse. Porsena, pace cum Romanis juncta, cum aliam civitati exhibuit ingentem munificentiam, tum nihil præter arma ut deportarent Tusci, castra vero commeatu & omnis generis opulentia referta relinquerent, imperavit, eaque donavit Romanis. Unde mos usque ad nostram ætatem in honorem & memoriam perpetuam illius beneficii manet, in bonis vendendis primum bona Porsenæ regis proclamandi. Statua ei posita ærea juxta curiam rudis & opere prisco.

Inde Sabini fines Romanos incursaverunt. Consules creati M. Valerius Poplicolæ frater & Posthumius Tubertus. Quum in negotiis majoribus nihil nisi ex sententia & autoritate ageretur Poplicolæ, M. Valerius duobus ingentibus prœliis victoriam reportavit, in quorum altero tredecim millia hostium quum concidisset, ne unum quidem desideravit de suis. Cujus rei præmium

τοῖς θριάμβοις, οἰκίαν αὐτῷ γενέσθαι δημοσίοις ἀναλώμασιν ἐν Παλατίῳ. τῶν δ' ἄλλων τότε θυρῶν εἴσω τῆς οἰκίας εἰς τὸ κλεισίον ἀνοιγομένων, ἐκείνης μόνης τῆς οἰκίας ἐποίησαν ἐκτὸς ἀπάγεσθαι τὴν αὔλειον, ὡς δὴ κατὰ τὸ συγχώρημα τῆς τιμῆς ἀεὶ τοῦ δημοσίου προσεπιλαμβανομένου. τὰς δ' Ἑλληνικὰς πρότερον οὕτως ἔχειν ἁπάσας λέγουσιν, ἀπὸ τῶν κωμῳδιῶν λαμβάνοντες, ὅτι κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς αὐτῶν θύρας ἔσωθεν οἱ προϊέναι μέλλοντες, ὅπως αἴσθησις ἔξω γένοιτο τοῖς προσερχομένοις ἢ προεστῶσι, καὶ μὴ καταλαμβάνοιντο προϊούσαις ταῖς κλεισιάσιν εἰς τὸν στενωπόν.

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει πάλιν ὑπατεύει Ποπλικόλας τὸ τέταρτον, ἦν δὲ προσδοκία πολέμου, Σαβίνων καὶ Λατίνων συνισταμένων. καί τις ἅμα δεισιδαιμονία τῆς πόλεως ἥψατο· πᾶσαι γὰρ αἱ κύουσαι τότε γυναῖκες ἐξέβαλλον ἀνάπηρα, καὶ τέλος οὐδεμία γένεσις ἔσχεν. ὅθεν ἐκ τῶν Σιβυλλείων ὁ Ποπλικόλας ἱλασάμενος τὸν Ἅδην, καί τινας ἀγῶνας πυθοχρήστους ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὸ θεῖον ἡδίονα καταστήσας τὴν πόλιν, ἤδη τοῖς ἀπ' ἀνθρώπων φοβεροῖς προσεῖχε. μεγάλη γὰρ ἐφαίνετο κατασκευὴ τῶν πολεμίων καὶ σύστασις. ἦν οὖν Ἄππιος Κλαῦσος ἐν Σαβίνοις, ἀνὴρ χρήμασί τε δυνατὸς, καὶ σώματος ῥώμῃ πρὸς ἀλκὴν ἐπιφανὴς, ἀρετῆς δὲ δόξῃ μάλιστα καὶ λόγου δεινότητι πρωτεύων. ὃ δὲ πᾶσι συμβαίνει τοῖς μεγάλοις, οὐ διέφυγε παθεῖν, ἀλλ' ἐφθονεῖτο· καὶ τοῖς φθονοῦσιν αἰτίαν παρεῖχε, καταπαύων τὸν πόλεμον, αὔξειν τὰ Ῥωμαίων ἐπὶ τυραννίδι καὶ δουλώσει τῆς πατρίδος. αἰσθόμενος δὲ τοὺς λόγους τούτους βουλομένῳ τῷ πλήθει λεγομένους, καὶ προσκρούοντας τοῖς πολεμοποιοῖς

mium præter triumphos accepit domum, quam publice civitas ei ædificavit in Palatio: & quum fores illius seculi aliæ intro impellerentur in aperiendo, ita illarum ædium effecerunt solarum fores vestibulares, ut extra rejicerentur: ut ex hac honoris concessione appareret quotidie domus ea publici aliquid admissura. Græcas aiunt apud veteres, omnes fuisse ad eum modum factas, argumento a comœdiis sumpto, quod qui in publicum sunt prodituri, januas suas intus pulsent & strepitum edant: quo qui accedunt vel pro ostio stant, caveant, ubi id audiunt, ne fores in vicum expulsæ illidantur in ipsos.

Proximo anno Poplicola quartum consul factus est. Quia Sabini & Latini conspiraverant, erat belli suspicio. Religionem insuper civitati attulerat, quod omnes mulieres, quæ ea hora prægnantes erant, partus imperfectos ejicerent, neque esset suo tempore ullus editus. Itaque Poplicola, ex libris Sibyllinis, placatis Diis inferis, ludisque ex oraculo Apollinis instauratis, & fiducia divini numinis erecta civitate, jam ad hominum se convertit minas. Magna enim belli moles & coitio hostium erat ante oculos. In Sabinis Appius Clausus erat vir pecuniosus & robore corporis imprimis strenuus, præcipue virtutis laude & eloquentia præcellens. Huic idem quod omnibus solet magnis viris accidit, ut premeretur invidia. Atque æmuli ideo calumniabantur pacis eum esse autorem, ut auctis populi Romani opibus tyrannidem sibi & dominatum quæreret in patria. Quos rumores sentiens secundis auribus populi accipi, seque esse pacis turbatoribus

οῖς καὶ στρατιωτικοῖς, ἐφοβεῖτο τὴν κρίσιν· ἑταιρείαν δὲ καὶ δύναμιν φίλων καὶ οἰκείων ἔχων ἀμύνουσαν περὶ αὐτὸν, ἐστασίαζε. καὶ τοῦτ' ἦν τοῦ πολέμου διατριβὴ καὶ μέλλησις τοῖς Σαβίνοις. ταῦτ' οὖν ὁ Ποπλικόλας οὐ μόνον εἰδέναι ποιούμενος ἔργον, ἀλλὰ καὶ κινεῖν καὶ συνεξορμᾶν τὴν στάσιν, εἶχεν ἄνδρας ἐπιτηδείους οἳ τῷ Κλαύσῳ διελέγοντο παρ' αὐτοῦ τοιαῦτα, ὡς ὁ Ποπλικόλας ἄνδρα σε χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον οὐδενὶ κακῷ δεῖν οἴεται τοὺς σεαυτοῦ πολίτας ἀμύνασθαι, καίπερ ἀδικούμενον· εἰ δὲ βούλοιο σώζων ἑαυτὸν μεταστῆναι, καὶ φυγεῖν τοὺς μισοῦντας, ὑποδέξεταί σε δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ, τῆς τε σῆς ἀρετῆς ἀξίως, καὶ τῆς Ῥωμαίων λαμπρότητος. ταῦτα πολλάκις ἀνασκοποῦντι τῷ Κλαύσῳ βέλτιστα τῶν ἀναγκαίων ἐφαίνετο, καὶ τοὺς φίλους συμπαρακαλῶν, ἐκείνων τε πολλοὺς ὁμοίως συναναπειθόντων, πεντακισχιλίους οἴκους ἀναστήσας μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν, ὅπερ ἦν ἐν Σαβίνοις ἀθόρυβον μάλιστα, καὶ βίου πράου καὶ καθεστῶτος οἰκεῖον, εἰς Ῥώμην ἦγε, προειδότος τοῦ Ποπλικόλα, καὶ δεχομένου φιλοφρόνως καὶ προθύμως ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. τοὺς μὲν γὰρ οἴκους εὐθὺς ἀνέμιξε τῷ πολιτεύματι, καὶ χώραν ἀπένειμεν ἑκάστῳ δυοῖν πλέθρων, παρὰ τὸν Ἀνίωνα ποταμόν· τῷ δὲ Κλαύσῳ πλέθρα πέντε καὶ εἴκοσι γῆς ἔδωκεν, αὐτὸν δὲ τῇ βουλῇ προσέγραψεν, ἀρχὴν πολιτείας λαβόντα ταύτην, ᾗ χρώμενος ἐμφρόνως, ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ δύναμιν ἔσχε μεγάλην, καὶ γένος οὐδενὸς ἀμαυρότερον ἐν Ῥώμῃ τὸ Κλαυδίων ἀφ' αὐτοῦ κατέλιπε.

Τὰ δὲ Σαβίνων οὕτω διακριθέντα τῷ μετοικισμῷ τῶν ἀνδρῶν, οὐκ εἴασαν οἱ δημαγωγοῦντες ἀτρεμῆσαι καὶ καταστῆσαι, σχετλιάζοντες εἰ Κλαῦσος ἀπα-ρῶν

bus & ferocibus exosum, timuit judicio se committere. Verum quia factione amicorum & necessariorum manu erat septus, concivit seditionem. Ea mora belli distulit Sabinos. Quæ Poplicola non solum resciscere laborans, sed facem etiam flammamque addere seditioni, denuntiavit per homines idoneos Appio, putare se, quia bonus & integer vir foret, non debere eum, quamvis læsum gravius, pœnas a civibus suis expetere. Quod si vellet saluti suæ consulere, & relictis inimicis suis transfugere Romam, recepturum se eum tum publice tum private, ut ipsius virtus & dignitas populi Romani mereretur. Hæc Appio multum secum volventi in re necessaria visa sunt optima factu; ac consilio habito amicorum, qui alios pariter in eandem sententiam traxerant, quod in Sabinis maxime pacatum erat, & ad placidam vitam modestamque compositum, quinque millia familiarum cum liberis & conjugibus Romam transtulit. Cujus præscius consilii Poplicola benigne & prompte excepit eos omni officiorum genere. Nam familiis mox civitatem dedit, singulisque agrum binum jugerum trans Anienem fluvium: Appio viginti quinque jugera dedit, eumque inter patres legit, qui hunc gradum ad rempub. primum fecit. In quo quum specimen præbuisset prudentiæ, in principum dignationem pervenit, pollentesque habuit opes, & post se gentem nulla inferiorem Romæ reliquit Claudiorum.

At res Sabinas illorum migratione jam tranquillas non permiserunt homines populares quiescere & consistere, Appium vociferantes quæ

ρῶν οὐκ ἔπειθε, διαπεράξεσθαι φυγὰς γενόμενος καὶ πολέμιος, μὴ δῦναι δίκην Ῥωμαίοις ὧν ὑβρίζουσιν. ἀφανεῖς οὖν στρατῷ μεγάλῳ, περὶ Φιδήνας κατηυλίσαντο, καί τινα λόχον θέμενοι πρὸ τῆς Ῥώμης ἐν χωρίοις συνηρεφέσι καὶ κοίλοις, δισχιλίους ὁπλίτας, ἔμελλον ἅμ' ἡμέρᾳ φανερῶς ὀλίγους ἱππεῦσι λείαν ἐλαύνειν. εἴρητο δ' αὐτοῖς ὅταν τῇ πόλει προσελάσωσιν, ὑποφεύγειν, ἕως ἐμβάλωσιν εἰς τὴν ἐνέδραν τοὺς πολεμίους. ταῦθ' ὁ Ποπλικόλας αὐθημερὸν πυθόμενος παρ' αὐτομόλων, ταχὺ διηρμόσατο πρὸς πάντα καὶ διένειμε τὴν δύναμιν. Ποστούμιος μὲν γὰρ Βάλβος ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ τρισχιλίους ὁπλίτας ἑσπέρας ἔτι προελθὼν, καὶ καταλαβὼν τοὺς ἀκρολόφους ὑφ' οἷς ἐνήδρευον Σαβῖνοι, παρεφύλαττεν· ὁ δὲ συνάρχων Λουκρήτιος, ἔχων τὸ κουφότατον ἐν τῇ πόλει καὶ γενναιότατον ἐτάχθη τοῖς ἐλαύνουσι τὴν λείαν ἱππεῦσιν ἐπιχειρεῖν. αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην ἀναλαβὼν στρατιὰν, κύκλῳ περιῆλθε τοὺς πολεμίους, καὶ κατὰ τύχην ὁμίχλης βαθείας ἐπιπεσούσης, περὶ ὄρθρον ἅμα Ποστούμιός τε τοὺς ἐνεδρεύοντας ἐμβοήσας ἔβαλεν ἀπὸ τῶν ἄκρων, καὶ τοῖς προϊππευσαμένοις ἀφῆκε τοὺς περὶ αὐτὸν ὁ Λουκρήτιος, καὶ Ποπλικόλας προσέβαλε τοῖς στρατοπέδοις τῶν πολεμίων. πάντη μὲν οὖν ἐκακοῦντο τὰ Σαβίνων καὶ διεφθείροντο. τοὺς δ' ἐνταῦθα μηδ' ἀμυνομένους, ἀλλὰ φεύγοντας, εὐθὺς ἔκτεινον οἱ Ῥωμαῖοι, τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς ὀλεθριωτάτης γενομένης. σώζεσθαι γὰρ οἰόμενοι τοὺς ἑτέρους οἱ ἕτεροι, τοῦ μάχεσθαι καὶ μένειν οὐ προσεῖχον· ἀλλ' οἱ μὲν ἐκ τῶν ἐρυμάτων πρὸς τοὺς ἐνεδρεύοντας, οἱ δὲ πάλιν ὡς ἐκείνους εἰς τὸ στρατόπεδον θέοντες, ἐναντίοι φεύγουσιν ἐνέπιπτον πρὸς οὓς ἔφευγον, καὶ βοη-

θείας

quæ præsens non potuisset, persecuturum exulem & hostem, ne persequantur illatas ab Romanis injurias. Magno igitur agmine profecti, prope Fidenas consedere: insidias etiam ante urbem locaverunt, atque in locis saltuosis & cavis duo millia militum condiderunt. Prima luce paucos equites aperte constituerunt mittere prædatum, quibus erat imperatum, quum propius urbem provecti essent, paulatim gradum referre, dum traxissent hostem ad locum insidiarum. Hæc Poplicola eodem die cognovit ex perfugis. Itaque confestim copias suas ad omnia instruxit & dispensavit. Nam gener ejus Posthumius Balbus, qui ducebat secum tria millia armatorum, primis tenebris profectus, insessis summis collibus, sub quibus abdiderant sese Sabini, in occasionem imminebat. Collegæ Lucretio cum expeditissimo quoque & impigerrimo civium jussit equites prædam agentes aggredi, ipse cum reliquis copiis hostes a tergo cinxit. Forte obscura nebula prima luce exorta est, pariterque subsessores Posthumius magno clamore ex edito invasit, Lucretius in progressum equitatum suos immisit, Poplicola castra hostium adortus est. Undique igitur pressi cæsique Sabini sunt. Qui in castris erant, eos, quum ne gladium quidem strinxissent, in fugam præcipites confestim Romani oppressere: quibus spes in perniciem vertit extremam. Nam incolumes alii alios rati, omissa pugna & acie, hi ex castris ad positos in insidiis, illi contra in castra properarunt ad hos, atque ex adverso concurrerunt in effusos, ad quos con-

fu-

ἀθείας διωκομένοις οὓς ἤλπιζον αὐτοῖς βοηθήσειν. τὸ δὲ μὴ πάντας ἀπολέσθαι τοὺς Σαβίνους, ἀλλὰ καὶ περιγενέσθαι τινὰς, ἡ Φιδηνατῶν πόλις ἐγγὺς οὖσα παρέσχε, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ τῶν στρατοπέδων, ὅθ' ἡλίσκετο, διεκπίπτουσιν. ὅσοι δὲ Φιδήνης διήμαρτον, διεφθάρησαν, ἢ ζῶντες ἀπήχθησαν ὑπὸ τῶν λαβόντων.

Τοῦτο τὸ κατόρθωμα Ῥωμαῖοι, καίπερ εἰωθότες ἅπασι τοῖς μεγάλοις ἐπιφημίζειν τὸ δαιμόνιον, ἑνὸς ἔργον ἡγοῦντο τοῦ στρατηγοῦ γεγονέναι. καὶ τῶν μεμαχημένων πρῶτον ἦν ἀκούειν, ὅτι χωλοὺς καὶ τυφλοὺς αὐτοῖς καὶ μόνον οὐ καθείρξας τοὺς πολεμίους Ποπλικόλας παρέδωκε χρῆσθαι τοῖς ξίφεσιν. ἐῤῥώσθη δὲ καὶ χρήμασιν ὁ δῆμος, ἐκ τῶν λαφύρων καὶ τῶν αἰχμαλώτων. ὁ δὲ Ποπλικόλας, τόν τε θρίαμβον ἀγαγὼν, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἀποδειχθεῖσιν ὑπάτοις παραδοὺς τὴν πόλιν, εὐθέως ἐτελεύτησεν, ὡς ἐφικτόν ἐστιν ἀνθρώποις μάλιστα τοῖς νενομισμένοις καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς τὸν ἑαυτοῦ βίον συντελειώσας· ὁ δὲ δῆμος ὥσπερ οὐδὲν εἰς ζῶντα τῶν ἀξίων πεποιηκὼς, ἀλλὰ πᾶσαν ὀφείλων χάριν, ἐψηφίσατο δημοσίᾳ ταφῆναι τὸ σῶμα, καὶ τεταρτημόριον ἕκαστος ἐπὶ τιμῇ συνεισήνεγκεν· αἱ δὲ γυναῖκες, ἰδίᾳ πρὸς αὐτὰς συμφρονήσασαι, διεπένθησαν ἐνιαυτὸν ὅλον ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ πένθος ἔντιμον καὶ ζηλωτόν. ἐτάφη δὲ καὶ οὗτος τῶν πολιτῶν ψηφισαμένων ἐντὸς ἄστεος παρὰ τὴν καλουμένην Οὐελίαν, ὥστε καὶ γένει παντὶ τῆς ταφῆς μετεῖναι. νῦν δὲ θάπτεται μὲν οὐδεὶς τῶν ἀπὸ γένους, κομίσαντες δὲ τὸν νεκρὸν ἐκεῖ κατατίθενται, καὶ δᾳδά-

fugiebant, & in quærentes auxilium, a quibus expectabant opem. Ne autem ad internecionem delerentur Sabini, sed aliqui superessent, propinquitas iis oppidi præstitit Fidenarum, præsertim qui ex castris, dum caperentur, eruperunt. Qui Fidenas non tenuerunt, aut cæsi sunt, aut vivi venerunt in hostium potestatem.


Hanc victoriam, quamvis omnia magna Romani adscribere Diis soliti sint, unius consilio attribuerunt ducis, primumque hæc fuit post prœlium vox militum, claudos, cæcos, & pene vinctos Poplicolam hostes ipsis objecisse trucidandos. Etiam pecunia populus ex præda & captivis corroboratus est. At Poplicola, mox ubi triumphavit, & sequentibus consulibus rempublica tradidit, fato functus est, vitamque suam, quatenus assequi valet mortalitas, præter cæteros, omnibus, quæ censentur bona & beata, consummavit. Populus quasi nullum virtutis præmium contulisset in vivum, sed omnia ei deberet, scivit ut cadaver ejus publico funere efferretur, in cujus honorem quadrantes singuli contulere. Matronæ seorsum concilio habito, ad singulare ejus decus & laudem totum annum eum luxerunt. Ex plebiscito hic quoque in urbe humatus est juxta Veliam quam vocant, datumque toti ejus stirpi jus hujus sepulcri. Nunc tamen nemo ex familia conditur ibi, sed cadaver eo delatum deponunt. Tum arden-

δᾶδά τις ἡμμένην λαβὼν ὅσον ὑπήνεγκεν, εἶτα ἀναιρεῖται· μαρτυρόμενος ἔργῳ τὸ ἐξεῖναι, φείδεσθαι δὲ τῆς τιμῆς, καὶ τὸν νεκρὸν οὕτως ἀποκομίζουσιν.

dentem facem quiſpiam tenens, eam tantum ſubjicit, mox retrahit, qua re jus teſtatur ſibi eſſe, ſed abſtinere ſe honore: inde mortuum tollunt.







Ἀρ' οὖν ἴδιόν τι περὶ ταύτην σύγκρισιν ὑπάρχει, καὶ μὴ πάνυ συμβεβηκὸς ἑτέρᾳ τῶν ἀναγεγραμμένων, τὸν ἕτερον γεγονέναι μιμητὴν τοῦ ἑτέρου, τὸν ἕτερον δὲ, μάρτυρα. ὅρα γὰρ ἣν ὁ Σόλων ἐξήνεγκε περὶ εὐδαιμονίας ἀπόφασιν πρὸς Κροῖσον, ὡς Ποπλικόλᾳ μᾶλλον ἢ Τέλλῳ προσήκει. Τέλλου μὲν γὰρ, ὃν εἶπε γεγονέναι μακαριώτατον δι' εὐποτμίαν καὶ ἀρετὴν καὶ εὐτεκνίαν, οὔτ' αὐτὸς ἐν τοῖς ποιήμασιν ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λόγον ἔσχεν, οὔτε παῖδες, οὔτ' ἀρχή τις εἰς δόξαν ἦλθεν· Ποπλικόλας δὲ, καὶ ζῶν ἐπρώτευσε δυνάμει καὶ δόξῃ δι' ἀρετὴν, Ῥωμαίων, καὶ τεθνηκότος, ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις γένεσι καὶ στέμμασιν ἔτι καθ' ἡμᾶς Ποπλικόλαι, καὶ Μεσάλαι, καὶ Οὐαλέριοι, δι' ἐτῶν ἑξακοσίων τῆς εὐγενείας τὴν δόξαν ἀναφέρουσι. καὶ Τέλλος μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὡς ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τάξει μένων καὶ μαχόμενος, κατέστρεψε· Ποπλικόλας δὲ, τοὺς μὲν πολεμίους κτείνας, ὃ τοῦ πεσεῖν εὐτυχέστερόν ἐστι, τὴν δὲ πατρίδα νικῶσαν ἐπιδὼν δι' ἑαυτὸν ἄρχοντα καὶ στρατηγοῦντα, τιμηθεὶς δὲ καὶ θριαμβεύσας ἔτυχε τῆς ζηλουμένης ὑπὸ Σόλωνος καὶ μακαριζομένης τελευτῆς.

ITAQUE habet hæc collatio singulare quiddam, quod in nulla omnium quas descripsimus, reperias: quod alter fuerit alterius æmulus, alter testis. Considera enim quod Solon de virtute emisit ad Crœsum elogium, anne Poplicolæ id potius quam Tello conveniat. Telli enim, quem ob honestam mortem, virtutem, & liberorum probitatem, fuisse pronuntiavit beatissimum, neque ipse in carminibus suis ut viri boni fecit mentionem, neque liberi ejus, vel magistratus clarus fuit. Poplicola princeps autoritate & gloria civitatis Romanæ ob virtutem, dum viveret, fuit: & ad mortuum ex clarissimis familiis & gentibus, vel nostra ætate, Poplicolæ, Messalæ, Valerii, per annos sexcentos nobilitatis splendorem, sicut ad originem, referunt. Tellus item, ut vir fortis, ordinibus non excedens, sed pugnans, est ab hostibus occisus: Poplicola vero cæsis hostibus, quod est quam ipsum cecidisse fœlicius, quum patriam in consulatu & imperio suo vidisset victricem, & honorem assequutus esset triumphassetque, optatum ab Solone & in cœlum elatum exitum consequu-

της. ἔτι τοίνυν, ἃ τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε,

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς,

εὐδαίμονα τὸν Ποπλικόλαν ποιεῖ. τελευτήσας γὰρ, οὐ φίλοις οὐδ' οἰκείοις μόνον, ἀλλὰ τῇ πόλει πάσῃ, μυριάσι πολλαῖς, δάκρυα καὶ πόθον καὶ κατήφειαν ἐφ' αὐτῷ παρέσχεν· αἱ γὰρ Ῥωμαίων γυναῖκες ἐπένθησαν αὐτὸν, ὥσπερ υἱὸν, ἢ ἀδελφὸν, ἢ πατέρα κοινὸν ἀποβαλοῦσαι.

Χρήματα δ' ἱμείρειν μὲν ἔχειν, (φησὶν ὁ Σόλων) ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλειν,

ὡς δίκης ἐπιούσης· Ποπλικόλᾳ δ' ὑπῆρχεν οὐ μόνον μὴ κακῶς πλουτεῖν, ἀλλὰ καὶ καλῶς ἀναλίσκειν, εὖ ποιοῦντι τοὺς δεομένους. ὥστ' εἰ σοφώτατος ἁπάντων ὁ Σόλων, εὐδαιμονέστατος ὁ Ποπλικόλας. ἃ γὰρ εὔξατο τῶν ἀγαθῶν ἐκεῖνος, ὡς μέγιστα καὶ κάλλιστα, ταῦτα καὶ κτήσασθαι Ποπλικόλᾳ καὶ φυλάξαι χρωμένῳ μέχρι τέλους ὑπῆρξεν.

Οὕτω μὲν ὁ Σόλων κεκόσμηκε τὸν Ποπλικόλαν, τὸν Σόλωνα δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνος, ἐν τῇ πολιτείᾳ παραδειγμάτων κάλλιστον ἀνδρὶ κοσμοῦντι δημοκρατίαν θέμενος, τῆς μὲν ἀρχῆς τὸν ὄγκον ἀφελὼν εὐμενῆ πᾶσι καὶ ἄλυπον κατέστησε, νόμοις δὲ πολλοῖς ἐχρήσατο τῶν ἐκείνου. καὶ γὰρ ἀρχόντων καταστάσεως κυρίους ἐποίησε τοὺς πολλοὺς, καὶ τοῖς φεύγουσι δίκην, ἐπικαλεῖσθαι τὸν δῆμον, ὥσπερ ὁ Σόλων τοὺς δικαστὰς, ἔδωκε. καὶ βουλὴν μὲν ἑτέραν οὐκ ἐποίησεν,

tus eſt. Jam etiam ea quæ refellens Mimnermum de vitæ ſpatio exclamavit,

Mors mea ne careat lacrymis: linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu:

beatum Poplicolam efficiunt. Quippe morte ſua non amicis modo & familiaribus, verum etiam civitati toti, infinitis hominibus lacrymas, deſiderium, mœrorem ſui cauſa incuſſit. Nam matronæ Romanæ eum velut amiſſum filium vel fratrem vel communem parentem luxere.

Non ſperno nummos (inquit Solon) *ſi ſit poſſeſſio juſta,*
At nolo injuſtos,

quaſi imminente vindicta. Poplicolæ vero licuit non ſolum non improbe divitem eſſe, ſed etiam bene merenti de inopibus impendere honeſte. Si ergo fuit omnium Solon ſapientiſſimus, fuit beatiſſimus Poplicola. Quæ enim illi bona pro maximis & pulcherrimis in votis fuerunt, horum Poplicola parandorum & fruendorum perpetuo ad fata uſque habuit facultatem.

Ita ornavit Solon Poplicolam, viciſſim Solonem Poplicola. Exemplum enim inſtituenti reipublicæ ſtatum popularem pulcherrimum dedit, dum depoſito imperii faſtu, placidum illud & gratum omnibus concinnavit. Multis inſuper ex illius legibus uſus eſt. Namque magiſtratuum creandorum arbitrium populo dedit, & reis ad populum jus provocandi, ſicut Solon ad judices, dedit. Curiam alteram, ut

σεν, ὥσπερ ὁ Σόλων, τὴν δ' οὖσαν ηὔξησεν, ἀριθμῷ μικροῦ διπλασιάσας. οὔτε τῶν ταμιείων ἐπὶ τοῖς χρήμασι κατάστασις ἐκεῖθεν ἦλθεν, ὅπως ἄρχων, μήτ' εἰ χρηστός ἐστιν, ἀσχολίαν ἔχῃ πρὸς τὰ μείζω, μήτ' εἰ φαῦλος, ἀφορμὰς τοῦ ἀδικεῖν μᾶλλον, καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν χρημάτων κύριος γινόμενος. τὸ δὲ μισοτύραννον ἐν τῷ Ποπλικόλᾳ σφοδρότερον. εἰ γάρ τις ἐπιχειροίη τυραννεῖν, ὁ μὲν ἁλόντι τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, ὁ δὲ καὶ πρὸ τῆς κρίσεως ἀνελεῖν δίδωσι. σεμνυνομένου δὲ τοῦ Σόλωνος ὀρθῶς καὶ δικαίως, ὅτι καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῷ διδόντων τυραννεῖν, καὶ τῶν πολιτῶν οὐκ ἀκουσίως δεχομένων, ἀπεῖπεν. οὐχ ἧττον ὑπάρχει καλὸν τῷ Ποπλικόλᾳ, τὸ, λαβόντα τυραννικὴν ἀρχὴν, ποιῆσαι δημοτικωτέραν, καὶ μηδ' οἷς ἐξῆν ἔχοντα χρήσασθαι. καὶ τοῦτο δ' ἔοικε συνιδεῖν πρότερος ὁ Σόλων, ὅτι δῆμος

ὧδ' ἂν ἄριστα σὺν ἡγεμόνεσιν ἕποιτο,
Μήτε λίαν ἀνεθεὶς, μήτε πιεζόμενος.

Ἴδιον δὲ τοῦ Σόλωνος ἡ τῶν χρεῶν ἄνεσις, ᾗ μάλιστα τὴν ἐλευθερίαν ἐβεβαίωσε τοῖς πολίταις. οὐδὲν γὰρ ὄφελος νόμων ἰσότητα παρεχόντων, ἣν ἀφαιρεῖται τὰ χρέα τοὺς πένητας· ἀλλ' ὅπου μάλιστα χρῆσθαι τῇ ἐλευθερίᾳ δοκοῦσι, δουλεύουσι μάλιστα τοῖς πλουσίοις, ἐν τῷ δικάζειν καὶ ἄρχειν καὶ λέγειν, ἐπιταττόμενοι καὶ ὑπηρετοῦντες. τούτου δὲ μεῖζον, ὅτι πάσῃ χρεῶν ἀποκοπῇ στάσεως ἑπομένης, ἐκείνῃ μόνῃ καθάπερ φαρμάκῳ παραβόλῳ μὲν, ἰσχυρῷ δὲ χρησάμενος, εὐκαίρως καὶ τὴν οὖσαν στάσιν ἔλυσε, τῇ περὶ αὐτὸν ἀρετῇ καὶ δόξῃ,

ut Solon, non instituit, sed auxit præsentem, numerumque pene duplicavit. Quæstorum ærarii instituendorum hæc fuit causa, ut consul, nec, si bonus esset, a majoribus rebus avocaretur, nec, si malus, subsidium haberet gravius lædendi, si in manu ejus tam imperium quam pecunia esset. At insectatio tyrannidis fuit in Poplicola acerbior. Nam si quis tyrannidem moliatur, Solon pœnam infligit convicto; hic, ante judicium interficere eum liberum fecit. Gloriatus optimo jure est Solon quum vocarent se & res ipsæ ad dominatum, & cives reciperent non inviti, recusasse eum: non minor est Poplicolæ gloria, qui consulare imperium, quod tyrannicum acceperat, reddiderit magis populare, neque potestate quam obtinebat, quum liceret, sit usus. Quod animadvertisse prior Solon videtur, qui ait,

Qui populum princeps gaudet retinere faventem,
Non nimium rigidus, non quoque laxus erit.

Proprium Solonis æris alieni est condonatio, qua re potissimum libertatem civibus confirmavit. Nullum enim habent usum leges æqualitatem inducentes, quam eripit æs alienum pauperibus; quum, ubi maxime usurpare videntur libertatem, ibi maxime ancillentur divitibus, in judicando, in magistratibus gerendis, in dicendo aliorum obnoxii nutibus & servi. Jam hoc majus est, quod quum novas tabulas semper excipiat seditio, his solis quasi medicina ancipiti illa quidem, sed valida, adhibita, in tempore etiam exortam civilem discordiam discusserit, suaque virtute & exi-

δόξῃ, τῆς τοῦ πράγματος ἀδοξίας καὶ διαβολῆς περιγενόμενος. τῆς δ' ὅλης πολιτείας, τῇ μὲν ἀρχῇ λαμπρότερος ὁ Σόλων· ἡγήσατο γὰρ καὶ οὐκ ἠκολούθησε, καὶ καθ' αὑτόν, οὐ μεθ' ἑτέρων, ἔπραξε τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα τῶν κοινῶν· τῷ τέλει δὲ ἅτερος εὐτυχὴς καὶ ζηλωτός. τὴν μὲν γὰρ Σόλωνος πολιτείαν αὐτὸς ἐπεῖδε Σόλων καταλυθεῖσαν, ἡ δὲ Ποπλικόλα, μέχρι τῶν ἐμφυλίων πολέμων διεφύλαξεν ἐν κόσμῳ τὴν πόλιν. ὁ μὲν γὰρ ἅμα τῷ θέσθαι τοὺς νόμους, ἀπολιπὼν ἐν ξύλοις καὶ γράμμασιν ἐρήμους τοῦ βοηθοῦντος, ᾤχετ' ἀπιὼν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν· ὁ δὲ μένων καὶ ἄρχων καὶ πολιτευόμενος, ἵδρυσε καὶ κατέστησεν εἰς ἀσφαλὲς τὴν πολιτείαν. ἔτι δ' ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν μέλλοντι κωλῦσαι προαισθομένῳ, Πεισίστρατος ὑπῆρξεν, ἀλλ' ἡττήθη, τῆς τυραννίδος συνισταμένης· οὗτος δὲ βασιλείαν ἰσχύουσαν ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων καὶ κρατοῦσαν ἐξέβαλε καὶ κατέλυσεν, ἀρετὴν μὲν ἴσην καὶ προαίρεσιν ὁμοίαν παρασχόμενος, τύχῃ δὲ καὶ δυνάμει τελεσιουργῷ πρὸς τὴν ἀρετὴν χρησάμενος.

Τῶν μέντοι πολεμικῶν, Σόλωνι, μὲν οὐδὲ τὰ πρὸς Μεγαρεῖς Δαΐμαχος ὁ Πλαταιεὺς μεμαρτύρηκεν, ὥσπερ ἡμεῖς διεληλύθαμεν· Ποπλικόλας δὲ τοὺς μεγίστους ἀγῶνας αὐτὸς καὶ μαχόμενος καὶ στρατηγῶν κατώρθωσε. καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, ὁ μὲν, ἐν παιδιᾶς τινι τρόπῳ, καὶ προσποίημα μανίας ἀναλαβὼν, ὑπὲρ Σαλαμῖνος ἐρῶν προῆλθεν· ὁ δ' αὐτόθεν ἀναρρίψας τὸν ἐπὶ μεγίστων κίνδυνον, ἐπανέστη Ταρκυνίῳ, καὶ τὴν προδοσίαν ἐφώρασε. καὶ τοῦ κολασθῆναι καὶ μὴ διαφυγεῖν τοὺς πονηροὺς αἰτιώτατος γενόμενος, οὐ τὰ σώματα μόνον τῶν τυράννων ἐξέβαλε τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐλπίδας

ἐξέ-

existimatione ipsius rei oppresserit infamiam & obtrectationem. Porro quoad totam utriusque administrationem, in exordio splendidior Solon. Dux enim fuit, non comes, & per se sine ullo socio res plurimas maximasque in republica gessit. Alter fine felix & beatus: siquidem Solonis rempub. ipse vidit Solon subrutam, Poplicolæ respub. civitatem usque ad arma civilia in decenti ordine conservavit. Ille nempe leges simulatque perlatæ fuerunt, in ligneis relinquens scriptas tabulis auxilio destitutas, discessit Athenis: hic remanens Romæ, imperans & rempub. gerens, stabilivit eam & in tuto collocavit. Jam illi vel cupienti Pisistratum, quum præsensisset, reprimere, facultas defuit, tyrannidique succubuit nascenti: hic regnum, longo jam tempore pollens & prævalens, extrusit & evertit, parem quidem virtutem & consimilem adferens voluntatem, sed fortuna & potestate ad virtutem efficaciori usus.


Res bello gestas Soloni ne illas quidem quæ actæ contra Megarenses fuerunt, Daimachus Platæensis (quod nos fecimus) attribuit: at Poplicola maximis certaminibus, in quibus ipse militis & ducis obivit munera, victor evasit. Præterea ad rempublicam capessendam Solon velut ludens, specie assumpta insani, quum causam Salaminis ageret, accessit: hic a primordio jacta maximis de rebus alea, Tarquinio objecit se, detexitque proditionem, & quatenus præcipuus autor fuit sumendi de conjuratis supplicii, & ne elaberentur, non corpora tantum tyrannorum ejecit urbe, sed

spem

διέκοψεν. οὕτω δὲ καὶ τοῖς δεχομένοις πράγμασιν ἀγῶνα καὶ θυμὸν καὶ ἀντίταξιν ἐῤῥωμένως καὶ ἀτενῶς ἀπαντήσας, ἔτι βέλτιον ἐχρήσατο τοῖς ὁμιλίας ἀπολέμου καὶ πειθοῦς ὑπεικούσης δεομένοις, Πορσίνναν ἄμαχον ἄνδρα καὶ φοβερὸν ἐμμελῶς προσαγαγόμενος καὶ μεταστήσας εἰς φιλίαν. καίτοι φήσει τὶς ἐνταῦθα, τὸν μὲν Σόλωνα προεμένους ἀναλαβεῖν Ἀθηναίοις Σαλαμῖνα, Ποπλικόλαν δ᾽ ἧς ἐκέκτηντο Ῥωμαῖοι χώρας ἀποστῆναι. δεῖ δὲ πρὸς τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς τὰς πράξεις θεωρεῖν. ποικίλος γὰρ ὢν ὁ πολιτικὸς ᾧ τρόπῳ τῶν ὄντων ἕκαστον εὔληπτόν ἐστι μεταχειρίσασθαι, καὶ μέρους ἀφαιρέσει πολλάκις ἔσωσε τὸ πᾶν, καὶ μικρῶν ἀποστὰς, μειζόνων ἔτυχεν. ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ τότε τῆς μὲν ἀλλοτρίας χώρας ἀποστὰς, ἔσωσε τὴν ἑαυτοῦ βεβαίως ἅπασαν· οἷς δ᾽ ἦν μέγα τὴν πόλιν διαφυλάξαι, προσεκτήσατο τὸ τῶν πολιορκούντων στρατόπεδον. ἐπιτρέψας δὲ τῷ πολεμίῳ δικαστῇ γενέσθαι, καὶ περιγενόμενος τῇ νίκῃ, προσέλαβεν ὅσα δόντα ἀγαπητὸν ἦν νικῆσαι. καὶ γὰρ τὸν πόλεμον διέλυσε καὶ τὴν παρασκευὴν τοῦ πολέμου κατέλυσεν αὐτοῖς, διὰ πίστιν ἀρετῆς καὶ καλοκαγαθίας, ἣν ὁ ἄρχων ὑπὲρ ἁπάντων ἐνεποίησεν αὐτῷ.


ſpem etiam incidit. Qui cum negotia, quæ certamen & animum & infeſtam flagitabant aciem, fortiter & acriter excepit, tum multo tractavit rectius ea quæ pacatam comitatem & conceſſionem poſtulabant blandam, Porſenam invictum bello virum & horribilem ſcite conciliando & ad amicitiam traducendo. Quamvis objicias hic, Solonem Athenienſibus, quam amiſerant, recuperaviſſe Salamina: Poplicolam agro, quem tenebant Romani, deceſſiſſe. Atqui ſunt res ex temporibus ponderandæ præſentibus. Siquidem vir in republica verſatus, negotia, ut unumquodque quam commodiſſime teneat, non uno tractat modo, & parte dimittenda ſæpe ſervavit totum, parvaque jactura conſequutus majora eſt: ſicut vir ille, tunc relicto agro alieno, ſuum in perpetuum tenuit, & quibus grande erat urbem retinere, his caſtra obſidentium ipſos inſuper adjecit. Permiſſa autem judicio hoſtis controverſia, & victoria relata, cumulum accepit tantum, quo victoriam redemiſſet libenter. Etenim bellum Porſena diremit, & apparatum illis reliquit belli, virtutis & probitatis Romanorum ductus exiſtimatione quam impreſſit ei conſul.





Apud Ful: Ursin: *G. V.r Gucht Sculp.*

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.



Εμιστοκλεῖ δὲ τὰ μὲν ἐκ γένους ἀμαυρότερα πρὸς δόξαν ὑπῆρχε· πατρὸς γὰρ ἦν Νεοκλέους οὐ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν Ἀθήνησι, Φρεαρρίου τὸν δῆμον ἐκ τῆς Λεοντίδος φυλῆς· νόθος δὲ πρὸς μητρός, ὡς λέγουσιν,

Ἀβρότονον Θρῇσσα γυνὴ γένος, ἀλλὰ τεκέσθαι
Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

Φανίας μέντοι τὴν μητέρα Θεμιστοκλέους, οὐ Θρᾷτταν ἀλλὰ Καρίνην, οὐδ' Ἀβρότονον ὄνομα, ἀλλ' Εὐτέρπην ἀναγράφει. Νεάνθης δὲ καὶ πόλιν αὐτῇ τῆς Καρίας Ἁλικαρνασσὸν προστίθησι, δι' ὃ καὶ τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελούντων, (τοῦτο δ' ἐστιν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν Θεοῖς, ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ διὰ τὴν μητέρα θνητὴν οὖσαν) ἔπειθε τινὰς ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν εὖ γεγονότων νεανίσκων, καταβαίνοντας εἰς Κυνόσαργες ἀλείφεσθαι μετ' αὐτοῦ. καὶ τούτου γενομένου, δοκεῖ πανούργως τὸν τῶν νόθων

Themistocles obscurioribus ad gloriam natalibus fuit. Patrem enim habuit Nicoclem, minus clarum, civem Atheniensem, ex populo Phreario, tribu Leontide. Genere materno nothum ferunt, ut ostendunt hi versus,

Abrotonum sum Thressa quidem, Græcis tamen illud
Dico, Themistoclem me genuisse decus.

Cæterum Phanias Themistoclis matrem Carinam, non Thressam, neque Abrotonum, sed Euterpen prodidit nominatam. Neanthes præterea patriam ei Halicarnassum Cariæ attribuit. Quapropter quum nothi in Cynosarges coirent (gymnasium id Herculis est extra mœnia, quod nec ille justus Deus, sed nothus ex genitrice esset mortali) induxit nonnullos Themistocles ex nobilitate juvenes, ut se in Cynosarges comitarentur, secumque ungerentur. Qua re callide videtur notho-

νόθων καὶ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν. ὅτι μέντοι τοῦ Λυκομιδῶν γένους μετεῖχε, δῆλόν ἐστι. τὸ γὰρ Φλυῆσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινὸν, ἐμπρησθὲν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, αὐτὸς ἐπεσκεύασε καὶ γραφαῖς ἐκόσμησεν, ὡς Σιμωνίδης ἱστόρηκεν.

κωλύειν αὐξανομένους ἐπ' αὐτὸν, ἤδη δὲ καὶ δυνάμεις ἐκινοῦντο καὶ στρατηγοὶ διεπέμποντο, καὶ κατέβαινον εἰς Μαγνησίαν ἀγγελίαι πρὸς Θεμιστοκλέα, τῶν Ἑλληνικῶν ἐξάπτεσθαι κελεύοντος βασιλέως, καὶ βεβαιοῦν τὰς ὑποσχέσεις. οὔτε δι' ὀργήν τινα παροξυνθεὶς κατὰ τῶν πολιτῶν, οὔτε ἐπαρθεὶς τιμῇ τοσαύτῃ καὶ δυνάμει πρὸς τὸν πόλεμον, ἀλλ' ἴσως μὲν οὐκ ἐφικτὸν ἡγούμενος τὸ ἔργον, ἄλλως τε μεγάλους τῆς Ἑλλάδος ἐχούσης στρατηγοὺς τότε, καὶ Κίμωνος ὑπερφυῶς εὐημεροῦντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς· τὸ δὲ πλεῖστον, αἰδοῖ τῆς τε δόξης τῶν πράξεων ἑαυτοῦ, καὶ τῶν τροπαίων ἐκείνων, ἄριστα βουλευσάμενος ἐπιθεῖναι τῷ βίῳ τὴν τελευτὴν πρέπουσαν, ἔθυσε τοῖς Θεοῖς, καὶ τοὺς φίλους συναγαγὼν, καὶ δεξιωσάμενος, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, αἷμα ταύρειον πιὼν, ὡς δ' ἔνιοι, φάρμακον ἐφήμερον προσενεγκάμενος, ἐν Μαγνησίᾳ κατέστρεψε, πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βεβιωκὼς ἔτη, καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐν πολιτείαις καὶ ἡγεμονίαις. τὴν δ' αἰτίαν τοῦ θανάτου καὶ τὸν τρόπον πυθόμενον βασιλέα λέγουσιν ἔτι μᾶλλον θαυμάσαι τὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῦ καὶ οἰκείοις χρώμενον διατελεῖν φιλανθρώπως.

Ἀπέλιπε δὲ Θεμιστοκλῆς παῖδας, ἐκ μὲν Ἀρχίππης τῆς Λυσάνδρου τοῦ Ἀλωπεκῆθεν, Ἀρχέπτολιν καὶ Πολύευκτον, καὶ Κλεόφαντον· οὗ καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος ὡς ἱππέως ἀρίστου, τἆλλα δ' οὐδενὸς ἀξίου γενομένου μνημονεύει. τῶν δὲ πρεσβυτάτων, Νεοκλῆς μὲν, ἔτι παῖς ὢν, ὑφ' ἵππου δηχθεὶς ἀπέθανε, Διοκλέα δὲ Λύσανδρος ὁ πάππος υἱὸν ἐποιήσατο. θυγατέρας δὲ πλείους ἔσχεν, ὧν Μνησιπτολέμαν μὲν, ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης γενομένην, Ἀρχέπτολις ὁ

reprimendum adversus se incrementum revocaverunt, jamque delectus habebatur, duces dimittebantur, & Magnesiam ad Themistoclem cum mandatis regiis veniebant nuntii, ut res Græciæ susciperet, præstaretque promissa; neque ira inflammatus in cives suos ulla est, neque tantis honoribus & potentia incitatus ad bellum, sed & effectum rei fortassis in expedito non ratus esse, præsertim quod haberet ea tempestate duces Græcia inclytos, & mirifica esset Cimonis in rebus Græcorum gerendis fœlicitas, maxime autem verecundia gloriæ rerum gestarum & illorum trophæorum adductus, optime deliberavit vitæ convenientem colophonem imponere. Itaque sacris operatus, convocatosque complexus amicos, hausto, ut celebris fama est, taurino sanguine, ut aliqui volunt, veneno præsentaneo sumpto, annos natus quinque & sexaginta, quos fere in republica administranda & imperio transegit, Magnesiæ vitam cum morte commutavit. Causa & ratione mortis intellecta, regem opinionem de eo majorem habuisse, amicosque ejus & familiares perpetua benignitate memorant complexum.

Liberos reliquit Themistocles ex Lysandri Alopecensis filia Archippa Archeptolin, Polyeuctum, & Cleophantum, cujus Plato philosophus, ut optimi equitis, cætera inertis meminit. Ex maximis natu Neocles, morsu equi interiit admodum puer. Dioclem avus adoptavit Lysander. Filias habuit complures, quarum Mnesiptolemam, ex secundis nuptiis genitam, frater non ex eadem matre Archeptolis,

ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος ἔγημεν· Ἰταλίαν δὲ Πανθοίδης ὁ Χῖος, Σύβαριν δὲ Νικομήδης Ἀθηναῖος· Νικομάχην δὲ Φρασικλῆς ὁ ἀδελφιδοῦς Θεμιστοκλέους, ἤδη τετελευτηκότος ἐκείνου, πλεύσας εἰς Μαγνησίαν, ἔλαβε παρὰ τῶν ἀδελφῶν, νεωτάτην δὲ πάντων τῶν τέκνων Ἀσίαν ἔθρεψε. καὶ τάφον μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ Μάγνητες ἔχουσι· περὶ δὲ τῶν λειψάνων οὔτ' Ἀνδοκίδῃ προσέχειν ἄξιον, τοῖς πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντι, φωράσαντας τὰ λείψανα διαρρίψαι τοὺς Ἀθηναίους. ψεύδεται γὰρ ἐπὶ τὸν δῆμον παροξύνων τοὺς ὀλιγαρχικούς. ὅ, τε Φύλαρχος ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ τῇ ἱστορίᾳ μονονοὺ μηχανὴν ἄρας, καὶ προαγαγὼν Νεοκλέα τινὰ καὶ Δημόπολιν, υἱοὺς Θεμιστοκλέους, ἀγῶνα βούλεται κινεῖν καὶ πάθος, ὃ οὐδ' ἂν ὁ τυχὼν ἀγνοήσειεν ὅτι πέπλασται. Διόδωρος δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τοῖς περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν, ὡς ὑπονοῶν μᾶλλον ἢ γινώσκων· ὅτι περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών, καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντός, ᾗ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδές, τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. οἴεται δὲ καὶ Πλάτωνα τὸν κωμικὸν αὐτῷ μαρτυρεῖν ἐν τούτοις,

Ὁ σὸς δὲ τύμβος ἐν καλῷ κεχωσμένος
Τοῖς ἐμπόροις πρόσρησις ἔσται πανταχοῦ,
Τούς τ' ἐκπλέοντας εἰσπλέοντάς τ' ὄψεται,
Χὠπότε ἅμιλλα τῶν νεῶν, θεάσεται.

τοῖς

lis, adjunxit sibi matrimonio, Italiam Panthides Chius, Sybarin Atheniensis Nicomedes, Nicomacham Phrasicles Themistoclis fratris filius, illo jam defuncto, Magnesiam profectus, accepit a fratribus. Minimam hic omnium liberorum ejus eduxit Asiam. Ejus habent Magnetes amplum in foro conditorium. De reliquiis non est adhibenda fides Andocidi, qui in libro ad amicos scribit pervestigasse reliquias ejus & dissipasse Athenienses. Mentitur enim id, quo principum factionem incendat in populum. At Phylarchus in historia, quasi in tragoedia excitans machinam, Neoclem quendam ac Demopolin, Themistoclis filios inducit: eoque movere animos & incitare nititur, quod nemo est tam indoctus qui fictum esse ignoret. At Diodorus Periegetes in libros quos de monumentis scripsit, magis suspicione ductus quam certitudine rei, prodidit apud portum Piraeei excurrere ab Alcimi promontorio sicut cubitum quendam, & ubi intra hunc flexeris, qua subtranquillum est mare, ingentem extare basim: atque illam, quæ in ea extat, aræ speciem sepulcrum Themistoclis esse. Arbitratur etiam Platonem Comicum sibi adstipulari hisce versibus,

Tua tumba stat cumulata commodo loco,
Mercator hanc semper salutabit pius,
Advectus & revectus hic videbitur,
Aliquando certamina simul navalia.


Po-

τοῖς δ' ἀπὸ γένους τοῦ Θεμιστοκλέους καὶ τιμαί τινες ἐν Μαγνησίᾳ φυλαττόμεναι μέχρι τῶν ἡμετέρων χρόνων ἦσαν, ἃς ἐκαρποῦτο Θεμιστοκλῆς Ἀθηναῖος, ἡμέτερος συνήθης καὶ φίλος παρ' Ἀμμωνίῳ τῷ φιλοσόφῳ γενόμενος.

Posteritati Themistoclis Magnesiæ usque ad nostram memoriam mansere certi honores, quibus fruebatur Themistocles Atheniensis, quicum consuetudo nobis & amicitia apud Ammonium philosophum intercessit.



KAMIA-



ΚΑΜΙΛΛΟΣ.

Περὶ δὲ Φουρίου Καμίλλου πολλῶν καὶ μεγάλων λεγομένων, ἴδιον εἶναι δοκεῖ μάλιστα καὶ παράδοξον, ὅτι πλεῖστα μὲν ἐν ἡγεμονίαις καὶ μέγιστα κατορθώσας, δικτάτωρ δὲ πεντάκις αἱρεθεὶς, θριαμβεύσας δὲ τετράκις, κτίστης δὲ τῆς Ῥώμης ἀναγραφεὶς δεύτερος, οὐδὲ ἅπαξ ὑπάτευσε. τούτου δ' αἴτιον, ἡ τῆς τότε πολιτείας κατάστασις, ἐκ διαφορᾶς τοῦ δήμου πρὸς τὴν σύγκλητον, ὑπάτους μὲν ἐρίσαντος μὴ ἀποδεικνύναι, χιλιάρχους δὲ χειροτονοῦντος ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν, ὧν καίπερ ἀπ' ἐξουσίας καὶ δυνάμεως ὑπατικῆς ἅπαντα πραττόντων, ἧττον ἦν ἐπαχθὴς ἡ ἀρχὴ, διὰ τὸ πλῆθος. τὸ γὰρ ἓξ ἄνδρας, ἀλλὰ μὴ δύο τοῖς πράγμασιν ἐφεστάναι, παρεμυθεῖτο τοὺς βαρυνομένους τὴν ὀλιγαρχίαν. κατὰ τοῦτο δὴ καιροῦ μάλιστα τῇ δόξῃ καὶ τοῖς πράγμασιν ἀκμάσας ὁ Κάμιλλος, ὕπατος μὲν οὐκ ἠξίωσεν ἄκοντι τῷ δήμῳ γενέσθαι, καίπερ ἐν τῷ διὰ μέσου δεξαμένης ὑπατικὰς ἀρχαιρεσίας τῆς πολιτείας πολλάκις· ἐν

Inter ea quæ de Marco Furio Camillo referuntur multa & eximia, singulare imprimis videtur ac mirandum, quod qui victorias imperator plurimas & præclarissimas retulit, dictator quintum fuit dictus, quater triumphavit, alter etiam Romæ appellatus conditor, ne semel quidem consul fuerit. In causa fuit reipublicæ status, quo populus a patribus diffidens, ne consules crearentur, obstitit, sed tribunos rebus præfecit, quorum, propter numerum, tametsi consulari essent & autoritate & potestate, minus in plebis oculos incurrebat imperium. Quippe quos paucorum offendebat potentia, his minus molestum erat sex viros quam duos rempublicam tenere. Per id tempus quum potissimum Camillus gloria & rebus gestis floreret, quamvis civitas medio tempore comitia consularia habuerit subinde, non sustinuit tamen consul invito fieri populo. In

ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡγεμονίαις καὶ παντοδαπαῖς γενομέναις τοιοῦτον αὑτὸν παρέχειν, ὥστε τὴν μὲν ἐξουσίαν καὶ μοναρχοῦντος εἶναι κοινὴν, τὴν δὲ δόξαν, ἰδίαν καὶ μεθ' ἑτέρων στρατηγοῦντος· ὧν τοῦ μὲν ἡ μετριότης αἴτιον ἀνεπιφθόνως ἄρχοντος, τοῦ δ' ἡ φρόνησις, δι' ἣν ὁμολογουμένως ἐπρώτευεν.

Οὔπω δὲ τότε περὶ τὸν τῶν Φουρίων οἶκον οὔσης μεγάλης ἐπιφανείας, αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ πρῶτος εἰς δόξαν προῆλθεν, ἐν τῇ μεγάλῃ μάχῃ πρὸς Αἰκανοὺς καὶ Οὐολούσκους ὑπὸ δικτάτωρι Ποστουμίῳ Τουβέρτῳ στρατευόμενος. προϊππεύων γὰρ τοῦ στρατοῦ, καὶ πληγῇ περιπεσὼν εἰς τὸν μηρὸν, οὐκ ἀνῆκεν, ἀλλ' ἐγκείμενον τῷ τραύματι παρέλκων τὸ ἀκόντισμα, καὶ συμπλεκόμενος τοῖς ἀρίστοις τῶν πολεμίων, τροπὴν ἐποίησεν. ἐκ δὲ τούτου τῶν τ' ἄλλων γερῶν ἔτυχε, καὶ τιμητὴς ἀπεδείχθη, μέγα τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα ταύτης ἐπὶ τῶν τότε χρόνων ἐχούσης. μνημονεύεται δὲ αὐτοῦ τιμητοῦ ὄντος καλὸν μὲν ἔργον, τὸ τοὺς ἀγάμους, λόγοις τε πείθοντα, καὶ ζημίαις ἀπειλοῦντα, συγκαταζεῦξαι ταῖς χηρευούσαις γυναιξί· πολλαὶ δ' ἦσαν αὗται διὰ τοὺς πολέμους. ἀναγκαῖον δὲ καὶ τὸ τοὺς ὀρφανοὺς ὑποτελεῖς ποιῆσαι, πρότερον ἀνεισφόρους ὄντας. αἴτιαι δ' ἦσαν αἱ συνεχεῖς στρατεῖαι, μεγάλων ἀναλωμάτων δεόμεναι· καὶ μάλιστα κατήπειγεν ἡ Βηΐων πολιορκία· τούτους ἔνιοι Οὐενετανοὺς καλοῦσιν. ἦν δὲ πρόσχημα τῆς Τυῤῥηνίας ἡ πόλις, ὅπλων μὲν ἀριθμῷ, καὶ πλήθει τῶν στρατευομένων οὐκ ἀποδέουσα τῆς Ῥώμης, πλούτῳ δὲ καὶ βίων ἁβρότητι καὶ τρυφαῖς καὶ πολυτελείαις ἀγαλλομένη, πολλοὺς καὶ καλοὺς ἀγῶνας ἠγωνίσατο, περὶ δόξης

καὶ

In cæteris magiſtratibus, quos multos cepit & varios, ita ſe geſſit, ut poteſtatem ſuam, quum vel ſolus obtineret, ſupremam in medium conferret, gloria vero ad eum redundaret unum, ubi etiam collegas habebat. Hujus cauſa fuit ejus prudentia, qua ſuperabat citra controverſiam omnes; illud effecit modeſtia ejus ſine invidia imperantis.

Cum autem gens eſſet Furiorum ea tempeſtate non admodum illuſtris, nomen factis ſuis hic paravit primus, quo tempore ſub dictatore Poſthumio Tuberto, in magno contra Æquos & Volſcos certamine, ſtipendia faciebat. Ibi equo ante aciem provectus, accepto in femore vulnere, non remiſit tamen pugnam, ſed quum infixum ex vulnere jaculum recepiſſet, congreſſus cum fortiſſimis hoſtium, vertit eos in fugam. Inde cum alios eſt honores adeptus, tum, quæ in magna id temporis erat dignatione, cenſuram. Hujus recenſetur unum eo in magiſtratu eximium factum, quod cælibes partim blande appellando, partim denuntianda mulcta, viduis, quæ ob bella erant multæ, matrimonio copulaverit: neceſſarium alterum, quod, qui ante immunes fuerant, vectigali ſubjecerit pupillos: aſſidua bella, quæ ſumptus requirebant ingentes, id expreſſere. Urgebat vero præcipue obſidio Veiorum: hos quidam Venetanos appellant. Propugnaculum hæc urbs erat Hetruriæ, armorum copia & militum numero Roma nihilo inferior. Ei opulentia, luxus, deliciæ, & ſplendor animos fecit, ut cum populo Romano de gloria atque imperio certans, ſæpe

&

καὶ δυναστείας πολεμοῦσα Ῥωμαίοις. ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ τῆς μὲν φιλοτιμίας ἀφεστήκει, συντριβεῖσα μεγάλαις μάχαις· ἐπαράμενοι δὲ τείχη μακρὰ καὶ καρτερὰ, καὶ τὴν πόλιν ὅπλων καὶ βελῶν καὶ σίτου καὶ παρασκευῆς ἁπάσης ἐμπλήσαντες, ἀδεῶς ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν, μακρὰν μὲν οὖσαν, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς πολιορκοῦσιν ἐργώδη καὶ χαλεπὴν γινομένην. εἰθισμένοι γὰρ οὐ πολὺν χρόνον ἅμα ὥρᾳ θέρους ἔξω στρατεύειν, οἴκοι δὲ διαχειμάζειν, τότε πρῶτον ἠναγκάσθησαν ὑπὸ τῶν χιλιάρχων, φρούρια κατασκευασάμενοι καὶ τὸ στρατόπεδον τειχίσαντες ἐν τῇ πολεμίᾳ, χειμῶνα καὶ θέρος συνάπτειν, ἤδη σχεδὸν ἔτους ἑβδόμου τοῦ πολέμου τελευτῶντος. ὥστε καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐν αἰτίᾳ γενέσθαι, καὶ μαλακῶς πολιορκεῖν δοκοῦντας ἀφαιρεθῆναι τὴν ἀρχὴν, ἑτέρων αἱρεθέντων ἐπὶ τὸν πόλεμον· ὧν ἦν καὶ Κάμιλλος, τότε χιλιαρχῶν τὸ δεύτερον. ἔπραξε δὲ περὶ τὴν πολιορκίαν οὐδὲν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, λαχὼν Φαλερίοις καὶ Καπηνάταις πολεμεῖν, οἳ δι᾽ ἀσχολίαν πολλὰ τὴν χώραν τότε καθυβρίσαντες, καὶ παρὰ πάντα τὸν Τυρρηνικὸν πόλεμον ἐνοχλήσαντες, ἐπιέσθησαν ὑπὸ τοῦ Καμίλλου, καὶ συνεστάλησαν εἰς τὰ τείχη, πολλοὺς ἀποβαλόντες.

Ἐκ τούτου τὸ περὶ τὴν Ἀλβανίδα λίμνην πάθος ἀκμάζοντι τῷ πολέμῳ συνενεχθὲν, οὐδενὸς ἧττον τῶν ἀπίστων πυθέσθαι θαυμάτων, αἰτίας κοινῆς ἀπορείᾳ, καὶ λόγου φυσικὴν ἔχοντος ἀρχὴν ἐφόβησεν. ἦν μὲν γὰρ ὥρα μετοπωρινὴ, καὶ τὸ θέρος ἔληγεν, οὔτε ὑπόμβρον, οὔτε πνεύμασι νοτίοις χαλεπὸν ἐπιδήλως γενόμενον. πολλὰς δὲ λίμνας καὶ ποταμοὺς καὶ νάματα παντοδαπὰ τῆς

Ἰταλίας

& egregie pugnaverit. Cæterum sub ea tempestate multis accisi Veientes cladibus, ambitione remissa, excelsis & validis muris cinxerant urbem, armisque atque telis, & commeatu & omnis generis bellicoso apparatu importato, sustinebant alacres obsidionem. Longinqua ea fuit, juxtaque oppugnantibus laboriosa & molesta. Nam qui non diu æstatis hora militare, & hybernare domi assueverant, tunc a tribunis primum præsidia compulsi fuerunt extruere, castra in hostico munire, itaque cum æstate hyemem continuare. Jam annus hujus belli septimus ad exitum vergebat, quum vocabantur in discrimen duces, & quod segniter urgere viderentur obsidionem, abrogatum est iis imperium, subrogatique ad bellum alii, inter quos Camillus, qui tribunus tunc iterum fuit. Is eo tempore non interfuit obsidioni. Quippe bellum erat sortitus adversus Faliscos & Capenates, qui Romanis alias districtis, quum fines eorum fœde id temporis vastassent, ac per totum bellum Hetruscum Romanos solicitassent, repressi a Camillo sunt, multisque amissis, muris inclusi.

Inde res lacui Albano accidit medio belli ardore cum quovis rarissimo miraculo conferenda: quæ, quia vulgari causa & ratione carebat ex rerum natura ducta, pavorem incussit. Æstas erat extrema & præceps, nec cœlestibus aucta aquis, aut ventis admodum fuerat turbulenta austrinis. Lacus autem & amnes & rivi & fontes, quos habet Italia frequen-

Ἰταλίας ἐχούσης, τὰ μὲν ἐξέλιπε κομιδῇ, τὰ δ' ἀντεῖχε γλίσχρως καὶ μόλις. οἱ δὲ ποταμοὶ πάντες ὥσπερ ἀεὶ κοῖλοι καὶ ταπεινοὶ διὰ θέρους ἐρρύησαν. τὸ δὲ τῆς Ἀλβανίδος λίμνης, ἀρχὴν ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τελευτὴν, ὄρεσιν εὐγείοις περιεχόμενον, ἀπ' οὐδενὸς αἰτίου πλὴν εἰ τι θεῖον, αὐξόμενον ἐπιδήλως διωγκοῦτο, καὶ προσίστατο ταῖς ὑπωρείαις, καὶ τῶν ἀνωτάτω λόφων ὁμαλῶς ἐπέψαυεν, ἄνευ σάλου καὶ κλύδωνος ἐξανιστάμενον. καὶ πρῶτον μὲν ἦν ποιμένων θαῦμα καὶ βοτήρων· ἐπεὶ δὲ τοῦ διείργοντος ἀπὸ τῆς κάτω χώρας οἷον ἰσθμοῦ τὴν λίμνην ὑπερραγέντος ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ βάρους, μέγα ῥεῦμα κατέβαινε διὰ τῶν ἀρουμένων καὶ φυτευομένων ἐπὶ τὴν θάλατταν, οὐ μόνον αὐτοῖς. παρεῖχε Ῥωμαίοις ἔκπληξιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐδόκει τοῖς τὴν Ἰταλίαν κατοικοῦσι μηδενὸς μικροῦ σημεῖον εἶναι. πλεῖστος δ' αὐτοῦ λόγος ἦν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ πολιορκοῦντι τοὺς Βηΐους, ὥστε κἀκείνοις ἔκπυστον γενέσθαι τὸ περὶ τὴν λίμνην πάθος.

Οἷα δ' ἐν πολιορκίᾳ διὰ χρόνου μῆκος ἐπιμιξίας τε πολλὰς ἐχούσῃ καὶ κοινολογίας πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐγεγόνει τινὶ Ῥωμαίῳ συνήθεια καὶ παρρησία πρὸς ἕνα τῶν πολεμίων, ἄνθρωπον ἔμπειρόν τε λόγων παλαιῶν, καί τι πλέον εἰδέναι τῶν ἄλλων ἀπὸ μαντικῆς δοκοῦντα. τοῦτον οὖν ὁ Ῥωμαῖος, ὡς ἤκουσε τὴν ἐπίδοσιν τῆς λίμνης, ὁρῶν ὑπερηδόμενόν τε καὶ καταγελῶντα τῆς πολιορκίας, οὐ ταῦτα μόνα ἔφη ἐνηνοχέναι θαυμαστὰ τὸν παρόντα χρόνον, ἀλλ' ἕτερα τούτων ἀτοπώτερα σημεῖα Ῥωμαίοις γεγονέναι· περὶ ὧν ἐθέλειν ἐκείνῳ κοινωσάμενος, εἴ τι δύναιτο θέσθαι τῶν ἰδίων ἄμεινον, ἐν τοῖς κοινοῖς νο-

σοῦ-

quentes, partim jam plane exaruerant, partim tenuem & exiguam trahebant undam. Fluvii æſtatis cauſa, ut ſemper, humili & anguſto alveo ferebantur; quum lacus Albanus, qui neque aliunde ducit originem, neque alio ſe effundit, pinguibus clauſus montibus, nulla de cauſa (niſi ſiqua divina) inflatus dilucide intumuit, ut pertingeret ad dorſa montium, & ſummos undequaque æquaret tumulos, ſine æſtu tamen inſurgeret vel fluctu. Id paſtoribus erat primum ac bubulcis miraculo. Verum ubi repagulo, quod veluti cervix a ſubjectis campis arcebat lacum, præ copia & mole refracto, magno jam impetu per ſata & arbuſta in mare defluxit, tum non Romanos modo conſternavit, verum etiam omnibus Italiam incolentibus viſum eſt magni quid portendere. Plurimum etiam in caſtris Veios obſidentibus, quo jam lacus allatum miraculum fuerat, hoc agitabatur ſermonibus, adeo ut obſeſſis etiam innoteſceret.

Id autem quod in obſidione ſolet diuturna, ut commercia multa inter ſe hoſtes & congreſſus habeant, familiaritatem Romanus quidam contraxit, & colloquia habuit cum Veiente quodam, qui veterum ſermonum peritia pollebat, & præſtare ſcientia divinandi dicebatur. Romanus, ubi hunc vidit de lacus incremento exultantem, atque obſidionem habentem ludibrio, Non id ſolum, inquit, prodigii hac tempeſtate, ſed longe fœdiora ſunt alia Romanis facta portenta, de quibus ad ipſum ait ſe referre velle, ut rebus ſuis conſulere in communi calamitate valeat. Ille Romano

prompte

σῦσιν, ὑπακούσαντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου προθύμως, καὶ διδόντος ἑαυτὸν εἰς κοινολογίαν, ὡς ἀπορρήτων τινῶν ἀκροατὴν ἐσόμενον, καὶ μικρὸν οὕτω διαλεγόμενος, καὶ ὑπάγων αὐτὸν, ὡς πορρωτέρω τῶν πυλῶν ἐγεγόνεισαν, αἴρει τε μετέωρον εὐρωστότερος ὤν, καὶ πλειόνων ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου συνδραμόντων, χειρωσάμενος καὶ κρατήσας, παρέδωκε τοῖς στρατηγοῖς. ἐν τούτῳ δ' ἀνάγκης γεγονὼς ὁ ἄνθρωπος, καὶ μαθὼν ἄρα τὸ πεπρωμένον ὡς ἄφυκτον εἴη, λόγια προὔφαινεν ἀπόρρητα περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος, ὡς οὐκ οὔσης ἁλωσίμου πρότερον ἢ τὴν Ἀλβανίδα λίμνην ἐκχυθεῖσαν, καὶ φερομένην εἰς ὁδοὺς ἑτέρας, ὤσαντες ὀπίσω καὶ περισπάσαντες οἱ πολέμιοι, κωλύσουσι μίγνυσθαι τῇ θαλάττῃ. ταῦτα τῇ συγκλήτῳ πυθομένῃ, καὶ διαπορούσῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξε πέμψαντας εἰς Δελφοὺς ἐρέσθαι τὸν Θεόν. οἱ δὲ πεμφθέντες, ἄνδρες ἔνδοξοι καὶ μεγάλοι, Κόσσος Λικίνιος καὶ Οὐαλέριος Ποτῖτος, καὶ Φάβιος Ἄμβουστος, πλῷ τε χρησάμενοι καὶ τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχόντες, ἧκον ἄλλας τε μαντείας κομίζοντες, αἳ πατρίων τινῶν περὶ τὰς καλουμένας Λατίνας ἑορτὰς ὀλιγωρίαν ἔφραζον αὐτοῖς, καὶ τὸ Ἀλβανίδος ὕδωρ ἐκέλευον, εἴργοντας ὡς ἀνυστόν ἐστι τῆς θαλάσσης ἄνωθεν εἰς τὸν ἀρχαῖον πόρον, εἰ τοῦτο μὴ δυναμένους, ὀρύγμασι καὶ τάφροις παράγειν εἰς τὸ πεδίον καὶ καταναλίσκειν. ἀπαγγελθέντων δὲ τούτων οἱ μὲν ἱερεῖς τὰ περὶ τὰς θυσίας ἔπραττον, ὁ δὲ δῆμος ἐχώρει πρὸς τὰ ἔργα, καὶ τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπεν.

Ἡ δὲ σύγκλητος εἰς τὸ δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου καταλύσασα τὰς ἄλλας ἀρχὰς, δικτάτορα Κάμιλλον ἀπέδειξεν· ἵππαρχον δ' ἐκεῖνος αὑτῷ προσελόμενος Κορνήλιον Σκιπίωνα, πρῶτον μὲν εὐχὰς ἐποιήσατο τοῖς Θεοῖς,

prompte morem gerere, & sedulo sermones cum eo miscere, velut res abditas auditurus. Dum abducitur inter confabulandum longius à porta, tum hominem Romanus, prævalens viribus, sublimem arripit, pluribusque ex statione accurrentibus capit, atque in potestatem redactum deducit ad imperatores. Ita oppressus ille, considerato fatum inevitabile esse, sortes patriæ suæ occultas aperit, non ante expugnabilem eam quam lacum Albanum hostes effusum retro ab cursu suo derivarent, atque averterent a mari. His nuntiatis, senatus, re deliberata, oratores, qui Apollinem consulerent, Delphos mittere decrevit. Legati fuerunt celebres magnique viri, Licinius Cossus, Valerius Potitus, & Fabius Ambustus. Qui, cursum nacti prosperum, consulto Apolline sortes domum retulerunt cum alias, tum quæ patrias quasdam in Latinis Ludis ceremonias edisserebant neglectas: & ut Albani lacus aquam, quoad ejus fieri posset, a mari in pristinum alveum reducerent: quod si non valerent, rivis fossisque eam extinguerent per agros demotam. His relatis, sacerdotes sacrificare, populus operi se ad aquam avertendam accingere.

Decimo hujus belli anno reliquis abrogatis magistratibus, dictator ab senatu Camillus dictus, magistrum equitum dixit Cornelium Scipionem. Inde pro imperio vota nun-

Θεοῖς, ἐπὶ τῷ πολέμῳ τέλος εὐκλεὲς λαβόντι τὰς μεγάλας θέας ἄξειν, καὶ νεὼν Θεᾶς, ἣν μητέρα Ματοῦταν καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καθιερώσειν. ταύτην ἄν τις ἀπὸ τῶν δρωμένων ἱερῶν μάλιστα Λευκοθέαν νομίσειεν εἶναι. καὶ γὰρ θεράπαιναν εἰς τὸν σηκὸν εἰσάγουσαι ῥαπίζουσιν, εἶτα ἐξελαύνουσι, καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα πρὸ τῶν ἰδίων ἐναγκαλίζονται, καὶ δρῶσι περὶ τὴν θυσίαν ἃ ταῖς Διονύσου τροφοῖς, καὶ τοῖς διὰ τὴν παλλακὴν πάθεσι τῆς Ἰνοῦς προσέοικε. μετὰ δὲ τὰς εὐχὰς Κάμιλλος εἰς τὴν Φαλίσκων ἐνέβαλε, καὶ μάχῃ μεγάλῃ τούτους τε καὶ Καπηνάτας προσβοηθήσαντας αὐτοῖς ἐνίκησεν· ἔπειτα πρὸς τὴν πολιορκίαν τραπόμενος τῶν Βηΐων, καὶ τὸν ἐκ προσβολῆς ἀγῶνα χαλεπὸν καὶ δύσεργον ὁρῶν, ὑπονόμους ἔτεμνε, τῶν περὶ τὴν πόλιν χωρίων ἐνδιδόντων τοῖς ὀρύγμασι, καὶ καταδεχομένων εἰς βάθος ἄγειν ἄδηλον τοῖς πολεμίοις τὰ ἔργα. διὸ προϊούσης ὁδῷ τῆς ἐλπίδος, αὐτὸς μὲν ἔξωθεν προσέβαλλεν ἐκκαλούμενος ἐπὶ τὰ τείχη τοὺς πολεμίους· ἄλλοι δὲ ἀδήλως ὑποπορευόμενοι διὰ τῶν ὑπονόμων, ἔλαθον ἐντὸς γενόμενοι τῆς ἄκρας, κατὰ τὸ Ἥρας ἱερὸν, ὃ μέγιστον ἦν τῇ πόλει, καὶ μάλιστα τιμώμενον. ἐνταῦθα λέγεται τυχεῖν κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τὸν ἡγεμόνα τῶν Τυρρηνῶν ἐπὶ ἱεροῖς· τὸν δὲ μάντιν εἰς τὰ σπλάγχνα κατιδόντα, καὶ μέγα φθεγξάμενον, εἰπεῖν ὅτι νίκην ὁ Θεὸς δίδωσι τῷ κατακολουθήσαντι τοῖς ἱεροῖς ἐκείνοις. ταύτης δὲ τῆς φωνῆς τοὺς ἐν τοῖς ὑπονόμοις Ῥωμαίους ἐπακούσαντας, ταχὺ διασπάσαι τὸ ἔδαφος· καὶ μετὰ βοῆς καὶ ψόφου τῶν ὅπλων ἀναδύντας, ἐκπλαγέντων τῶν πολεμίων καὶ φυγόντων, ἁρπάσαντας τὰ σπλάγχνα, κομίσαι πρὸς τὸν Κάμιλλον. ἀλλὰ ταῦτα

nuncupavit, si hujusce belli faustum exitum Dii dedissent, ludos magnos se facturum, ædemque Deæ, quam Matutam matrem vocant Romani, dedicaturum. Hanc, si ceremonias respicias sacrorum ejus, Leucotheam sane censeas esse. Ancillam enim in penetralia abductam cædunt alapis, post expellunt eam, fratrumque liberos ulnis gestant præ suis. In sacrificio imitantur nutricum Liberi patris gestus atque Inus pellicis causa casus. Votis susceptis fecit in fines Faliscorum Camillus expeditionem, eosque atque auxiliares eorum Capenates magno fudit prœlio. Mox ad obsidionem conversus Veiorum, quum difficilem murorum oppugnationem cerneret & arduam, cuniculos, acceptante fossuram circa urbem humo, ut deprimi eatenus opus posset, ne animadverteretur ab hostibus, egit. Quod ubi ex voto successit, ut ad muros eliceret hostem, urbem propalam aggreditur. Alii per cæcos cuniculos clam Junonis ædem, quæ in arce erat, multo omnium amplissimam ejus urbis celebratissimamque occupant. Quo tempore ferunt, rege Hetruscorum sacrificante, aruspicem extis intentum exclamasse, qui hostiæ ejus exta subsequeretur, ei victoriam Deos spondere: eamque vocem, qui in cuniculo erant, Romanos excepisse, ac proruto pavimento, cum clamore ac crepitu armorum prosiliisse, hostibusque expavescentibus ac fugientibus corripuisse exta, & Camillo obtulisse. Cæterum hæc forsan fabulis

ταῦτα μὲν ἴσως ἐοικέναι δόξει μυθεύμασιν. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως κατὰ κράτος, καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀγόντων καὶ φερόντων ἄπειρόν τινα πλοῦτον, ἐφορῶν ὁ Κάμιλλος ἀπὸ τῆς ἄκρας τὰ πραττόμενα, πρῶτον μὲν ἑστὼς ἐδάκρυσεν, εἶτα μακαρισθεὶς ὑπὸ τῶν παρόντων, ἀνέσχε τὰς χεῖρας τοῖς Θεοῖς, καὶ προσευχόμενος εἶπε, Ζεῦ μέγιστε, καὶ Θεοὶ χρηστῶν ἐπίσκοποι καὶ πονηρῶν ἔργων, αὐτοί που σύνιστε Ῥωμαίοις, ὡς οὐ παρὰ δίκην, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἀμυνόμενοι, μετερχόμεθα δυσμενῶν ἀνδρῶν καὶ παρανόμων πόλιν. εἰ δ' ἄρα τις, ἔφη, καὶ ἡμῖν ἀντίστροφος ὀφείλεται τῆς παρούσης νέμεσις εὐπραξίας, εὔχομαι ταύτην ὑπέρ τε πόλεως καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι. ταῦτ' εἰπών, καθάπερ ἐστὶ Ῥωμαίοις ἔθος ἐπευξαμένοις καὶ προσκυνήσασιν ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττειν, ἐσφάλη περιστρεφόμενος. διαταραχθέντων δὲ τῶν παρόντων, πάλιν ἀναλαβὼν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ πτώματος, εἶπεν ὡς γέγονεν αὐτῷ κατ' εὐχὴν σφάλμα μικρόν, ἐπ' εὐτυχίᾳ μεγίστῃ.

Διαπορθήσας δὲ τὴν πόλιν, ἔγνω τὸ ἄγαλμα τῆς Ἥρας μεταφέρειν εἰς Ῥώμην, ὥσπερ ηὔξατο. καὶ συνελθόντων ἐπὶ τοῦτο τεχνιτῶν, ὁ μὲν ἔθυε καὶ προσηύχετο τῇ Θεῷ δέχεσθαι τὴν προθυμίαν αὐτῶν, εὐμενῆ τε γενέσθαι σύνοικον τοῖς λαχοῦσι τὴν Ῥώμην Θεοῖς. τὸ δ' ἄγαλμα φασὶν ὑποφθεγξάμενον εἰπεῖν ὅτι καὶ βούλεται καὶ συγκατανεῖ. Λίβιος δέ φησιν εὔχεσθαι μὲν τὸν Κάμιλλον ἁπτόμενον τῆς Θεοῦ καὶ παρακαλεῖν, ἀποκρίνασθαι δέ τινας τῶν παρόντων ὅτι καὶ βούλεται καὶ συγκατανεῖ, καὶ συνακολουθεῖ προθύμως. οἱ δ' ἰσχυριζόμενοι καὶ τῷ παραδόξῳ βοηθοῦντες, μεγίστην μὲν ἔχουσι συνήγορον τὴν

fabulis similiora videantur. Urbe expugnata, militibusque ingentem egerentibus prædam, contemplans ex arce cuncta Camillus, primum illacrymavit: deinde, quum celebraretur a circunstantibus fœlicitas ejus, manus ad cœlum tollens precatus est, Jupiter Opt. Max. Diique recte ac male factorum arbitri, haud vos latet non injuste nos, sed necessitate compulsos ab infestorum & nefariorum hostium civitate persequi pœnas. Siqua tamen nos manet vicissim aliqua ultio hujus prosperitatis, oro ut eam luere ego pro urbe exercituque Romano quam minimo meo privato incommodo valeam. Simul atque ita fatus est, (ut in more est Romanis, a precibus & veneratione Deorum sese convertere dextrorsum,) dum circumagit se, prolabitur. Perculsis illis qui aderant, quum humo erexisset se, Ab immensa fœlicitate, inquit, levi ex voto defunctus sum casu.

Urbe direpta, Junonis signum Romam deportare, ut voverat, visum est. Convocatis ad id artificibus, Camillus sacra fecit, precatus Deam ut studium amplecteretur Romanorum, volensque & propitia Diis Romam incolentibus commigraret. Signum ferunt summissa voce velle & annuere dixisse. Livius tradit inter precandum attrectasse Camillum Deam & invitasse: inde velle & annuere ac sequi libentem respondisse ex adstantibus nonnullos. Cæterum hoc miraculum adstruentibus & defendentibus fortuna magnopere suf-

τὴν τύχην τῆς πόλεως, ἣν ἀπὸ σμικρᾶς καὶ καταφρονουμένης ἀρχῆς ἐπὶ μέγα δόξης καὶ δυνάμεως προελθεῖν, δίχα Θεοῦ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἐπιφανείαις ἑκάστοτε συμπαρόντος, ἀμήχανον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συνάγουσιν ὁμοειδῆ τινα, τοῦτο μὲν, ἱδρῶτας ἀγαλμάτων πολλάκις ἐκχυθέντας, τοῦτο δὲ, στεναγμοὺς ἀκουσθέντας, ἀποστροφάς τε δεικνύντας, καὶ καταμύσεις ξοάνων, ἃς ἱστορήκασιν οὐκ ὀλίγοι τῶν πρότερον· πολλὰ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκηκοότες ἀνθρώπων λέγειν ἔχομεν ἄξια θαύματος, ὧν οὐκ ἄν τις εἰκῆ καταφρονήσειεν. ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις καὶ τὸ πιστεύειν σφόδρα, καὶ τὸ λίαν ἀπιστεῖν, ἐπισφαλές ἐστι, διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ κρατοῦσαν αὐτῆς, ἀλλ' ἐκφερομένην ὅπου μὲν εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τῦφον, ὅπου δὲ εἰς ὀλιγωρίαν τῶν θείων καὶ περιφρόνησιν. ἡ δ' εὐλάβεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον.

Ὁ δὲ Κάμιλλος, εἴτε μεγέθει τοῦ ἔργου, πόλιν ἀντίπαλον τῆς Ῥώμης ἔτει δεκάτῳ τῆς πολιορκίας καθῃρηκώς, εἴτε ὑπὸ τῶν εὐδαιμονιζόντων αὐτὸν, εἰς ὄγκον ἐξαρθεὶς καὶ φρόνημα νομίμου καὶ πολιτικῆς ἀρχῆς ἐπαχθέστερον, τά τε ἄλλα σοβαρῶς ἐθριάμβευσε, καὶ τέθριππον ὑποζευξάμενος λευκοπώλον ἐπέβη, καὶ διεξήλασε τῆς Ῥώμης, οὐδενὸς τοῦτο ποιήσαντος ἡγεμόνος πρότερον οὐδ' ὕστερον. ἱερὸν γὰρ ἡγοῦνται τὸ τοιοῦτον ὄχημα, τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ τῶν Θεῶν ἐπιπεφημισμένον. ἔκ τε δὴ τούτου διεβλήθη πρὸς τοὺς πολίτας οὐκ εἰθισμένους ἐντρυφᾶσθαι, καὶ δευτέραν ἔλαβεν αἰτίαν, ἐνιστάμενος νόμῳ διοικίζοντι τὴν πόλιν. εἰσηγοῦντο γὰρ οἱ δήμαρχοι τόν τε δῆμον καὶ τὴν σύγκλητον εἰς μέρη δύο νεμηθῆναι, καὶ τοὺς μὲν αὐτόθι κατοικεῖν,

suffragatur urbis, quæ ex parvo & humili exordio, sine numinis perpetuo ex multis & magnis signis præsentis favore, evadere ad eam gloriam & potentiam haudquaquam potuisset. Adferunt præterea non absimilia, sudasse sæpe simulacra, aliquando gemitus edidisse, visasque eas etiam avertisse se & nictatas esse, quæ non pauci veterum memoriæ prodiderunt. Multa item, quæ accepimus ex nostræ memoriæ hominibus, habemus referre miranda, quæ non contemnas facile. Cæterum fidem iis adhibere vel detrahere nimiam, periculosum est humanam ob imbecillitatem, quæ nullis certis circumscripta cancellis est, neque sui compos, sed recidit modo in superstitionem & vanitatem, modo in Deorum neglectum & fastidium. Præstat autem cautio & mediocritas.

At Camillus, sive rerum gestarum magnitudine, quod urbem Romæ æmulam delevisset in decimum annum obsessam, sive ab adulatoribus inflatus, majores spiritus sustulit quam pro legitimo & civili magistratu: triumphum duxit cum alias superbum, tum quod curru quatuor juncto equis albis sit invectus, nullo exemplo vel priorum vel insequentium imperatorum. Sacrum enim eum currum habent Deorum regi & patri dicatum. Quare cives non adhuc tali assuetos insolentiæ offendit. Accessit huc altera causa, quod legem, qua populus distrahebatur, impediret. Siquidem ferebant tribuni ut plebs & senatus dividerentur, pars Romæ remaneret,

κεῖν, τοὺς δὲ κλήρῳ λαχόντας, εἰς τὴν αἰχμάλωτον μεταστῆναι πόλιν, ὡς εὐπορωτέρων ἐσομένων, καὶ δυσὶ μεγάλοις καὶ καλοῖς ἄστεσι τήν τε χώραν ὁμοῦ καὶ τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν φυλαξόντων. ὁ μὲν οὖν δῆμος ἤδη πολὺς γεγονὼς καὶ χρηματισάμενος ἐδέξατο, καὶ συνεχὴς ἦν τοῖς περὶ τὸ βῆμα θορύβοις αἰτῶν τὴν ψῆφον· ἡ δὲ βουλὴ, καὶ τῶν ἄλλων οἱ κράτιστοι πολιτῶν, οὐ διαίρεσιν ἀλλ᾽ ἀναίρεσιν ἡγούμενοι τῆς Ῥώμης πολιτεύεσθαι τοὺς δημάρχους, καὶ δυσανασχετοῦντες, ἐπὶ τὸν Κάμιλλον κατέφυγον. κἀκεῖνος ὀρρωδῶν τὸν ἀγῶνα, προφάσεις ἐνέβαλε τῷ δήμῳ καὶ ἀσχολίας, δι᾽ ὧν ἀεὶ τὸν νόμον ἐξέκρουεν. ἦν μὲν οὖν διὰ ταῦτα λυπηρός. ἡ δὲ φανερωτάτη καὶ μεγίστη τῶν ἀπεχθειῶν αὐτοῦ πρὸς τὸν δῆμον ἐκ τῆς δεκάτης τῶν λαφύρων ὑπῆρξεν, οὐκ ἄλογον, εἰ καὶ μὴ πάνυ δικαίαν ἀρχὴν τῶν πολλῶν λαβόντων. ηὔξατο μὲν γὰρ, ἐπὶ τοὺς Βηΐους, ὡς ἔοικε, βαδίζων, εἰ τὴν πόλιν ἕλοιτο, Θεῷ τούτῳ τὴν δεκάτην καθιερώσειν. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως καὶ διαρπαγείσης, εἴτ᾽ ὀκνήσας ἐνοχλῆσαι τοῖς πολίταις, εἴτε λήθη τις αὐτὸν ὑπὸ τῶν παρόντων πραγμάτων ἔλαβε, τῆς εὐχῆς περιεῖδεν ὠφεληθέντας. ὕστερον δὲ χρόνῳ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἤδη πεπαυμένος, ἀνήνεγκε περὶ τούτων εἰς τὴν σύγκλητον· οἵ τε μάντεις ἤγγελλον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς προφαίνεσθαι Θεῶν μῆνιν, ἱλασμοῦ καὶ χαριστηρίων δεομένην.

Ψηφισαμένης δὲ τῆς βουλῆς τὴν μὲν ὠφέλειαν, χαλεπὸν γὰρ ἦν ἀνάδαστον μὴ γενέσθαι, τοὺς δὲ λαβόντας αὐτοὺς σὺν ὅρκῳ τὴν δεκάτην παραφέρειν εἰς μέσον, ἐγίνετο πολλὰ λυπηρὰ καὶ βίαια περὶ τοὺς στρατιώτας, ἀνθρώπους

πένη-

maneret, in captam urbem pars cui obveniſſet ſorte, tranſmigraret. Ita fore opulentiores, qui magnis duabus & pulchris urbibus, ſimulque agris eſſent & reliquis opibus ſecure fruituri. Plebs, quæ admodum jam aucta erat & locupletata, actiones eas approbabat tribunorum, neque deſiſtebat tumultuari in concionibus, poſtulans ut in ſuffragia mitteretur. At ſenatus cum optimatibus non populi diviſionem tribunos, ſed everſionem moliri urbis Romæ exiſtimans, Camilli anxius implorat opem. Ille certamen formidans, moras plebi impedimentaque, quibus de die in diem rejiceret rogationem, nectebat. Atque hac quidem re offendit vulgus. Prædæ vero decima pars eum in apertiſſimum & acerrimum plebis odium, quum anſam illa, ſi non undequaque juſtam, non levem haberet certe, conjecit. Quippe quum Veios peteret, ſi urbe potitus eſſet, Apollini decimam partem ſe voverat ſacraturum. Urbe capta & direpta, ſive interpellare cives dubitavit, ſive rebus præſentibus diſtento voti effluxit memoria, conceſſit illis prædam. Poſtquam ſe dictatura jam abdicavit, retulit hac de re ad ſenatum: & aruſpices in victimis obnuntiaverunt portendi Deorum iram, quæ expiationibus & piaculis eſſet placanda.

Tum ſenatusconſultum factum eſt, non quin præda maneret diviſa, (neque enim fieri commode aliter poterat) ſed ut prædæ, quam quiſque habuiſſet, partem decimam juratus in medium conferret. Fuit id acerbum magnopere & grave militibus, hominibus egenis, poſt

Li-

πένητας καὶ πολλὰ πεπονηκότας, ἀναγκαζομένους ὧν ἐκέκτηντο καὶ κατακέχρηντο, μέρος εἰσφέρειν τοσοῦτον. θορυβουμένῳ δ' ὑπ' αὐτῶν τῷ Καμίλλῳ, καὶ προφάσεως ἀποροῦντι βελτίονος, εἰς τὸν ἀτοπώτατον τῶν λόγων συνέβαινε καταφεύγειν, ὁμολογοῦντι ἐπιλαθέσθαι τῆς εὐχῆς. οἱ δ' ἐχαλέπαινον, εἰ τὰ τῶν πολεμίων δεκατεύσειν εὐξάμενος τότε, νῦν δεκατεύει τὰ τῶν πολιτῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ πάντων ὅσον ἔδει μέρος εἰσενεγκόντων, ἔδοξε κρατῆρα χρυσοῦν κατασκευάσαντας, εἰς Δελφοὺς ἀποστεῖλαι. χρυσίου δ' ἦν σπάνις ἐν τῇ πόλει, καὶ τῶν ἀρχόντων ὅθεν ἂν πορισθείη σκοπούντων, αἱ γυναῖκες αὐταὶ καθ' αὑτὰς βουλευσάμεναι, τὸν ὄντα χρυσοῦν ἑκάστῃ περὶ τὸ σῶμα κόσμον ἐπέδωκαν εἰς τὸ ἀνάθημα, σταθμῷ χρυσίου γενόμενον ὀκτὼ ταλάντων. καὶ ταύταις μὲν ἡ σύγκλητος ἀποδιδοῦσα τιμὴν πρέπουσαν, ἐψηφίσατο μετὰ θάνατον, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ἀνδράσι, καὶ ταῖς γυναιξὶ λέγεσθαι τὸν ἄξιον ἔπαινον. οὐ γὰρ ἦν εἰθισμένον πρότερον ἐγκωμιάζεσθαι γυναῖκα δημοσίᾳ, τελευτήσασαν. ἑλόμενοι δὲ τρεῖς ἄνδρας ἐκ τῶν ἀρίστων θεωρούς, καὶ ναῦν μακρὰν εὐανδροῦσαν πληρώματι καὶ κόσμῳ πανηγυρικῷ κατασκευάσαντες ἐξέπεμψαν. ἦν δ' ἄρα καὶ χειμὼν, καὶ γαλήνη θαλάσσης. ἀργαλέον ὡς ἐκείνοις συνέτυχε τότε παρ' οὐδὲν ἐλθόντας ἀπολέσθαι, διαφυγεῖν αὖθις ἀπροσδοκήτως τὸν κίνδυνον. ἐπέπλευσαν γὰρ αὐτοῖς Λιπαραίων τριήρεις περὶ τὰς Αἰόλου νήσους, τοῦ πνεύματος ἐκλιπόντος, ὡς λῃσταῖς. δεομένων δὲ καὶ προϊσχομένων χεῖρας ἐμβολῆς μὲν ἔσχοντο, τὴν δὲ ναῦν ἀναψάμενοι καὶ καταγαγόντες, ἐπεκήρυττον ἅμα καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ σώματα, πειρατικὰ

κὰ

laborare exfudites multos, eorum quæ quæsiverant & jam absumpserant, tantam cogi inferre portionem. Quorum tumultu, quum Camillus undique percelleretur, neque causam expediret commodiorem, descendit ad ineptissimam, oblitum se voti confessus. Illi vero fremebant, eum qui votum conceperat de rerum hostilium sacranda decima, nunc eam cogere ex fortunis civium. Attamen ex iis quæ omnes pro rata quisque contulerunt, decreverunt crateram auream faciendam & Delphos mittendam. Quia vero auri Romæ copia deerat, magistratibus unde compararent consultantibus, matronæ ultro, cœtibus ad eam deliberationem habitis, aurea ornamenta corporum suorum omnia, octo talentorum pondere, accommodaverunt ad donum. Honos iis a senatu meritus est habitus, decreto ut in matronarum laudem oratio funebris, ut fieri viris solet, (neque enim laudari publice fœminam defunctam ante fuerat receptum) haberetur. Inde ex principibus tres oratores in navi longa, viris delectis instructa & ornatu solemni, Delphos mittunt. Erat autem & hyems & cœlum serenum. At operæ pretium est audire quemadmodum illi in summum adducti periculum, præter spem tamen evaserint. Liparensium naves eos ad Æoli insulas vento destitutos pro prædonibus persequebantur. Qui ubi supplices manus tetenderunt, a vi quidem abstinuerunt illi, sed navem alligatam devexerunt in portum. Quum autem piratica judicassent, & res atque corpora sub hasta venderent, ægre

gre

καὶ κρατηθέντες εἶναι. μόλις δ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετῇ καὶ δυνάμει Τιμασιθέου τοῦ στρατηγοῦ πεισθέντες, μεθῆκαν. ὁ δὲ καὶ προσκαθελκύσας ἴδια πλοῖα παρέπεμψε, καὶ συγκαθιέρωσε τὸ ἀνάθημα· δι' ὃ καὶ τιμὰς ἔσχεν ὡς εἰκὸς ἦν ἐν Ῥώμῃ.

Τῶν δὲ δημάρχων αὖθις ἐπιχειρούντων τὸν περὶ τοῦ διοικισμοῦ νόμον, ὁ πρὸς Φαλίσκους πόλεμος ἐν καιρῷ διαφανεὶς, ἔδωκε τοῖς πρώτοις ἀνδράσιν ἀρχαιρεσιάσαι κατὰ γνώμην. καὶ Κάμιλλον ἀπέδειξε μεθ' ἑτέρων πέντε χιλίαρχον, ὡς τῶν πραγμάτων ἡγεμόνος δεομένων ἀξίωμα καὶ δόξαν μετ' ἐμπειρίας ἔχοντος. ψηφισαμένου δὲ τοῦ δήμου, λαβὼν δύναμιν ὁ Κάμιλλος, εἰς τὴν Φαλίσκων ἐνέβαλε· καὶ πόλιν ἐρυμνὴν καὶ κατεσκευασμένην πᾶσιν εἰς πόλεμον καλῶς, Φαλερίους ἐπολιόρκει· τὸ μὲν ἑλεῖν οὐ μικρὸν ἔργον, οὐδὲ χρόνου τοῦ τυχόντος ἡγούμενος, ἄλλως δὲ τρίβειν τοὺς πολίτας καὶ περισπᾶν βουλόμενος, ὡς μὴ σχολάζοιεν, οἴκοι καθήμενοι, δημαγωγεῖσθαι καὶ στασιάζειν. ἐπιεικῶς γὰρ ἀεὶ φαρμάκῳ τούτῳ χρώμενοι διετέλουν, ὥσπερ ἰατροὶ, τὰ ταρακτικὰ πάθη τῆς πολιτείας ἔξω τρέποντες.

Οὕτως δὲ τῆς πολιορκίας κατεφρόνουν οἱ Φαλέριοι, τοῖς πανταχόθεν ἐξωχυρῶσθαι πιστεύοντες, ὥστε πλὴν τῶν τὰ τείχη φυλαττόντων, τοὺς ἄλλους ἐν ἱματίοις κατὰ τὴν πόλιν ἀναστρέφεσθαι· τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν εἴς τε τὰ διδασκαλεῖα φοιτᾶν, καὶ περὶ τὰ τείχη περιπατήσοντας καὶ γυμνασομένους ὑπὸ τοῦ διδασκάλου καταβιβάζεσθαι. κοινῷ γὰρ ἐχρῶντο τῷ διδασκάλῳ, ὥσπερ Ἕλληνες,

gre unius virtute & autoritate viri Timesithei sunt prætoris inducti ut dimitterent eos, quos est cum præsidio etiam navium suarum prosequutus, adjutorque in dedicando dono fuit. Quæ res merito ei Romæ honori cessit.

Tribunis plebis postea rogationem de transmigrando Veios renovantibus, quod in tempore adversus Faliscos exortum bellum esset, comitia in principum fuerunt potestate, quibus cum aliis quinque tribunus militum Camillus creatur: Quippe ducem res postulabant autoritate & nomine cum rerum usu præditum. Postquam suffragia dedit populus, Camillus, exercitu conscripto, movit in Faliscos, urbemque munitam atque omnibus ad bellum necessariis instructam circumsedit Falerios. Quanquam autem capi urbem nec proclive erat, nec brevis esse perspiceret spatii, parabat versare tamen cives & distinere, ne domi resides, tribunorum plebis vacarent concionibus & seditionibus. Quo remedio fere semper utebantur, medicorum more, ad motus turbulentos ex civitate foras propellendos.

Falisci autem, quibus septos undique credebant se, munitionibus freti, usque adeo contemnebant obsidionem, ut præter stationes in muris dispositas togati per urbem reliqui obversarentur, liberique eorum circa ludos literarios frequentes essent, & circa muros ambulationis exercitationisque caussa producerentur a magistro. Communi enim demandabant magistro, Græcorum more, Falisci

λῶνες, οἱ Φαλέριοι, βουλόμενοι συντρέφεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι μετ' ἀλλήλων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τοὺς παῖδας. οὗτος οὖν ὁ διδάσκαλος ἐπιβουλεύων τοῖς Φαλερίοις διὰ τῶν παίδων, ἐξῆγεν αὐτοὺς ἡμέρας ἑκάστης ὑπὸ τὸ τεῖχος, ἐγγὺς τὸ πρῶτον, εἶτα ἀπῆγεν αὖθις εἴσω γυμνασαμένους. ἐκ δὲ τούτου κατὰ μικρὸν ὑπάγων εἴθισε θαῤῥεῖν, ὡς πολλῆς οὔσης ἀδείας· καὶ τέλος ἔχων ἅπαντας, εἰς τοὺς προφύλακας τῶν Ῥωμαίων ἐνέβαλε, καὶ παρέδωκεν, ἄγειν κελεύσας πρὸς τὸν Κάμιλλον. ἀχθεὶς δὲ καὶ καταστὰς εἰς μέσον, ἔλεγε παιδευτὴς μὲν εἶναι καὶ διδάσκαλος, τὴν δὲ πρὸς ἐκεῖνον χάριν ἀντὶ τούτων ἑλόμενος τῶν δικαίων, ἥκειν αὐτῷ τὴν πόλιν ἐν τοῖς παισὶ κομίζων. δεινὸν οὖν ἀκούσαντι τὸ ἔργον ἐφάνη Καμίλλῳ· καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν ὡς χαλεπὸν μέν ἐστι πόλεμος, καὶ διὰ πολλῆς ἀδικίας καὶ βιαίων περαινόμενος ἔργων, εἰσὶ δὲ καὶ πολέμων ὅμως τινὲς νόμοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι· καὶ τὸ νικᾶν οὐχ οὕτω διωκτέον ὥστε μὴ φεύγειν τὰς ἐκ κακῶν ἢ ἀσεβῶν ἔργων χάριτας· (ἀρετῇ γὰρ οἰκείᾳ τὸν μέγαν στρατηγὸν, οὐκ ἀλλοτρίᾳ θαῤῥοῦντα κακίᾳ, χρῆναι στρατεύειν) προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις, τοῦ μὲν ἀνθρώπου καταῤῥηγνύναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὰς χεῖρας ὀπίσω περιάγειν, τοῖς δὲ παισὶ διδόναι ῥάβδους καὶ μάστιγας, ὅπως κολάζοντες τὸν προδότην, ἐλαύνωσιν εἰς τὴν πόλιν. ἄρτι δὲ τῶν Φαλερίων ᾐσθημένων τὴν τοῦ διδασκάλου προδοσίαν, καὶ τὴν μὲν πόλιν, οἷον εἰκὸς, ἐπὶ συμφορᾷ τηλικαύτῃ θρήνου κατέχοντος, ἀνδρῶν δὲ δοκίμων καὶ γυναικῶν ἐπὶ τὰ τείχη καὶ τὰς πύλας σὺν οὐδενὶ λογισμῷ φερομένων, προσῆγον οἱ παῖδες τὸν διδάσκαλον, γυμνὸν καὶ δεδεμένον

lisci liberos, ut iisdem prima ætate rudimentis contubernioque assuescerent. Hic magister insidias Faliscis struens per liberos, educebat eos quotidie sub muris, brevioribus spatiis primum, mox ab exercitatione in urbem reducebat: deinde paulatim longius abducendo, ut in alta securitate, nihil eos assuefecit timere. Dum omnes tandem inter stationes Romanas traxit ac prodidit, adduci se ad Camillum jubens: in prætorium adductus, & in medio consistens, Præceptor, inquit, & magister sum, meumque erga te favorem huic præferens necessitudini, adsum ut urbem tibi pignore horum tradam puerorum. Fœdum id audienti Camillo facinus visum, atque ad coronam conversus, Sæva res, inquit, bellum est, cumulumque secum trahit injuriarum & violentiæ. Sunt bonis viris tamen certæ belli leges: neque ita ad victoriam est incumbendum, quin commoda ex impiis & scelestis factis oritura declines. Quippe sua innixus virtute magnus debet dux, non fraude res gerere aliena. Inde lictoribus imperat ut istum denudent, manibusque post tergum illigatis, virgas & flagella pueris ad cædendum agendumque in urbem proditorem darent. Proditionem magistri modo senserant Falisci: ac quum civitatem ingens luctus non immerito ex tanta clade occupasset, & nobilium virorum simul ac mulierum fieret in muros & portas sicut amentium concursus, adducunt præceptorem pueri nudum vinctumque verberantes,

μένον προπηλακίζοντες, τὸν δὲ Κάμιλλον, σωτῆρα καὶ Θεὸν καὶ πατέρα ἀνακαλοῦντες· ὥστε μὴ μόνον τοῖς γονεῦσι τῶν παίδων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις ταῦθ' ὁρῶσι θαυμάσαι καὶ πόθον ἐμπεσεῖν τῆς τοῦ Καμίλλου δικαιοσύνης. καὶ συνδραμόντες εἰς ἐκκλησίαν πρέσβεις ἔπεμψαν ἐκείνῳ, τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέποντες, οὓς ὁ Κάμιλλος ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην. ἐν δὲ τῇ βουλῇ καταστάντες εἶπον, ὅτι Ῥωμαῖοι τῆς νίκης τὴν δικαιοσύνην προτιμήσαντες, ἐδίδαξαν αὐτοὺς τὴν ἧσσαν ἀγαπῆσαι πρὸ τῆς ἐλευθερίας, οὐ τοσοῦτον τῇ δυνάμει λείπεσθαι δοκοῦντας, ὅσον ἡττᾶσθαι τῆς ἀρετῆς ὁμολογοῦντας. ἀποδούσης δὲ τῆς βουλῆς πάλιν ἐκείνῳ τὸ κρῖναι καὶ διαιτῆσαι ταῦτα, χρήματα λαβὼν παρὰ τῶν Φαλερίων, καὶ φιλίαν πρὸς ἅπαντας Φαλίσκους θέμενος, ἀνεχώρησεν.

Οἱ δὲ στρατιῶται διαρπάσειν προσδοκήσαντες τοὺς Φαλερίους, ὡς ἐπανῆλθον εἰς Ῥώμην κεναῖς χερσί, κατηγόρουν τοῦ Καμίλλου πρὸς τοὺς ἄλλους πολίτας ὡς μισοδήμου, καὶ φθονήσαντος ὠφεληθῆναι τοῖς πένησιν. ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ τοῦ διοικισμοῦ νόμον οἱ δήμαρχοι προθέντες, αὖθις ἐπὶ τὴν ψῆφον ἐκάλουν τὸν δῆμον, ὁ δὲ Κάμιλλος οὐδεμιᾶς ἀπεχθείας οὐδὲ παρρησίας φεισάμενος, ἐφάνη μάλιστα πάντων ἐκβιαζόμενος τοὺς πολλούς, τὸν μὲν νόμον ἄκοντες ἀπεψηφίσαντο, τὸν δὲ Κάμιλλον δι' ὀργῆς εἶχον. ὥστε καὶ δυστυχήσαντος αὐτοῦ περὶ τὰ οἰκεῖα, τῶν γὰρ υἱῶν ἀπέβαλε τὸν ἕτερον νοσήσαντα, μηδὲν οἴκτῳ τῆς ὀργῆς ὑφέσθαι. καίτοι τὸ πάθος οὐ μετρίως ἤνεγκεν ἥμερος ἀνὴρ καὶ χρηστός, ἀλλὰ τῆς δίκης προγεγραμμένης αὐτῷ, διὰ πένθος οἰκουρεῖ, καθειργμένος μετὰ τῶν γυναικῶν.

Ὁ

rantes, Camillumque ſervatorem & Deum & patrem appellantes. Unde admiratio non parentibus tantum puerorum, ſed & aliis civibus, qui huic ſpectaculo intererant, deſideriumque ſubiit Camilli juſtitiæ: ac concione advocata, legatos, qui ſe ſuaque Camillo dederent, miſerunt. Remiſit Camillus eos Romam: in ſenatum adducti ita verba fecerunt, Victoria, Romani, juſtitiam ducentes priorem, docuiſtis nos parere ut malimus vobis quam liberi eſſe: qui non tantum armis nos judicamus inferiores, quam cedere fatemur vobis virtute. Camillus, quum permitterent judicio & arbitrio ejus invicem de conditionibus pacis patres, ſtipendio a Faliſcis accepto, ac fœdere cum gente Faliſca icto, exercitum reduxit.

At milites qui prædam Faleriorum ſpe conceperant, ut Romam reverſi inanes ſunt, apud reliquos cives velut hoſtem plebis accuſarunt Camillum, qui prædam invidit egenis. Quum vero tribuni plebis legem de habitandis Veiis de integro rogantes, populum ad ſuffragia vocarent, Camilluſque nullius inimicitiis, nullius audaciæ parcens præter cæteros premeret plebem, rogationem antiquarunt inviti: ſed omne odium converterunt in Camillum. adeo ut ne familiari quidem luctu ejus (ex morbo enim fuerat altero de filiis orbatus) leniti, quicquam de odio remitterent; quamvis hoc vulnus, vir lenis & placidus, ferebat acerbe. Sed quum eſſet ei dies dicta, luctus eum domi cum mulieribus cohibuit.

Accu-

Ὁ μὲν οὖν κατήγορος ἦν Λεύκιος Ἀπουλήϊος, ἔγκλημα δὲ κλοπῆς περὶ τὰ Τυρρηνικὰ χρήματα· καὶ δῆτα καὶ θύραι τινὲς ἐλέγοντο χαλκαῖ παρ' αὐτῷ φανῆναι τῶν αἰχμαλώτων. ὁ δὲ δῆμος ἐξηρέθιστο, καὶ δῆλος ἦν ἐκ πάσης προφάσεως κατ' αὐτοῦ τῇ ψήφῳ χρησόμενος. οὕτως οὖν συναγαγὼν τούς τε φίλους καὶ τοὺς συστρατευσαμένους καὶ τοὺς συνάρξαντας οὐκ ὀλίγους τὸ πλῆθος ὄντας, ἐδεῖτο μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἀδίκως ἐπ' αἰτίαις πονηραῖς ὀφλόντα, καὶ καταγέλαστον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν γενόμενον. ἐπεὶ δ' οἱ φίλοι βουλευσάμενοι καὶ διαλεχθέντες ἑαυτοῖς, ἀπεκρίναντο, πρὸς μὲν τὴν κρίσιν αὐτῷ μηδὲν οἴεσθαι βοηθήσειν, τὴν δὲ ζημίαν ὀφείλοντι συνεκτίσειν, οὐκ ἀνασχόμενος, ἔγνω μεταστῆναι καὶ φυγεῖν ἐκ τῆς πόλεως πρὸς ὀργήν. ἀσπασάμενος οὖν τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱόν, ἀπὸ τῆς οἰκίας προῄει σιωπῇ μέχρι τῆς πύλης· ἐκεῖ δὲ ἐπέστη, καὶ μεταστραφεὶς ὀπίσω, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας πρὸς τὸ Καπιτώλιον, ἐπηύξατο τοῖς Θεοῖς, εἰ μὴ δικαίως, ἀλλ' ὕβρει δήμου καὶ φθόνῳ προπηλακιζόμενος ἐκπίπτει, ταχὺ Ῥωμαίους μετανοῆσαι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεροὺς γενέσθαι δεομένους αὐτοῦ, καὶ ποθοῦντας Κάμιλλον.

Ἐκεῖνος μὲν οὖν, ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεύς, ἀρὰς θέμενος ἐπὶ τοὺς πολίτας καὶ μεταστάς, ὦφλε τὴν δίκην ἐρήμην, τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρείων ἔχουσαν· ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρείου λόγον, χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. ἀσσάρειον γὰρ ἦν τὸ ἀργύρεον, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάρειον. οὐδεὶς δ' ἐστὶ Ῥωμαίων ὃς οὐ νομίζει τὰς εὐχὰς τοῦ Καμίλλου ταχὺ τὴν δίκην ὑπολαβεῖν, καὶ γενέσθαι αὐτῷ τιμωρείαν τῆς ἀδικίας, οὐχ ἡδεῖαν, ἀλλ'

Accusator L. Apuleius crimen interversæ prædæ Hetruscæ intentavit, adeoque valvas quasdam ex manubiis æreas domi ejus jactabatur apparere. Erat plebs in eum incensa, & manifeste videbatur quavis ratione eum damnatura. Ille igitur accitos amicos, commilitones & collegas, quorum erat ingens turba, rogavit ne se iniqua damnatione ob turpem innoxam circumveniendum proderent, vel illudendum inimicis. A quibus, re inter ipsos deliberata & communicata, responsum tulit, non posse se illum, ut videbatur, judicio eripere, collaturos quanti damnatus esset. Ita ille tantæ impatiens indignitatis, statuit, consultrice ira, cedere urbe, & in exilium abire. Salutata igitur uxore & filio, domo tacitus ad portam progressus, ibi substitit, conversusque, supinas manus tetendit ad Capitolium, ac Deos precatus est, si innoxius populi injuria & invidia oppressus in exilium pelleretur, ut primo quoque tempore populum Romanum pœniteret, omnibusque mortalibus constaret ope eum egere sua & desiderare Camillum.

Ille quum diras civibus, ut Achilles, imprecatus solum vertisset, indicta causa damnato lis ei est assium quindecim millibus æstimata. Quæ summa ad argenti rationem relata efficit mille & quingentas drachmas. As enim erat pecuniola, unde decussis denarius vocabatur. Camilli vota haud est quisquam Romanorum quin insequutam confestim pœnam arbitretur, ac vindictam violato non gratam quidem,

ἀλλ' ἀναρὰν, ὀνομαστὴν δὲ καὶ περιβόητον. τοσαύτη περιῆλθε τὴν Ῥώμην νέμεσις, καὶ τοσοῦτον ἄγων φθόνον καὶ κίνδυνον ἅμα μετ' αἰσχύνης ἐφάνη καιρὸς ἐπὶ τὴν πόλιν, εἴτε τῆς τύχης οὕτω συνελθούσης, εἴτε καὶ Θεῶν τινος ἔργον ἐστὶ μὴ παραμελεῖν ἀρετῆς ἀχαριστουμένης.

Πρῶτον μὲν οὖν ἔδοξε σημεῖον γεγονέναι κακοῦ μεγάλου προσιόντος, Ἰουλίου μηνὸς ἡ τοῦ τιμητοῦ τελευτή. μάλιστα γὰρ δὴ Ῥωμαῖοι σέβονται καὶ νομίζουσιν ἱερὰν τὴν τῶν τιμητῶν ἀρχήν. δεύτερον δὲ, πρὸ τῆς Καμίλλου φυγῆς, ἀνὴρ οὐκ ἐπιφανὴς μὲν, οὐδὲ ἐκ τῆς βουλῆς, ἐπιεικὴς δὲ καὶ χρηστὸς εἶναι δοκῶν, Μάρκος Κεδίκιος, ἀνήνεγκε πρὸς τοὺς χιλιάρχους πρᾶγμα φροντίδος ἄξιον. ἔφη γὰρ ἐν τῇ παρῳχημένῃ νυκτὶ καθ' ὁδὸν βαδίζων ἣν καινὴν ὀνομάζουσι, κληθεὶς ὑπό τινος φθεγξαμένου μέγα στραφῆναι, καὶ θεάσασθαι μὲν οὐδένα, φωνῆς δὲ μείζονος ἢ κατ' ἀνθρωπίνην ἀκοῦσαι, τάδε λεγούσης, Ἄγε Μάρκε Κεδίκιε, λέγε πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἕωθεν ἐλθὼν, ὀλίγου χρόνου Γαλάτας προσδέχεσθαι. ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ χιλίαρχοι, γέλωτα καὶ παιδιὰν ἐποιοῦντο. καὶ μετ' ὀλίγον συνέβη τὰ περὶ Κάμιλλον.

Οἱ δὲ Γαλάται τοῦ Κελτικοῦ γένους ὄντες, ὑπὸ πλήθους λέγονται τὴν αὑτῶν ἀπολιπόντες, οὐκ οὖσαν αὐτάρκη τρέφειν ἅπαντας, ἐπὶ ζήτησιν ἑτέρας ὁρμῆσαι. μυριάδες δὲ πολλαὶ γενόμεναι νέων ἀνδρῶν καὶ μαχίμων, ἔτι δὲ πλείους παίδων καὶ γυναικῶν ἄγοντες, οἱ μὲν ἐπὶ τὸν βόρειον Ὠκεανὸν, ὑπερβαλόντες τὰ Ῥιπαῖα ὄρη, ῥυῆναι, καὶ τὰ ἔσχατα τῆς Εὐρώπης κατασχεῖν, οἱ δὲ μεταξὺ Πυρρήνης ὄρους καὶ τῶν Ἄλπεων ἱδρυθέντες, ἐγγὺς

Σεν-

dem, immo acerbam, nobilem tamen contigisse & memorabilem. Tanta Deorum ira urbi Romanæ incubuit, tantamque ea tempestas secum trahens cladem & discrimen una cum ignominia urbem oppressit, sive casu in id temporis incidit, sive munus Deus hoc curat quispiam, ne impune opprimatur virtus ingratitudine.

Primum mense Julio mors censoris magnum malum denuntiare in foribus esse visum est. Populus enim Romanus supra modum dignitatem censoriam veneratur & sacram habet. Alterum prodigium fuit: Vir quidam ante Camilli exilium, obscurus ille quidem nec senatorii ordinis, probus tamen & frugi certe habitus, tribunis M. Cedicius renuntiavit rem non sane contemnendam. Superiore, ait, nocte ex via quam novam vocant, quum a quopiam alta voce appellaretur, respexisse se, nec vidisse tamen quenquam: audivisse autem humana majorem vocem, quæ sibi hoc diceret, Age M. Cedici, tribunis militaribus nuntia summo mane, intra paucos dies Gallos exspectent. Tribuni hæc relata spreverunt & habuerunt pro ludo: paulo post insequuta est Camilli calamitas.

Galli ex Celtis oriundi patria, quum alere prægravante multitudine omnes non valeret, ad novas quærendas sedes feruntur profecti. Multa millia juvenum bellicosorum erant, quos longe major sequebatur puerorum & mulierum caterva. Horum pars Oceani Septentrionalis Riphæis superatis montibus oras invasisse, atque ultima insedisse Europæ; pars inter Pyrenæos montes & Alpes sedibus positis

Σεννώνων καὶ Κελτορίων κατοικεῖν χρόνον πολύν. ὀψὲ δ' οἴνου γευσάμενοι τότε πρῶτον ἐξ Ἰταλίας διακομισθέντος, οὕτως ἄρα θαυμάσαι τὸ πόμα, καὶ πρὸς τὴν καινότητα τῆς ἡδονῆς ἔκφρονες γενέσθαι πάντες, ὥστε ἀράμενοι τὰ ὅπλα, καὶ γονέας ἀναλαβόντες, ἐπὶ τὰς Ἄλπεις φέρεσθαι, καὶ ζητεῖν ἐκείνην τὴν γῆν ἣ τοιοῦτον καρπὸν ἀναδίδωσι, τὴν δ' ἄλλην ἄκαρπον ἡγεῖσθαι καὶ ἀνήμερον. ὁ δ' εἰσαγαγὼν τὸν οἶνον παρ' αὐτοὺς, καὶ παροξύνας ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν μάλιστα καὶ πρῶτος, Ἄρρων λέγεται γενέσθαι Τυρρηνὸς, ἀνὴρ ἐπιφανὴς, καὶ φύσει μὲν οὐ πονηρὸς, συμφορᾷ δὲ τοιαύτῃ χρησάμενος. ἦν ἐπίτροπος παιδὸς ὀρφανοῦ, πλούτῳ τε πρώτου τῶν πολιτῶν, καὶ θαυμαζομένου κατ' εἶδος, ὄνομα Λουκούμωνος. οὗτος ἐκ νέου παρὰ τῷ Ἄρρωνι δίαιταν εἶχε, καὶ μειράκιον ὢν, οὐκ ἀπέλειπε τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ προσεποιεῖτο χαίρειν συνὼν ἐκείνῳ. καὶ πολὺν χρόνον ἐλάνθανε διεφθαρκὼς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης· ἤδη δὲ πόρρω τοῦ πάθους ἀμφοτέρων γεγονότων, καὶ μήτ' ἀφεῖναι τὴν ἐπιθυμίαν, μήτε κρύπτειν ἔτι δυναμένων, ὁ μὲν νεανίσκος ἐπεχείρει φανερῶς ἀποσπάσας ἔχειν τὴν ἄνθρωπον· ὁ δ' ἀνὴρ ἐπὶ δίκην ἐλθὼν, καὶ κρατούμενος πλήθει φίλων καὶ χρημάτων καὶ δαπάναις ὑπὸ τοῦ Λουκούμωνος, ἐξέλιπε τὴν ἑαυτοῦ· καὶ πυθόμενος τὰ τῶν Γαλατῶν, ἧκεν ὡς αὐτοὺς, καὶ καθηγήσατο τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν στρατείας.

Οἱ δ' ἐμβαλόντες, εὐθὺς ἐκράτουν τῆς χώρας ὅσην τὸ παλαιὸν οἱ Τυρρηνοὶ κατεῖχον, ἀπὸ τῶν Ἄλπεων ἐπ' ἀμφοτέρας καθήκουσαν τὰς θαλάσσας· ὡς καὶ τοὔνομα μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ. τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν, Ἀδρί-

αν

sitis juxta Senones & Celtorios diu habitavisse. Post vino, quod tum allatum primum ex Italia fuit, gustato, ita fuisse potus nova voluptate capti & insaniisse omnes, ut arreptis armis, parentes secum trahentes, illico contenderent versus Alpes, regionem illam, quæ tam præstantem fructum gigneret, quæsituri, præ qua sterilem aliam immitemque ducebant. Invexisse in Galliam vinum atque illiciendæ in Italiam gentis autor & dux Aruns dicitur fuisse, clarus in Hetruria vir, neque sua sponte improbus, sed ex casu hujuscemodi. Tutor erat pupilli inter populares opulentissimi & formæ præcellentis, Lucumoni erat nomen. Hic apud Aruntem a puero educatus fuerat, & jam adolescens etiam non reliquit domum ejus, ipsius duci se consuetudine simulans. Diu Aruntis uxorem ignari corruperat, & ipse corruptus fuerat ab ea. Quum eo amor utriusque exarsisset, ut neque compescere libidinem, neque possent occultam habere, adolescens propalam per vim auferre mulierem aggreditur. Vir jure pœnas persequutus, postquam eum frequentia amicorum, magnitudine pecuniæ sumptibusque superavit Lucumo, ex patria profugit, atque ad Gallos, de quorum viribus audierat, contulit se, illisque se in Italiam expeditionis ducem præstitit.

Galli primo impetu totam occupant regionem, quam Tusci ab Alpibus ad superum inferumque mare pertinentem quondam tenuerant. Nomina sunt argumento; quorum alterum ad Aquilonem vergens Adriaticum,

ἂν καλοῦσιν, ἀπὸ Τυρρηνικῆς πόλεως Ἀδρίας· τὴν δὲ πρὸς νότον κεκλιμένην, ἄντικρυς Τυρρηνικὸν πέλαγος. πᾶσα δ' ἐστὶ δενδρόφυτος αὕτη, καὶ θρέμμασιν εὔβοτος, καὶ κατάρρυτος ποταμοῖς. καὶ πόλεις εἶχεν ὀκτωκαίδεκα καλὰς καὶ μεγάλας, καὶ κατεσκευασμένας πρός τε χρηματισμὸν ἐργατικῶς, καὶ πρὸς δίαιταν πανηγυρικῶς, ἃς οἱ Γαλάται, τοὺς Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες, αὐτοὶ κατέχον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπράχθη συχνῷ τινι χρόνῳ πρότερον.

Οἱ δὲ Γαλάται πρὸς πόλιν τότε Τυρρηνίδα Κλούσιον στρατεύσαντες, ἐπολιόρκουν. οἱ δὲ Κλουσῖνοι καταφυγόντες ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ᾐτήσαντο πρέσβεις παρ' αὐτῶν καὶ γράμματα πρὸς τοὺς βαρβάρους. ἐπέμφθησαν δὲ τοῦ Φαβίων γένους τρεῖς ἄνδρες εὐδόκιμοι, καὶ τιμὰς μεγάλας ἔχοντες ἐν τῇ πόλει. τούτους ἐδέξαντο μὲν οἱ Γαλάται φιλανθρώπως, διὰ τὸ τῆς Ῥώμης ὄνομα, καὶ παυσάμενοι τῆς πρὸς τὰ τείχη μάχης εἰς λόγους συνῆλθον. πυνθανομένων δ' αὐτῶν ὅ, τι παθόντες ὑπὸ Κλουσίνων ἥκοιεν ἐπὶ τὴν πόλιν, γελάσας ὁ βασιλεὺς τῶν Γαλατῶν Βρέννος, Ἀδικοῦσιν ἡμᾶς, ἔφη, Κλουσῖνοι, γῆν καὶ χώραν ὀλίγην μὲν γεωργεῖν δυνάμενοι, πολλὴν δὲ κατέχειν ἀξιοῦντες, καὶ μὴ μεταδιδόντες ἡμῖν ξένοις οὖσι καὶ πολλοῖς καὶ πένησι. ταῦτα δ' ἄρα καὶ ὑμᾶς ἠδίκουν, ὦ Ῥωμαῖοι, πρότερον μὲν Ἀλβανοὶ καὶ Φιδηνᾶται, καὶ Ἀρδεᾶται, νῦν δὲ Οὐήϊοι καὶ Καπηνᾶται, καὶ πολλοὶ Φαλίσκων καὶ Οὐολούσκων· ἐφ' οὓς ὑμεῖς στρατεύοντες, ἐὰν μὴ μεταδῶσιν ὑμῖν τῶν ἀγαθῶν, ἀνδραποδίζεσθε, λεηλατεῖτε, καὶ κατασκάπτετε τὰς πόλεις αὐτῶν· οὐδὲν οὐδὲ ὑμεῖς γε δεινὸν οὐδὲ ἄδικον ποιοῦντες, ἀλλὰ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν νόμων ἀκολουθοῦντες,

ὅς

cum, ab Adria Tuſcorum colonia: alterum ad meridiem ſpectans communi vocabulo gentis Tuſcum vocant. Arboribus regio omnis paſcuiſque læta atque irrigua fluminibus, incolebatur urbibus octodenis inſignibus & amplis, ad rem induſtria parandam & ad luxum vitæ pariter comparatis. Has Galli ejectis Tuſcis, ipſi inſedere. Verum hæc multo ante acta fuerant.

Galli Cluſium tunc Hetruriæ urbem admotis copiis obſidebant. Cluſini, opem ab Romanis poſtulantes, oraverunt ut legatos cum literis ad barbaros mitterent. Miſſi fuere tres ex Fabiorum gente clari viri, qui magnos honores adepti Romæ erant. His Galli, propter nomen urbis, comiter exceptis, omiſſa oppugnatione in colloquium convenere. Quâ Cluſinorum injuria incitati urbem eorum oppugnatum veniſſent, Romanis quærentibus, ridens Gallorum rex Brennus, Injuria afficiunt, inquit, nos Cluſini, qui ſolum & agrum latius affectent poſſidere quam colere valeant, neque advenis nobis, qui multi ſumus & inopes, partem concedant. Eadem in vos injuria, Romani, primum Albanorum, Fidenatium & Ardeatium fuit: nunc Veientium, Capenatium, multorumque Faliſci & Volſci nominis. Quibus, niſi parte fortunarum ſuarum vobis cedant, arma infertis, in ſervitutem eos abripitis, populamini, urbes excinditis. Neque factum id veſtrum tamen iniquum ſit, ſed antiquiſſimam legem ſequimini ducem, quæ fortibus

ὃς τοῖς κρείττοσι τὰ τῶν ἡττόνων δίδωσιν, ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τελευτῶν εἰς τὰ θηρία. καὶ γὰρ τούτοις ἐκ φύσεως ἔνεστι, τὸ ζητεῖν πλέον ἔχειν τὰ κρείττονα τῶν ὑποδεεστέρων. Κλουσίνους δὲ παύσασθε πολιορκουμένους οἰκτείροντες, ὡς μὴ καὶ Γαλάτας διδάξητε χρηστοὺς καὶ φιλοικτίρμονας γίνεσθαι τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων ἀδικουμένοις. ἐκ τούτων τῶν λόγων ἔγνωσαν οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Βρέννον ἀσυμβάτως ἔχοντα· καὶ παρελθόντες εἰς τὸ Κλούσιον, ἐθάῤῥυνον καὶ παρώρμων τοὺς ἄνδρας ἐπεξελθεῖν τοῖς βαρβάροις μετ' αὐτῶν, εἴτε τὴν ἐκείνων ἀλκὴν καταμαθεῖν, εἴτε τὴν ἑαυτῶν ἐπιδείξασθαι θέλοντες. ἐκδρομῆς δὲ τῶν Κλουσίνων καὶ μάχης παρὰ τὰ τείχη γινομένης, εἷς τῶν Φαβίων, Κόϊντος Ἄμβουστος, ἵππον ἔχων ἐξήλασεν ἀντίος ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ καλῷ, Γαλάτῃ, πολὺ προϊππεύοντι τῶν ἄλλων, ἀγνοηθεὶς ἐν ἀρχῇ διὰ τὸ τὴν σύνοδον ὀξεῖαν γενέσθαι, καὶ τὰ ὅπλα περιλάμποντα τὴν ὄψιν ἀποκρύπτειν. ὡς δ' ἐπικρατήσας τῇ μάχῃ, καὶ καταβαλὼν ἐσκύλευε τὸν ἄνδρα, γνωρίσας ὁ Βρέννος αὐτὸν, ἐπεμαρτύρετο Θεοὺς, ὡς παρὰ τὰ κοινὰ καὶ νενομισμένα πᾶσιν ἀνθρώποις ὅσια καὶ δίκαια, πρεσβευτοῦ μὲν ἥκοντος, πολέμια δὲ εἰργασμένου. καταπαύσας δὲ τὴν μάχην αὐτίκα, Κλουσίνους μὲν εἴα χαίρειν, ἐπὶ δὲ τὴν Ῥώμην τὸν στρατὸν ἦγε. οὐ βουλόμενος δὲ δόξαι τὴν ἀδικίαν αὐτοῖς ὥσπερ ἀσμένοις γεγονέναι καὶ δεομένοις προφάσεως, ἔπεμψεν ἐξαιτῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ τὸν ἄνδρα· καὶ προῆγε ἅμα σχολαίως.

Ἐν δὲ Ῥώμῃ τῆς βουλῆς συναχθείσης, ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν Φαβίων κατηγόρουν, καὶ τῶν ἱερέων οἱ καλούμενοι Φητιαλεῖς ἐνῆγον, ἐπιθειάζοντες καὶ κε-

λεύοντες

tibus res largitur debiliorum, ducta a Deo & ad bruta usque terminans. Nam & his natura comparatum est, ut præferri imbecillioribus velint præstantiora. Desinite igitur Clusinorum deplorare obsidionem, ne exemplo Galli vestro incipiant oppressorum a vobis misereri. Ex hoc responso abhorrere Brennum cognoscunt Romani a quietis consiliis. Itaque Clusium ingressi, cives confirmant & acuunt, ut una secum faciant in barbaros impressionem, sive quo experirentur illorum virtutem, sive ut ostenderent suam. Quum eruptione pro muris Clusini pugnarent, unus ex Fabiis Q. Ambustus evectus extra aciem equo, Gallo cuidam proceritate corporis & forma insigni, qui longe ante signa extulerat se, occurrit ignotus initio, quod esset concursus acris, & perstringerent aciem hostium fulgentia ejus arma. Ut barbarum superavit pugna occiditque, legentem spolia agnovit Brennus: ille Deos testatus violato jure gentium, quod apud omnes sit nationes sacrosanctum, eum, qui ut legatus venisset, hostilia perpetrasse, extemplo signo receptui dato solutaque Clusinorum obsidione, Romam agmen convertit. Ne tamen cupientibus quisquam existimaret oblatam injuriam & quæsitam occasionem, legatos præmittit, qui Fabium sibi ad supplicium postularent dedi: simul lento agmine progreditur.

Romæ senatu convocato, cum alii multi Fabios increpaverunt, tum sacerdotes qui appellantur Feciales, religione senatui injecta, jus-

κελεύοντες τῶν πεπραγμένων ἄγος τὴν σύγκλητον εἰς ἕνα τὸν αἴτιον τρέψασαν, ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἀφοσιώσασθαι. τούτους τοὺς Φιτιαλεῖς Πομπίλιος Νουμᾶς, βασιλέων ἡμερώτατος γενόμενος καὶ δικαιότατος κατέστησε, φύλακας μὲν εἰρήνης, ἐπιγνώμονας δὲ καὶ βεβαιωτὰς αἰτιῶν αἳ σὺν δίκῃ πόλεμον ἐπισυνάπτουσι. τῆς δὲ βουλῆς ἐπὶ τὸν δῆμον ἀνενεγκαμένης τὸ πρᾶγμα, καὶ τῶν ἱερέων ὅμοια τοῦ Φαβίου κατηγορούντων, οὕτω περιΰβρισαν αὐτῶν οἱ πολλοὶ τὰ θεῖα καὶ κατεγέλασαν, ὥστε καὶ χιλίαρχον ἀποδεῖξαι τὸν Φάβιον μετὰ τῶν ἀδελφῶν. οἱ δὲ Κελτοὶ πυθόμενοι ταῦτα, καὶ χαλεπῶς φέροντες, οὐδὲν ἐμποδὼν ἐποιοῦντο τῆς σπουδῆς, ἀλλ' ἐχώρουν παντὶ τάχει, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς παρασκευῆς, καὶ βίαν καὶ θυμὸν, ἐκπεπληγμένων τῶν διὰ μέσου, καὶ τὴν χώραν ἀπολωλέναι πᾶσαν ἤδη, καὶ τὰς πόλεις εὐθὺς ἀπολεῖσθαι δοκούντων, παρ' ἐλπίδας οὐδὲν ἠδίκουν, οὐδ' ἐλάμβανον ἐκ τῶν ἀγρῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις ἐγγὺς παρεξιόντες, ἐβόων ἐπὶ τὴν Ῥώμην πορεύεσθαι, καὶ μόνοις πολεμεῖν Ῥωμαίοις, τοὺς δ' ἄλλους φίλους ἐπίστασθαι. τοιαύτῃ δὲ χρωμένων ὁρμῇ τῶν βαρβάρων, ἐξῆγον οἱ χιλίαρχοι τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, πλήθει μὲν οὐκ ἐνδεεῖς, ἐγίνοντο γὰρ ὁπλῖται τετρακισμυρίων οὐκ ἐλάσσους, ἀνασκήτους δὲ ἔχοντες τοὺς πολλοὺς, καὶ τότε πρῶτον ἁπτομένους ὅπλων. ἔτι δ' ἐξημέλητο τὰ τῶν Θεῶν αὐτοῖς, οὔτε καλλιερήσασιν, οὔτε μάντεις ἃ πρὸ κινδύνου καὶ μάχης εἰκὸς ἦν ἐρομένοις. οὐδενὸς δὲ ἧττον ἐτάραττεν ἡ πολυαρχία τὰ πραττόμενα. καίτοι πρότερόν γε καὶ πρὸς ἐλάττονας ἀγῶνας εἵλοντο πολλάκις μονάρχους, οὓς δικτάτωρας καλοῦσιν·

jusserunt ut injuriæ piaculo in unum autorem verso id amoliantur a reliquis. Hos Feciales quietissimus & justissimus rex instituit Numa pacis custodes, cognitores arbitrosque causarum belli indicendi legitimarum. Eam disceptationem rejecit senatus ad populum. Ubi Fecialibus non secus quam in curia Fabium criminantibus, tantum cepit plebem religionis ludibrium & contemptus, ut etiam Fabium illum cum fratribus tribunum militum designarent. His Galli intellectis inflammati, præcisa omni mora citato pergunt agmine. Ad quorum multitudinem & rutilantia arma, vimque & ferociam trepidos, qui viam accolebant, & prorsus jam de agris & urbibus esse arbitrabantur actum, præter spem nihil læserunt, neque ex agris quicquam rapuerunt, sed urbes ex propinquo quum prætereirent, Romam contendere se, solos petere clamabant Romanos, reliquos pro amicis habere. Ita signa Gallis ad urbem rapientibus, tribuni legiones non pauciores numero (erant enim non infra quadraginta millia peditum) verum tumultuarios plerosque ac armis insuetos ad bellum educunt, Deorum immemores, non litato, non auspicato, quomodo expetere pacem Deum ante certamen & pugnam conveniebat. Nec ducum multitudo mediocrem confusionem rebus gerendis attulit: quum tamen ad minora bella multis tempestatibus ante unicum ducem, quem dictatorem vocant, elegissent; haud nescii quanti dubiis tem-

λύουσιν· οὐκ ἀγνοοῦντες ὅσον ἐστὶν εἰς ἐπισφαλῆ καιρὸν ὄφελος, μιᾷ χρωμένους γνώμῃ πρὸς ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν, ἐν χερσὶ τὴν δίκην ἔχουσαν, εὐτακτεῖν. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Κάμιλλος ἀγνωμονηθεὶς ἔβλαψε τὰ πράγματα, τοῦ μὴ πρὸς χάριν μηδὲ κολακεύοντας ἄρχειν, φοβεροῦ γενομένου. προελθόντες οὖν ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους ἐννενήκοντα, παρὰ τὸν Ἀλίαν ποταμὸν ηὐλίσθησαν, οὐ πόῤῥω τοῦ στρατοπέδου τῷ Θύμβριδι συμφερόμενον. ἐνταῦθα δὲ τῶν βαρβάρων ἐπιφανέντων, αἰσχρῶς ἀγωνισάμενοι δι᾽ ἀταξίαν, ἐτράποντο. καὶ τὸ μὲν ἀριστερὸν κέρας εὐθὺς ἐμβαλόντες εἰς τὸν ποταμὸν οἱ Κελτοὶ διέφθειραν· τὸ δὲ δεξιὸν ὑπεκκλῖναν τὴν ἐπιφορὰν ἐκ τοῦ πεδίου πρὸς τοὺς λόφους, ἧττον ἐξεκόπη· καὶ διεξέπεσον ἀπὸ τούτων εἰς τὴν πόλιν οἱ πολλοί. τοῖς δ᾽ ἄλλοις, ὅσοι τῶν πολεμίων ἀπειπόντων πρὸς τὸν φόνον ἐσώθησαν, εἰς Βηΐους αἱ φυγαὶ διὰ νυκτὸς ἦσαν, ὡς τῆς Ῥώμης οἰχομένης, καὶ τῶν ἐκεῖ πάντων ἀπολωλότων.

Ἐγένετο δ᾽ ἡ μάχη περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ τὴν πανσέληνον. ᾗ καὶ πρότερον ἡμέρᾳ μέγα πάθος συνέβη τὸ περὶ τοὺς Φαβίους· τριακόσιοι γὰρ ἐκ τοῦ γένους ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἀνῃρέθησαν. ἐκράτησε δὲ, τὴν ἡμέραν ἀπὸ τῆς δευτέρας ἥττης, Ἀλιάδα μέχρι νῦν καλεῖσθαι διὰ τὸν ποταμόν. περὶ δ᾽ ἡμερῶν ἀποφράδων, εἴτε χρὴ τίθεσθαί τινας, εἴτε μὴ, ὀρθῶς Ἡράκλειτος ἐπέπληξεν Ἡσιόδῳ, τὰς μὲν, ἀγαθὰς ποιουμένῳ, τὰς δὲ, φαύλας, ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἡμέρας ἁπάσης μίαν οὖσαν, ἑτέρωθι διηπόρηται. τῇ δ᾽ ὑποκειμένῃ γραφῇ τὸ μνημονεῦσαι παραδειγμάτων ὀλίγων, ἴσως ἂν ἁρμόσειε. τοῦτο μὲν, Βοιωτοῖς, Ἱπποδρομίου μηνὸς, ὡς δ᾽ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν, Ἑκατομβαιῶνος

temporibus intersit uno animo cives libero imperio, a quo provocatio non sit, dicto esse audientes. Maximo etiam detrimento reipub. Camilli indigna fuit fortuna, quum nisi populariter & ambitiose imperares, periculum propositum haberes. Profecti ab urbe ad undecimum lapidem castra metati sunt prope flumen Alliam, qui haud procul inde immiscet se Tyberi. Quo loco cum obviis barbaris fœde (quia incondita omnia apud ipsos erant) præliati in fugam vertuntur. Sinistrum cornu in amnem actum illico hostes oppressere: in dextro, quod ex campis sensim impressionem declinans ad colles successerat, minus damni acceptum: horum plerique inde incolumes evaserunt ad urbem. Alios, quos hostis satietate cædis reliquos fecerat, quasi Roma desperata, ac complorata repub. fuga nocte detulit Veios.

Pugnatum plenilunio circa solstitium æstivale: quo die ante quoque ingens Fabiorum accepta clades fuerat, ex qua familia trecenti fuerant ab Hetruscis cæsi. Cæterum obtinuit ut dies ex clade posteriore ad nostrum usque ævum a flumine Alliensis vocaretur. De diebus nefastis, habendi necne sint, & an recte Hesiodum, qui alios bonos, alios constituit malos, quasi ignoret cujusvis diei eandem esse naturam, reprehenderit Heraclitus, alio loco disputavimus. At ab hac commentatione non sit fortassis alienum pauca referre exempla. Hinc Bœotiis in diem quintum mensis Hippodromii, quem appellant Athenienses Hecatombœona,

νου ἱσταμένου πέμπτῃ, δύο λαβεῖν συνέβη νίκας ἐπιφανεστάτας, αἷς τοὺς Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν, τήν τε περὶ Λεῦκτρα, καὶ τὴν ἐπὶ Γεραιστῷ, ταύτης πρότερον ἔτεσι πλείοσιν ἢ διακοσίοις, ὅτε Λατταμύαν καὶ Θεσσαλοὺς ἐνίκησαν. τοῦτο δ' αὖ πάλιν, Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι, τρίτῃ δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, πέμπτῃ δὲ φθίνοντος, ἐν Ἀρβήλοις. Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον· ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας, ὡς ἡμῖν ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν ἀποδέδεικται. ἤνεγκε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας. καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε. καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. ἀνάπαλιν δ' ὁ Μεταγειτνιών, ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμον καλοῦσιν, Ἕλλησιν οὐκ εὐμενὴς γέγονε. τούτου γὰρ τοῦ μηνὸς ἑβδόμῃ, καὶ τὴν ἐν Κρανῶνι μάχην ἡττηθέντες ὑπ' Ἀντιπάτρου τελέως ἀπώλοντο, καὶ πρότερον ἐν Χαιρωνείᾳ μαχόμενοι πρὸς Φίλιππον ἠτύχησαν. τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας ταύτης ἐν τῷ Μεταγειτνιῶνι κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν, οἱ μετ' Ἀρχιδάμου, διαβάντες εἰς Ἰταλίαν, ὑπὸ τῶν ἐκεῖ βαρβάρων διεφθάρησαν. Καρχηδόνιοι δὲ τὴν ἐννάτην φθίνοντος, ὡς τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα τῶν ἀτυχημάτων αὐτοῖς ἀεὶ φέρουσαν παραφυλάττουσιν. οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι περὶ τὸν τῶν μυστηρίων καιρὸν αὖθις Θῆβαί τε κατεσκά-

tombæona, victorias duas clarissimas, quibus libertatem Græciæ asseruerant, contulit fortuna, Leuctricam, & alteram, ante annis amplius ducentis, ad Geræston, quum Lattamyam & Thessalos fuderunt. Hinc Persæ mensis Boedromionis die sexto in Marathone, tertio ad Platæas, eodemque ad Mycalen sunt a Græcis cæsi, vigesimo sexto in Arbelis. Apud Naxum navali victoria circa plenilunium mense Boedromione Athenienses sunt, duce Chabria, potiti. Ad Salamina vigesimo, ut in commentario de diebus ostendimus. Mensis quoque Thargelion fuit manifeste barbaris infaustus. Alexander enim regis præfectos hoc mense superavit ad Granicum. Ejusdem mensis die vigesimo quarto Carthaginenses in Sicilia cæsi a Timoleonte sunt: quo die ejusdem mensis & Troja putatur capta, ut Ephorus, Callisthenes, Damastes & Phylarchus autores sunt. E diverso, mensis Metagitnion, quem vocant Bœotii Panemum, parum fuit Græcis secundus. Hujus enim mensis die septimo signis collatis ad Cranona Antipater victos funditus evertit, & fuerant ante juxta Chæroneam afflicti a Philippo. Hoc eodem die, eodem mense & anno, Archidami copiæ, quas transportaverat in Italiam, a barbaris incolis cæsæ sunt. Carthaginenses diem vigesimum secundum, ut qui calamitates ipsis plurimas & maximas ubique attulerit, habent nefastum. Nec vero me fugit contra, circa tempus mysteriorum fuisse dirutas ab Alex-

κατεσκάφησαν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ μετὰ ταῦτα φρουρὰν Ἀθηναῖοι Μακεδόνων ἐδέξαντο περὶ αὐτὴν τὴν εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν. ὁμοίως δὲ Ῥωμαῖοι τῆς αὐτῆς ἡμέρας πρότερον μὲν ὑπὸ Κίμβρων τὸ μετὰ Σκηπίωνος ἀπέβαλον στρατόπεδον, ὕστερον δὲ Λευκόλλου στρατηγοῦντος, Ἀρμενίους καὶ Τιγράνην ἐνίκησαν. Ἄτταλος δ' ὁ βασιλεὺς καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἐν τοῖς ἑαυτῶν γενεθλίοις ἀπέθανον. καὶ ὅλως ἐστὶ πολλοὺς ἐπ' ἀμφότερα ταῖς αὐταῖς χρησαμένους ἀποδεῖξαι περιόδοις. ἀλλὰ Ῥωμαίοις αὕτη μία τῶν ἀποφράδων ἐστὶ, καὶ δι' αὐτὴν ἑκάστου μηνὸς ἕτεραι δύο, τῆς πρὸς τὸ συμβὰν εὐλαβείας καὶ δεισιδαιμονίας ἐπὶ πλέον, ὥσπερ εἴωθε, ῥυείσης. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν ἐπιμελέστερον διήρηται.

Μετὰ δὲ τὴν μάχην ἐκείνην εἰ μὲν εὐθὺς ἐπηκολούθησαν οἱ Γαλάται τοῖς φεύγουσι, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε τὴν Ῥώμην ἄρδην ἀναιρεθῆναι, καὶ πάντας ἀπολέσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ καταλειφθέντας. τοσοῦτον οἱ φεύγοντες ἐνειργάζοντο δεῖμα τοῖς ὑποδεχομένοις, καὶ τοσαύτης πάλιν ἐνεπίμπλαντο ταραχῆς καὶ παραφροσύνης. νυνὶ δ' ἀπιστίᾳ τοῦ μεγέθους βάρβαροι τῆς νίκης, καὶ πρὸς εὐπάθειαν ἐκ τοῦ περιχαροῦς, ἅμα καὶ νεμήσεις τῶν ἑαλωκότων ἐν τῷ στρατοπέδῳ χρημάτων τραπόμενοι, τῷ μὲν ἐκπίπτοντι τῆς πόλεως ὄχλῳ ῥᾳστώνην φυγῆς παρέσχον, ἐλπίσαι δ' ἔτι καὶ παρασκευάσασθαι, τοῖς ὑπομένουσι. τὴν γὰρ ἄλλην πόλιν προέμενοι, τὸ Καπιτώλιον ἐφράξαντο βέλεσι καὶ διατειχίσμασιν. ἐν πρώτοις δὲ τῶν ἱερῶν ἃ μὲν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνεσκευάσαντο·

Alexandro Thebas, posteaque præsidium Macedonicum vigesimo die mensis Boedromionis (quo die mysticam pompam Bacchi educunt) recepisse Athenienses. Eodem item die Romanos prius duce Cepione a Cimbris exutos castris, inde Armenios & Tigranem ductu & auspiciis Luculli fudisse. Attalum regem & Pompeium magnum perisse natalibus suis. Brevi multos valeam commemorare, quibus vicissitudo fortunæ in eosdem recurrit dies. Sed Romanis hic dies inter nefastos unus est, & ejus causa alteri singulis mensibus bini, postquam religio ex hoc casu, & superstitio, ut solet, increvit. Verum hæc sumus in causis rerum Romanarum accuratius persequuti.

Porro ex acie si vestigiis institissent illico Galli fugientium, haud dubie Roma funditus eversa, & qui ibi remanserant, deleti essent omnes. Tanto pavore, qui ex fuga se Romam receperant, repleverant civitatem: tanta etiam incesserat eam invicem perturbatio & stupor. Nunc quum victoriam non putarent barbari tantam, ex ingenti lætitia ad epulas, simulque ad prædæ in castris captæ partitionem conversi, spacium profugiendi ex urbe effusæ turbæ, & remanentibus sese colligendi præbuerunt, & ad defensionem parandi. Nam reliqua deserta urbe, Capitolium telis & munitionibus firmaverunt. Sacrorum prima cura fuit, quorum partem in Capitolium comportaverunt.

Sa-

το· τὸ δὲ πῦρ τῆς Ἑστίας αἱ παρθένοι μετὰ τῶν ἱερῶν ἁρπασάμεναι ἔφυγον. καίτοι τινὲς οὐδὲν εἶναι τὸ φρουρούμενον ὑπ' αὐτῶν ἕτερον ἢ πῦρ ἄφθιτον ἱστοροῦσι, Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καταστήσαντος, ὡς ἀρχὴν ἁπάντων σέβεσθαι. κινητικώτατον γὰρ ἐν τῇ φύσει τοῦτο· κίνησις δέ τις, ἢ σὺν κινήσει πάντως ἡ γένεσις. τὰ δ' ἄλλα τῆς ὕλης μόρια, θερμότητος ἐπιλειπούσης, ἀργὰ κείμενα καὶ νεκροῖς ἐοικότα, ποθεῖ τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν ὡς ψυχὴν, καὶ προσελθούσης ἁμωσγέπως ἐπὶ τὸ δρᾷν τι καὶ πάσχειν τρέπεται. τοῦτ' οὖν ἅτε δὴ περιττὸν ἄνδρα τὸν Νουμᾶν καὶ λόγον ἔχοντα ταῖς Μούσαις συνεῖναι διὰ σοφίαν, ἐξοσιῶσαι, καὶ φρουρεῖν ἀκοίμητον ἐν εἰκόνι τῆς τὰ πάντα κοσμούσης ἀϊδίου δυνάμεως. οἱ δὲ, τὸ μὲν πῦρ, ὥσπερ παρ' Ἕλλησι, πρὸ ἱερῶν αἴθεσθαι καθάρσιον, ἄλλα δὲ τὰ ἐντὸς ἀθέατα κρύπτεσθαι πᾶσι, πλὴν ταύταις ταῖς παρθένοις ἃς Ἑστιάδας ἐπονομάζουσι. καὶ πλεῖστος μὲν λόγος κατεῖχε, τὸ Τρωϊκὸν ἐκεῖνο Παλλάδιον ἀποκεῖσθαι, δι' Αἰνείου κομισθὲν εἰς Ἰταλίαν. εἰσὶ δ' οἱ τὰ Σαμοθρᾴκια μυθολογοῦντες, Δάρδανον μὲν εἰς Τροίαν ἐξενεγκάμενον ὀργιάσαι καὶ καθιερῶσαι κτίσαντα τὴν πόλιν, Αἰνείαν δὲ περὶ τὴν ἅλωσιν ἐκκλέψαντα διασῶσαι μέχρι τῆς ἐν Ἰταλίᾳ κατοικήσεως. οἱ δὲ προσποιούμενοι πλέον ἐπίστασθαί τι περὶ τούτων, δύο φασὶν οὐ μεγάλους ἀποκεῖσθαι πίθους, ὧν τὸν μὲν, ἀνεῳγότα καὶ κενὸν, τὸν δὲ, πλήρη καὶ κατασεσημασμένον· ἀμφοτέρους δὲ ταῖς παναγέσι μόναις παρθένοις ὁρατοὺς εἶναι. ἄλλοι δὲ τούτους διεψεῦσθαι νομίζουσι, τῷ τὰ πλεῖστα τῶν ἱερῶν τότε τὰς κόρας ἐμβαλούσας εἰς πίθους δύο κατὰ γῆς κρύψαι ὑπὸ τῷ νεὼ

Sacrum ignem Vestæ virgines cum sacris rapientes profugerunt. Scribunt tamen nonnulli præter æternum ignem nihil eas servare, quem Numa rex, tanquam rerum omnium principium, dedit colendum. Habet enim vim moventem supra cætera ignis: & generatio motus est, aut cum motu certe. Reliquæ materiæ partes destitutæ calore, torpidæ jacentes & mortuis similes, velut animam quærunt ignis vim; quæ simulatque accessit, confert se ad agendum quid aut patiendum: ignem igitur virum curiosum, & quem fama tenet ob sapientiam cum Camœnis consuetudinem habuisse, Numam, consecrasse & perennem mandasse servandum, ut instar æternæ, quæ universitatem moderatur, virtutis. Alii ignem, Græcorum more, lustrale sacris proponi ardentem: cætera in penetralibus condita, præter has virgines, quas Vestales vocant, nemini conspecta. Plurimorumque vulgatum sermone est, Minervæ signum ibi asservari ex Troja in Italiam ab Ænea advectum. Sunt qui fabulentur Deos ex Samothracia, quum Trojam conderet, attulisse eo Dardanum, atque sacrasse, sacraque & ceremonias iis instituisse; Æneam inde, capta Troja, clam sublata servasse, dum in Italia consedit. Qui vero majorem habere se hujus rei notitiam jactant, duo aiunt illic reposita dolia esse, apertum alterum atque inane, alterum plenum & consignatum, solarum utrumque sanctissimarum harum virginum permissum oculis. Hos alii hinc arbitrantur falli, quod ea tempestate virgines maximam sacrorum partem in duo conditam dolia defoderint sub æde

νεῷ τοῦ Κυρίνου, καὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἔτι καὶ νῦν τῶν πίθων φέρεσθαι τὴν ἐπωνυμίαν.

Τὰ δὲ κυριώτατα καὶ μέγιστα τῶν ἱερῶν αὗται λαβοῦσαι φυγῇ παρὰ τὸν ποταμὸν ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν. ἐνταῦθα Λεύκιος Ἀλβῖνος, ἀνὴρ δημοτικός, ἐν τοῖς φεύγουσιν ἔτυχε τέκνα νήπια καὶ γυναῖκα μετὰ χρημάτων ἀναγκαίων ἐφ' ἁμάξης ὑπεκκομίζων. ὡς δ' εἶδε τὰς παρθένους ἐν τοῖς κόλποις φερούσας τὰ τῶν Θεῶν ἱερὰ, θεραπείας ἐρήμους πορευομένας καὶ κακοπαθούσας, ταχὺ τὴν γυναῖκα μετὰ τῶν παίδων καὶ τῶν χρημάτων καθελὼν ἀπὸ τῆς ἁμάξης, ἐκείναις παρέδωκεν ἐπιβῆναι καὶ διαφυγεῖν εἴς τινα τῶν Ἑλληνίδων πόλεων. τὴν μὲν οὖν Ἀλβίνου πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβειαν καὶ τιμὴν ἐν τοῖς ἐπισφαλεστάτοις καιροῖς ἐκφανῆ γενομένην, οὐκ ἄξιον ἦν ἀμνημόνευτον παρελθεῖν. οἱ δὲ τῶν ἄλλων Θεῶν ἱερεῖς, οἵ τε γηραιοὶ τῶν ὑπατικῶν καὶ θριαμβικῶν ἀνδρῶν, τὴν μὲν πόλιν ἐκλιπεῖν οὐχ ὑπέμειναν, ἱερὰς δὲ καὶ λαμπρὰς ἀναλαβόντες ἐσθῆτας, ἐξηγουμένου Φαβίου τοῦ ἀρχιερέως, ἐπευξάμενοι τοῖς Θεοῖς, ὡς ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος τῷ δαίμονι καθιερεύοντες, ἐπὶ τῶν ἐλεφαντίνων δίφρων ἐν ἀγορᾷ ἐκάθηντο κεκοσμημένοι, τὴν ἐπιοῦσαν τύχην ἀπομένοντες.

Τρίτη δ' ἀπὸ τῆς μάχης ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Βρέννος ἄγων ἐπὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα· καὶ τάς τε πύλας εὑρὼν ἀνεῳγμένας, καὶ τὰ τείχη φυλάκων ἔρημα, πρῶτον μὲν ἔδεισεν ἐνέδραν καὶ δόλον, ἀπιστῶν οὕτω παντάπασιν ἀπειρηκέναι τοὺς Ῥωμαίους· ἐπεὶ δ' ἔγνω τὸ ἀληθές, εἰσελάσας διὰ τῆς Κολλίνης πύλης, εἷλε τὴν Ῥώμην, ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐτῶν πλείονα βραχὺ

æde Quirini, unde locus adhuc doliorum servet nomen.

Præcipuis vero & dignioribus sublatis sacris propter fluvium ceperunt fugam. Ibi L. Albinus, de plebe homo, plaustro conjugem parvosque liberos suos cum rebus necessariis inter profugientes exportans, ubi ferre gremio virgines sacra Deorum conspicit omni destitutas ope & fatigatas, e vestigio uxorem ac liberos cum rebus suis detrahit ex plaustro, illas in vehiculum imponit, ut in civitatem quandam Græcam recipiant se. Hujus religionem & reverentiam Albini, quam adversus Deos immortales difficillimo articulo demonstravit, non potui facere ut silentio præterirem. Aliorum Deorum sacerdotes, senesque consulares, & triumphales non sustinuerunt urbem relinquere, sed quæ augustissima sacraque vestis est, ea vestiti, & pontifice maximo præeunte verba Fabio, Deos precati, quasi pro patria semet ipsi devoventes, in foro eburneis sellis cum eo consederunt ornatu, quod sors ferret expectantes.

Tertio quam pugnatum fuit die, Brennus signa ad urbem tulit. Qui postquam non portas clausas, nullam in muris invenit stationem, insidias primum suspectas habuit & fraudem, haud credens Romanorum tam deplorata esse consilia. Ubi id quod erat, cognovit, ingressus per portam Collinam cepit Romam trecentis sexaginta

χὴν χρόνον ἀπὸ τῆς κτίσεως ἔχουσαν, εἴ τῳ πιστὸν ἀποσώζεσθαί τινα τῶν χρόνων ἀκρίβειαν, οἷς καὶ περὶ νεωτέρων ἄλλων ἀμφισβήτησιν ἡ σύγχυσις ἐκείνη παρέσχεν. τοῦ μέντοι πάθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἁλώσεως ἔοικεν ἀμυδρά τις εὐθὺς εἰς τὴν Ἑλλάδα φήμη διελθεῖν. Ἡρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικὸς, οὐ πολὺ τῶν χρόνων ἐκείνων ἀπολειπόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς συγγράμματι φησὶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λόγον κατασχεῖν, ὡς στρατὸς ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθὼν ἔξωθεν, ᾑρήκει πόλιν Ἑλληνίδα Ῥώμην ἐκεῖ που κατῳκημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. οὐκ ἂν οὖν θαυμάσαιμι μυθώδη καὶ πλασματίαν ὄντα τὸν Ἡρακλείδην, ἀληθεῖ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἁλώσεως ἐπικομπάσαι τοὺς Ὑπερβορέους καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος τὸ μὲν ἁλῶναι τὴν πόλιν ὑπὸ Κελτῶν, ἀκριβῶς δῆλός ἐστιν ἀκηκοώς· τὸν δὲ σώσαντα, Λεύκιον εἶναι φησίν· ἦν δὲ Μάρκος, οὐ Λεύκιος ὁ Κάμιλλος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰκασμῷ λέλεκται. κατασχὼν δὲ τὴν Ῥώμην ὁ Βρέννος, τῷ μὲν Καπιτωλίῳ φρουρὰν περιέστησεν, αὐτὸς δὲ καταβαίνων δι' ἀγορᾶς, ἐθαύμαζε τοὺς προκαθημένους ἄνδρας ἐν κόσμῳ καὶ σιωπῇ, θεώμενος ὡς οὔθ' ὑπεξανέστησαν ἐπιόντων πολεμίων, οὔτ' ὄψιν ἢ χρόαν ἔτρεψαν, ἀλλὰ ῥαθύμως καὶ ἀδεῶς ἐγκεκλιμένοι τοῖς σκίμποσιν οὓς ἔφερον, καὶ προσβλέποντες ἀλλήλοις ἡσύχαζον. ἦν οὖν θαῦμα τοῖς Γαλάταις πρὸς τὴν ἀτοπίαν, καὶ πολὺν χρόνον ὀκνοῦντες ἅψασθαι καὶ προσελθεῖν ὡς κρείττοσι, διηπόρουν· ἐπεὶ δὲ τολμήσας τις ἐξ αὐτῶν ἐγγὺς παρέστη Παπειρίῳ Μανίῳ, καὶ προσαγαγὼν τὴν χεῖρα πράως ἥψατο τοῦ γενείου, καὶ κατῆγε τὴν ὑπήνην βαθεῖαν οὖσαν· ὁ μὲν Παπείριος τῇ

ginta annis, & aliquanto amplius quam condita fuisset, si verisimile est usquam illorum temporum extare exactam memoriam, quando alia recentiora effecit confusio illa ambigua. Hæc tamen captæ urbis calamitas obscuro rumore statim perlata in Græciam esse videtur. Ponticus enim Heraclides, affinis his temporibus, in libro de anima, annunciatum ex occidente refert exercitum alienigenarum ex Hyperboreis progressum, Græcam urbem cepisse Romam, illo in tractu prope Oceanum sitam. Equidem non mirer, fabulosum hominem & vanum Heraclidem, veritati captæ urbis jactantiæ causa adspersisse Hyperboreos & Oceanum. Aristoteles philosophus captam a Gallis urbem accepisse se diserte testatur, sed Lucium qui eam servaverit, nuncupat, quum Marcus fuerit, non L. Camillus. Verum hæc per conjecturam dicta sunt. Occupata urbe, Brennus relicto ad Capitolium præsidio per forum descendens, substitit miraculo virorum eo ornatu & silentio considentium, quod nec assurgerent advenientibus hostibus, neque vultum coloremve mutassent, sed soluti & intrepidi, scipionibus quos manu tenebant innixi, & in se mutuo versi quiescerent. Hujus rei commoti Galli miraculo sunt, diuque cunctatio eos attrectandi accedendique, velut augustiores, tenuit. Donec unus ex illis ausus ad M. Papirium propius accedere, admota leniter manu mento, ejus barbam, quam habebat promissam, demulsit: in cujus caput Papirius scipionem ita in-

τῇ βακτηρίᾳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πατάξας συνέτριψεν, ὁ δὲ βάρβαρος σπασάμενος τὴν μάχαιραν ἀπέκτεινεν ἐκεῖνον. ἐκ δὲ τούτου καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνῄρουν προσπεσόντες, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοις ἐντύχοιεν διεχρῶντο· καὶ τὰς οἰκίας ἐπόρθουν ἐφ᾽ ἡμέρας πολλὰς ἄγοντες καὶ φέροντες. εἶτα κατεπίμπρασαν καὶ κατέσκαπτον, ὀργιζόμενοι τοῖς ἔχουσι τὸ Καπιτώλιον, ὅτι καλούντων αὐτῶν οὐχ ὑπήκουον, ἀλλὰ καὶ προσβάλλουσι πληγὰς ἔδοσαν, ἀπὸ τοῦ διατειχίσματος ἀμυνόμενοι. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐλυμήναντο τὴν πόλιν καὶ προσδιέφθειρον τοὺς ἁλισκομένους, ὁμοίως μὲν ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ὁμοίως δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παῖδας.

Τῆς δὲ πολιορκίας μῆκος λαμβανούσης, ἐπισιτισμοῦ τοῖς Γαλάταις ἔδει· καὶ διελόντες ἑαυτούς, οἱ μὲν τῷ βασιλεῖ παραμένοντες ἐφρούρουν τὸ Καπιτώλιον, οἱ δὲ τὴν χώραν περιιόντες ἐλεηλάτουν, καὶ τὰς κώμας ἐπόρθουν προσπίπτοντες, οὐχ ὁμοῦ πάντες, ἄλλοι δ᾽ ἄλλῃ καθ᾽ ἡγεμονίας καὶ συντάγματα, τῷ μέγα φρονεῖν ὑπὸ τῶν εὐτυχημάτων, καὶ δεδιέναι μηδὲν ἀποσκιδνάμενοι. τὸ δὲ πλεῖστον αὐτῶν καὶ μάλιστα συντεταγμένον ἐχώρει πρὸς τὴν Ἀρδεατῶν πόλιν, ἐν ᾗ διέτριβε Κάμιλλος, ἀργῶν ταῖς πράξεσι μετὰ τὴν φυγὴν καὶ ἰδιωτεύων· ἐλπίδας δὲ λαμβάνων καὶ διαλογισμούς, οὐχὶ τὸ λαθεῖν καὶ διαφυγεῖν τοὺς πολεμίους ἀγαπῶντος τοῦ ἀνδρός, ἀλλ᾽ ὅπως, εἰ παραγίνοιτο καιρός, ἀμυνεῖται, σκοποῦντος. διὸ καὶ τοὺς Ἀρδεάτας ὁρῶν πλήθει μὲν ἱκανοὺς ὄντας, ἐνδεεῖς δὲ τόλμης δι᾽ ἀπειρίαν καὶ μαλακίαν τῶν στρατηγῶν, ἐνέβαλε λόγον εἰς τοὺς νέους πρῶτον, ὡς οὐ χρὴ τὴν Ῥωμαίων ἀτυχίαν ἀνδρείαν

incuſſit, ut id comminueret illi. Hunc barbarus ſtricto occidit enſe. Ab hoc initio reliquos impetu facto contrucidaverunt, neque ulli poſtea mortalium parci, diripi per multos dies tecta, expilatis & exhauſtis injici flammæ, diruique ea, quod infenſi eſſent Capitolium inſidentibus, qui vel invitantibus non fuerant audientes: ſed ex interjecto muro oppugnantibus vulnera defendendi ſui gratia ingeſſerant. Quod in cauſa fuit cur & urbem everterint, atque inſuper quos ceperunt, promiſcue viros & mulieres, ſenes pueroſque contrucidaverint.

Quum ſegni obſidione deficeret Gallos commeatus, partitis copiis, pars apud regem ad cuſtodiam arcis remanſerunt, pars prædatum iverunt per finitimos populos, vicoſque vi expugnabant: non omnes ſimul tamen, ſed aliis alii regionibus catervatim & manipulatim palantes, quod ſecundis rebus elati ſine metu agerent. Maxima manus & maxime compoſita Ardeam, ubi agebat Camillus, contendere. Ille repub. quidem poſt damnationem abſtinens, vitam colebat privatam. Tunc autem ſpem animo concipiebat, variaque agitabat, non contentus ſi inſciis hoſtibus evaderet ſoſpes, ſed moliebatur per opportunitatem eos adoriri. Qui quum Ardeates cerneret ſatis abundare juventute, ſed propter ducum imperitiam & ſocordiam parum animatos, conjecit primum in juniores ſermonem, non eſſe Romanorum cladem virtuti

δρείαν Κελτῶν νομίζειν· οὐδ' ἃ κακῶς φρονήσασι συνέβη παθεῖν ἐκείνοις, ἔργα τῶν οὐδὲν εἰς τὸ νικῆσαι παρασχόντων, ἀλλὰ τύχης ἐπίδειξιν ἡγεῖσθαι. καλὸν μὲν οὖν εἶναι καὶ διὰ κινδύνων ἀπώσασθαι πόλεμον ἀλλόφυλον καὶ βαρβαρικόν, ᾧ τοῦ κρατεῖν πέρας, ὥσπερ τῷ πυρί, διαφθαρῆναι τὸ νικώμενον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ θαῤῥοῦσι καὶ προθυμουμένοις αὐτοῖς ἀκίνδυνον ἐν καιρῷ τὴν νίκην παρέξειν. τούτους τοὺς λόγους τῶν νέων δεξαμένων, ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ᾔει καὶ τοὺς προβούλους τῶν Ἀρδεατῶν ὁ Κάμιλλος. ὡς δὲ κἀκείνους συνέπεισεν, ὥπλισε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πάντας, καὶ συνεῖχε τοῦ τείχους ἐντός, ἀγνοεῖσθαι βουλόμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐγγὺς ὄντων. ἐπεὶ δὲ τὴν χώραν ἱππασάμενοι, καὶ βαρεῖς ὄντες ὑπὸ πλήθους τῶν ἀγομένων καὶ φερομένων, ἀμελῶς καὶ ὀλιγώρως ἐν τῷ πεδίῳ κατεστρατοπέδευσαν· ἐκ δὲ τούτου νὺξ ἐπῆλθε μεθύουσιν αὐτοῖς, καὶ σιωπὴ κατεῖχε τὸ στρατόπεδον· πυθόμενος ταῦτα παρὰ τῶν κατασκόπων ὁ Κάμιλλος, ἐξῆγε τοὺς Ἀρδεάτας· καὶ διελθὼν καθ ἡσυχίαν τὸν μεταξὺ τόπον περὶ μέσας τὰς νύκτας, προσέμιξε τῷ χάρακι, κραυγῇ τε χρώμενος πολλῇ, καὶ ταῖς σάλπιγξι πανταχόθεν ἐκπλήττων ἀνθρώπους κακῶς ὑπὸ μέθης, καὶ μόλις ἐκ τῶν ὕπνων ἀναφέροντας πρὸς τὸν θόρυβον. ὀλίγοι μὲν οὖν ἀνανήψαντες ἐν τῷ φόβῳ καὶ διασκευασάμενοι, τοὺς περὶ τὸν Κάμιλλον ὑπέστησαν, ὥστ' ἀμυνόμενοι πεσεῖν· τοὺς δὲ πλείστους ἔτι κρατουμένους ὕπνῳ καὶ οἴνῳ καταλαμβάνοντες ἀνόπλους ἔκτεινον. ὅσοι δὲ νυκτὸς ἀπέδρασαν ἐκ τοῦ χάρακος οὐ πολλοί, τούτους μεθ' ἡμέραν σποράδας ἐν τῇ χώρᾳ διαφερομένους ἐπελαύνοντες οἱ ἱππεῖς διέφθειρον.

Ἡ

tuti adſcribendam Gallorum, neque adverſa, quæ rebus male conſultis perpeſſi ſint, ferenda accepta iis qui nihil ad victoriam contulerant: immo fortunæ eſſe id opus. Præclarum eſſe, ut bellum peregrinum & barbaricum, quod finem habeat vincendi, qualem ignis, victum ut perdat, propulſent vel cum periculo. Immo vero ſi caperent animos, & alacres eſſent, ſecuram oblaturum ipſis ſe in tempore victoriam. Quum ea adhortatio junioribus placuiſſet, inde ad magiſtratus & ſenatores Ardeatium converſus, ubi his eadem perſuaſerat, armavit juventutem omnem, atque ne hoſti, qui prope erat, ſuboleret res, continuit intra muros. Illi fines depopulati onuſtique præda, caſtra neglectim ac tumultuarie in campo metati ſunt. Nox inde oppreſſit temulentos, fuitque ſilentium in caſtris. Hæc Camillus ab exploratoribus edoctus, eduxit Ardeates atque interjectum ſpatium ſilenti agmine emenſus, media ferme nocte copias admovit vallo. Tum magno ſublato clamore tubiſque concinentibus undique, terrorem injicit hoſtibus vino ſomnoque ita confectis, ut vix ad illum ſtrepitum excitarentur. Pauci, quibus crapulam excuſſerat pavor, ſeſe colligentes, quum Camillo ſe objeciſſent, pugnantes ceciderunt. Cæteros ſopore vinoque adhuc graves, quum occupaſſent, inermes contrucidavere. Paucos, qui nocte ſe ejecerant caſtris, equites die in agris palantes aſſequuti interemerunt.

Hæc

Ἡ δὲ φήμη ταχὺ διαγγέλλουσα τὴν πρᾶξιν ἐπὶ τὰς πόλεις, ἐξεκαλεῖτο πολλοὺς τῶν ἐν ἡλικίᾳ συνισταμένους· μάλιστα δὲ Ῥωμαίων ὅσοι διαφυγόντες ἐκ τῆς ἐπ' Ἀλίᾳ μάχης, ἐν Βηΐοις ἦσαν, καὶ ὠδύροντο κατὰ σφᾶς αὐτούς, οἷον ἡγεμόνα τῆς Ῥώμης ὁ δαίμων ἀφελόμενος Ἀρδεάτας ἐκόσμησε τοῖς Καμίλλου κατορθώμασιν, ἡ δὲ γειναμένη καὶ θρεψαμένη τοιοῦτον ἄνδρα πόλις, οἴχεται καὶ ἀπόλωλεν. ἡμεῖς δ' ἀπορίᾳ στρατηγοῦ, ἀλλότρια τείχη περιβαλλόμενοι, καθήμεθα προέμενοι τὴν Ἰταλίαν. φέρε, πέμψαντες Ἀρδεάτας ἀπαιτῶμεν τὸν ἑαυτῶν στρατηγόν, ἢ λαβόντες τὰ ὅπλα αὐτοὶ πρὸς ἐκεῖνον βαδίζωμεν. οὐκέτι γάρ ἐστι φυγάς, οὐδ' ἡμεῖς πολῖται, πατρίδος οὐκ οὔσης, ἀλλὰ κρατουμένης ὑπὸ τῶν πολεμίων. ταῦτ' ἔδοξε, καὶ πέμψαντες ἐδέοντο τοῦ Καμίλλου δέχεσθαι τὴν ἀρχήν. ὁ δὲ οὐκ ἔφη πρότερον, ἢ τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πολίτας ἐπιψηφίσασθαι κατὰ τὸν νόμον. ἐκείνους γὰρ ἡγεῖσθαι πατρίδα σωζομένους· καὶ κελεύουσι μὲν ὑπακούειν προθύμως, ἀκόντων δέ, μηδὲν πολυπραγμονήσειν. τῆς μὲν οὖν εὐλαβείας καὶ καλοκαγαθίας τὸν Κάμιλλον ἐθαύμασαν. ἦν δ' ἀπορία τοῦ ταῦτα διαγγελοῦντος εἰς τὸ Καπιτώλιον· μᾶλλον δ' ὅλως ἀδύνατον ἐδόκει, τῶν πολεμίων ἐχόντων τὴν πόλιν, ἄγγελον εἰς τὴν ἀκρόπολιν παρελθεῖν.

Ἦν δέ τις ἐν τοῖς νέοις Πόντιος Κομίνιος, τῶν μέσων κατὰ γένος πολιτῶν, δόξης δὲ καὶ τιμῆς ἐραστής· οὗτος ὑπέστη τὸν ἆθλον ἑκουσίως, καὶ γράμματα μὲν οὐκ ἔλαβε πρὸς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, μὴ ληφθέντος αὐτοῦ, φωράσωσιν οἱ πολέμιοι δι' αὐτῶν τοῦ Καμίλλου τὴν διάνοιαν· ἐσθῆτα δὲ φαύλην ἔχων, καὶ φελ-

Hæc victoria illico rumore per civitates delata, juventutem magno numero conglobavit, excivitque Romanos in primis, quos fuga ex acie Alliensi detulerat Veios, lamentantes inter se: Quem ademit urbi Romæ fortuna virum Camillum, decoravitque præclaris factis ejus Ardeam, quum interim illa, quæ edidit atque eduxit talem virum, urbs jaceat complorata! nos autem ducis exortes, & alienis cincti muris, Italiam per ignaviam prodimus. Quin imperatorem nostrum per legatos repetimus ab Ardeatibus, aut ipsi armati ad illum pergimus? Neque enim ultra ille exul, aut cives nos nulla patria, quam obtinet hostis, sumus. Ita consensu omnium mittunt legatos, qui orent Camillum ut imperium suscipiat. At ille ante se quam populus qui Capitolium tenebat legitime scivisset, negavit se suscepturum. Illos pro patria habere incolumes, jubentibusque prompte obsequuturum, non se ingesturum invitis. Ac Camilli quidem pudorem admirati sunt & probitatem: sed difficultas erat quomodo hæc in Capitolium denuntiarentur. Immo ut per urbem in Capitolium plenam hostium evaderet nuntius, haudquaquam fieri videbatur posse.

Erat inter juvenes Pontius Cominius mediocribus quidem inter cives natalibus, gloriæ vero & honoris cupidus. Hic ei discrimini obtulit se ultro. Literas autem non accepit ad eos qui in Capitolio erant, ne capto se cognoscerent ex iis hostes Camilli consilium. Veste vili, & sub ea suberis corticibus sump-

φελλοὺς ὑπ' αὐτῇ κομίζων, τὴν μὲν ἄλλην ὁδὸν ἡμέρας ἀδεῶς διῆλθεν. ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως γενόμενος ἤδη σκοταῖος, ἐπεὶ κατὰ γέφυραν οὐκ ἦν τὸν ποταμὸν περάσαι, τῶν βαρβάρων παραφυλαττόντων, τὴν μὲν ἐσθῆτα τῇ κεφαλῇ περισπειράσας, οὐ πολλὴν οὖσαν οὐδὲ βαρεῖαν, τοῖς δὲ φελλοῖς ἐφεὶς τὸ σῶμα καὶ συνεπικουφίζων τῷ περαιοῦσθαι, πρὸς τὴν πόλιν ἐξέβη. καὶ παραλλάττων ἀεὶ τοὺς ἐγρηγορότας, τοῖς φέγγεσι καὶ τῷ θορύβῳ τεκμαιρόμενος, ἐβάδιζε πρὸς τὴν Καρμεντίδα πύλην, ἣ πλείστην εἶχεν ἡσυχίαν, καὶ μάλιστα κατ' αὐτὴν ὄρθιος ὁ τοῦ Καπιτωλίου λόφος ἀνέστηκε, καὶ πέτρα κύκλῳ πολλὴ καὶ τραχεῖα περιπέφυκε. δι' ἧς ἀνέβη λαθών, καὶ προσέμιξε τοῖς φυλάττουσι τὸ διατείχισμα χαλεπῶς καὶ μόλις κατὰ τὸ λαγαρώτατον. ἀσπασάμενος δὲ τοὺς ἄνδρας, καὶ φράσας ἑαυτὸν ἐξ ὀνόματος, ἀναληφθεὶς ἐχώρει πρὸς τοὺς ἐν τέλει τῶν Ῥωμαίων· ταχὺ δὲ συγκλήτου γενομένης, παρελθὼν τήν τε νίκην ἀπήγγειλε τοῦ Καμίλλου, πρότερον οὐ πυθομένοις, καὶ τὰ δοκοῦντα τοῖς στρατιώταις διηγεῖτο. καὶ παρεκάλει τῷ Καμίλλῳ βεβαιῶσαι τὴν ἀρχήν, ὡς μόνῳ πειθομένων ἐκείνῳ τῶν ἔξω πολιτῶν. οἱ δ' ἀκούσαντες καὶ βουλευσάμενοι, τόν τε Κάμιλλον ἀποδεικνύουσι δικτάτωρα, καὶ τὸν Πόντιον αὖθις ἀποπέμπουσι τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ὁμοίως ἀγαθῇ τύχῃ χρησάμενον. ἔλαθε γὰρ τοὺς πολεμίους, καὶ τὰ παρὰ τῆς βουλῆς ἀπήγγειλε τοῖς ἔξω Ῥωμαίοις.

Ἐκείνων δὲ δεξαμένων προθύμως, ἀφικόμενος ὁ Κάμιλλος, ἤδη μὲν ἐν ὅπλοις δισμυρίους κατέλαβε, πλείονας δὲ συνῆγεν ἀπὸ τῶν συμμάχων, καὶ παρεσκευάζετο πρὸς τὴν ἐπίθεσιν. οὕτω μὲν ᾑρέθη δικτάτωρ ὁ Κάμιλλος

τὸ

ſumptis, reliquum itineris luce tutum perfecit. Primis tenebris quum prope urbem eſſet, quia ponte ob cuſtodiam hoſtium non licebat flumen tranſire, veſte (neque enim erat multa vel gravis) capiti circumligata, incubans atque innixus cortici ad urbem tranavit, atque inſomnes ex ignibus & ſtrepitu conjiciens, vitabundus pervenit ad portam Carmentalem, ubi ſilentium erat majus, qua collis Capitolinus maxime abſciſſus eſt, frequentique atque aſpero undique aſſurgit ſaxo. Hac ille clam ſcandit, & ad ſtationem tandem in muro excubantem, ubi maxime abrupta rupes erat, ingenti difficultate evadit. Quos cum ſalutaſſet, nomenque ſuum aperuiſſet, ab iis ducitur ad magiſtratus Romanos. Senatu e veſtigio convocato, Camilli annuntiat victoriam adhuc ignaris, & mandata exercitus edit, admonens ut imperium Camillo, quod uni illi abſentes milites dicto fore audientes viderentur, confirmarent. His acceptis, ac re deliberata, dictatorem Camillum dicunt, Pontiumque eadem remittunt. Is pari fortuna & hoſtes fefellit, & civibus qui extra urbem erant retulit ſenatus decretum.

Camillus magna lætitia receptus ab iis, invenit jam viginti millia armatorum, majorem numerum ipſe ex ſociis conſcripſit, & ad Gallos adoriendos expediebat ſe. Ita Camillus dictator iterum dictus, Veios profectus

τὸ δεύτερον, καὶ προελθὼν εἰς Οὐηΐους, ἐνέτυχε τοῖς στρατιώταις, καὶ συνῆγε πλείους ἀπὸ τῶν συμμάχων, ὡς ἐπιθησόμενος τοῖς πολεμίοις. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῶν βαρβάρων τινὲς ἐκείνῃ κατὰ τύχην παρεξιόντες, ᾗ διὰ νυκτὸς ὁ Πόντιος προσέβη τῷ Καπιτωλίῳ, καταμαθόντες πολλαχῇ μὲν ἴχνη καὶ ποδῶν καὶ χειρῶν ὡς ἀντελαμβάνετο καὶ περιεδράττετο, πολλαχῇ δὲ τῶν ἐπιπεφυκότων τοῖς κρημνοῖς ἀποτριβὰς καὶ περιολισθήσεις τῶν γεωδῶν, φράζουσι τῷ βασιλεῖ. κἀκεῖνος ἐπελθὼν καὶ θεασάμενος, τότε μὲν ἡσύχαζεν, ἑσπέρας δὲ τοὺς ἐλαφροτάτους τοῖς σώμασι, καὶ πεφυκότας ὀρειβατεῖν μάλιστα τῶν Κελτῶν συναγαγών, Τὴν μὲν ὁδὸν, εἶπεν, ἡμῖν ἐπ' αὐτοὺς ἀγνοουμένην οἱ πολέμιοι δεικνύουσιν, ὡς οὔτ' ἀπόρευτος οὔτε ἄβατος ἀνθρώποις ἐστίν. αἰσχύνη δὲ πολλὴ, τὴν ἀρχὴν ἔχοντας, ἐλλιπεῖν πρὸς τὸ τέλος, καὶ προέσθαι τὸν τόπον ὡς ἀνάλωτον, αὐτῶν τῶν πολεμίων ᾗ ληπτός ἐστι διδασκόντων. ᾗ γὰρ ἑνὶ προσβῆναι ῥᾴδιον, οὐδὲ πολλοῖς καθ' ἕνα δύσκολον, ἀλλὰ καὶ ῥώμη καὶ βοήθεια πολλὴ μετ' ἀλλήλων ἐπιχειροῦσι. δωρεαὶ δὲ καὶ τιμαὶ πρέπουσαι τῆς ἀνδραγαθίας ἑκάστῳ δοθήσονται.

Τοιαῦτα τοῦ βασιλέως διαλεχθέντος, ὑπέστησαν οἱ Γαλάται προθύμως, καὶ περὶ μέσας νύκτας ἐπιβάντες ἅμα πολλοὶ τῆς πέτρας ἐχώρουν ἄνω μετὰ σιωπῆς συμφυόμενοι τοῖς χωρίοις ἀποτόμοις οὖσι καὶ χαλεποῖς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ προσεδοκήθη πειρωμένων αὐτῶν προσιεμένοις καὶ παρείκουσιν· ὥστε τοὺς πρώτους ἁψαμένους τῶν ἄκρων καὶ διασκευασαμένους ὅσον οὐκ ἤδη τοῦ προτειχίσματος ἅπτεσθαι, καὶ τοῖς φύλαξιν ἐπιχειρεῖν κοιμωμένοις· ᾔσθετο γὰρ οὔτ' ἀνθρω-

fectus militibus occurrit, ibidemque majoribus copiis ex sociis contractis, statuit aggredi hostem. Romæ autem barbari, qua Pontius nocte Capitolium superaverat, transeuntes animadvertunt passim pedum vestigia & manuum, ut quodque vel apprehenderat vel complexus fuerat, passim etiam illorum quæ præcipitiis adnascebantur obtritus & terræ procidua, renuntiantque regi. Ille locum ipsum contemplatus, in præsentia tacuit. Sub noctem expeditissimo quoque de suis, & montibus maxime assueto delecto: Viam nobis, inquit, quam ignorabamus, ad se hostes ipsi demonstrant non inviam neque inaccessam esse hominibus. Pudendum autem sit, quum habeas principium, exitum non persequi, & a loco abstinere tanquam inexpugnabili, quum qua capi possit, ipse suggerat hostis. Nam qua uni proclivis ascensus, illac nec multis est singulatim arduus: immo qui simul aggrediuntur, multum alterni innixi sublevantesque se mutuo habent adminiculi. Præmia autem & honores pro cujusque merito habebuntur.

Ita rege fato, Galli prompte operam suam polliciti sunt. Mediaque nocte multi simul cœperunt silenti agmine petram scandere. Qui, quanquam cum locis præruptis & confragosis colluctabantur, spe tamen molliora tentantibus & proniora erant. Itaque primi ubi verticem attigerunt, atque se in ordinem disposuerunt, tantum non murum tenuerunt, stationemque invaserunt sopitam: nam nec homo eos

ἄνθρωπος, οὔτε κύων. ἀλλὰ χῆνες ἦσαν ἱεροὶ περὶ τὸν νεὼν τῆς Ἥρας τρεφόμενοι τὸν ἄλλον χρόνον ἀφθόνως, τότε δὲ, τῶν σιτίων ἤδη γλίσχρως καὶ μόλις αὐτοῖς διαρκούντων, ἀμελούμενοι, κακῶς ἔπραττον. ἔστι μὲν οὖν καὶ φύσει πρὸς αἴσθησιν ὀξὺ καὶ ψοφοδεὲς τὸ ζῷον. ἐκεῖνοι δὲ καὶ διὰ λιμὸν ἀγρυπνητικοὶ καὶ θορυβώδεις γεγονότες, ταχὺ τὴν ἔφοδον ᾔσθοντο τῶν Γαλατῶν, καὶ μετὰ δρόμου καὶ κλαγγῆς φερόμενοι πρὸς αὐτοὺς, ἀνήγειραν ἅπαντας, ἤδη καὶ τῶν βαρβάρων διὰ τὸ μὴ λανθάνειν ἀφειδούντων θορύβου, καὶ βιαιότερον ἐπιτιθεμένων. ἁρπάσαντες οὖν ὑπὸ σπουδῆς, ᾧ τις ἕκαστος ὅπλῳ προσετύγχανεν, ἐκ τοῦ παρόντος ἐβοήθουν. πάντων δὲ πρῶτος Μάλλιος, ἀνὴρ ὑπατικὸς, τό, τε σῶμα ῥωμαλέος καὶ φρονήματι ψυχῆς ἐπιφανὴς, ἀπαντήσας δυσὶν ὁμοῦ τῶν πολεμίων, τοῦ μὲν ἔφθασε διηρμένου κοπίδα τῷ ξίφει τὴν δεξιὰν ἀποκόψας, τὸν δὲ τῷ θυρεῷ πατάξας εἰς τὸ πρόσωπον, ὦσεν ὀπίσω κατὰ τῆς πέτρας. ἐπιστὰς δὲ τῷ τείχει μετὰ τῶν συνδραμόντων, καὶ γενομένων περὶ αὐτὸν, ἀπέστρεψε τοὺς ἄλλους, οὔτε πολλοὺς ἄνω γενομένους, οὔτε πράξαντάς τι τῆς τόλμης ἄξιον. οὕτω δὲ τὸν κίνδυνον διεκφυγόντες, ἅμ' ἡμέρᾳ τὸν μὲν ἄρχοντα τῶν φυλάκων ἔρριψαν εἰς τοὺς πολεμίους κατὰ τῆς πέτρας, τῷ δὲ Μαλλίῳ τῆς νίκης ἀριστεῖα πρὸς τιμὴν μεγάλην μᾶλλον ἢ χρείαν ψηφισάμενοι, συνεισήνεγκαν ὅσον ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν εἰς τροφὴν, σίτου μὲν ἡμίλιτρον ἐπιχώριον, οὕτω γὰρ καλοῦσιν αὐτὸ, οἴνου δὲ κοτύλης Ἑλληνικῆς τέταρτον.

Ἐκ τούτου τὰ τῶν Κελτῶν ἦν ἀθυμότερα. καὶ γὰρ ἐπιτηδείων ἐσπάνιζον, εἰργόμενοι προνομῆς, φόβῳ τοῦ Καμίλλου· καὶ νόσος ὑπηκέρησεν αὐ-

τοὺς,

eos nec canis sensit. Sacri anseres ad ædem Junonis alebantur alias liberaliter, tunc parce, & angusto suppeditante ipsis commeatu neglecti affligebantur. Est autem illud animal alioqui sua sponte acris auditus, & ad omnem strepitum expavescens. Hos, & inedia insomnes & turbidos, minime Gallorum ingressus fefellit, sed cursu & clangore delati ad Romanos, omnes excitaverunt. Et jam barbari quoque ut senserunt se detectos, ingentem sustollentes clamorem, majore vi intulerunt sese. Romani raptis confestim armis, quæ cuique obvia erant ex præsenti copia, objiciunt se hostibus. Primus omnium Manlius, vir consularis, cum corpore valido, tum animo insigni, duobus simul hostibus occurrens, alterius, qui sustulerat securim, quam copida vocant, dexteram ejus ense amputavit: alterum, umbone in faciem ictum, retro præcipitat de saxo. Inde muro superstans cum iis quos festinatio ei aggregavit, paucos reliquos, qui ascenderant, quum nihil designassent memorabile, deturbat. Ita depulso periculo præfectum vigilum prima luce præcipitant de saxo ad hostes. Manlio victoriæ præmium honore quam emolumento amplius decernunt, cui omnes, quantum quisque in diem commeatus recipiebat, selibras farris consueti, vel quartarios vini contulere.

Inde cœperunt Galli cadere animis. Etenim tum annona eos premebat angustior, quod timor Camilli arceret eos a frumentando, tum mor-

τοὺς, ἐν νεκρῶν πλήθει καὶ χύδην καταβεβλημένων, σκηνοῦντας ἐν ἐρειπίοις. τό, τε βάθος τῆς τέφρας ἀέρα ξηρότητι καὶ δριμύτητι φαῦλον ὑπὸ πνευμάτων καὶ καυμάτων ἀναθυμιώσης, ἐλυμαίνετο τὰ σώματα διὰ τῆς ἀναπνοῆς. μάλιστα δ' ἡ μεταβολὴ τῆς συνήθους διαίτης, ἐκ τόπων σκιερῶν καὶ θέρους καταφυγὰς ἀλύπους ἐχόντων ἐμβαλόντας εἰς χώραν ταπεινὴν, καὶ κεκραμένην ἀφυῶς πρὸς τὸ μετόπωρον, ἐκίνησεν αὐτούς· ἥ τε πρὸς τῷ Καπιτωλίῳ καθέδρα καὶ σχολὴ γινομένη χρόνιος, ἕβδομον γὰρ ἐκεῖνον οἰκούρουν μῆνα πολιορκοῦντες, ὥστε φθορὰν εἶναι πολλὴν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ μηδὲ θάπτεσθαι διὰ πλῆθος ἔτι τοὺς ἀποθνήσκοντας. οὐ μὴν παρὰ τοῦτο βελτίω τὰ πράγματα τοῖς πολιορκουμένοις ἦν. ἐπέτεινε γὰρ ὁ λιμὸς, ἥ τε τῶν περὶ Κάμιλλον ἄγνοια παρεῖχε δυσθυμίαν· οὐδεὶς γὰρ ἐφοίτα παρ' αὐτῶν, διὰ τὸ φρουρεῖσθαι τὴν πόλιν ἀκριβῶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων. ὅθεν οὕτω πράττουσιν ἀμφοτέροις ἐγίνοντο συμβατικοὶ λόγοι διὰ τῶν προφυλάκων τὸ πρῶτον ἀλλήλοις ἐντυγχανόντων· εἶτα, ὡς ἔδοξε τοῖς κρατίστοις, συνελθόντος εἰς λόγους Βρέννῳ Σουλπικίου τοῦ χιλιάρχου τῶν Ῥωμαίων, ὡμολογήθη τοὺς μὲν χιλίας λίτρας καταβαλεῖν χρυσοῦ, τοὺς δὲ λαβόντας ἐκ τῆς πόλεως αὐτίκα καὶ τῆς χώρας ἀναχωρεῖν. ἐπὶ τούτοις γινομένων ὅρκων, καὶ τοῦ χρυσίου κομισθέντος, τῶν δὲ Κελτῶν περὶ τὸν σταθμὸν ἀγνωμονούντων κρύφα τὸ πρῶτον, εἶτα καὶ φανερῶς ἀφελκόντων καὶ διαστρεφόντων τὴν ῥοπὴν, ἠγανάκτουν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς αὐτούς. ὁ δὲ Βρέννος, οἷον ἐφυβρίζων καὶ καταγελῶν, ἀπολυσάμενος τὴν μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζωστῆρα, προσέθηκε τοῖς σταθμοῖς. πυνθανομένου δὲ τοῦ Σουλπικίου τί

morbus per eos ſerpebat ex cadaveribus promiſcue acervatis, caſtra habentes inter rudera; cineriſque cumuli aera torridum acremque, quum quid venti motum eſſet, excitantis, vapore corpora inter reſpirandum affecerunt. Præcipue nativi cœli commutatio, quum ex locis umbroſis & æſtate amœnorum plenis receſſuum, in humilem & gravem regionem ſub autumnum ſe conjeciſſent, & obſidio Capitolii, otiumque diuturnum (nam menſem jam ſeptimum reſides circumſidebant arcem) movit eos, ſtrageſque in caſtris tanta erat, ut ne ſepelirentur quidem præ multitudine cadavera. Neque erant interim in meliore ſtatu obſeſſi. Nam cum fames gliſcebat, tum, quid ageret Camillus quia ignorabant, langueſcebant animis. Quia enim cuſtodiebant barbari urbem arcte, nemo valebat ad eos penetrare. Itaque in tali rerum utrobique ſtatu, qui in ſtationibus erant milites, intulerunt inter ſe primo de paciſcendo mentionem. Quod ubi principibus placuit, inter Sulpitium tribunum militum & Brennum colloquio tranſacta res eſt, ut Romanus mille pondo auri daret: illi, ut his acceptis, ſtatim urbe & finibus decederent. His jurejurando firmatis, auroque apportato, pondera a Gallis allata iniqua, primum clam, mox aperte detractum lancis momentum, & perverſum eſt. Id Romanis indigne ferentibus, Brennus, addita inſolentia & contumelia, gladium diſcinxit, quem una cum balteo adjecit ponderibus. Tum Sulpitio

τί τοῦτο; Τί γὰρ ἄλλο, εἶπεν, ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; καὶ τοῦτο μὲν οὖν ἤδη παροιμιώδης λόγος γέγονε. τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ μὲν ἠγανάκτουν, καὶ τὸ χρυσίον ᾤοντο δεῖν λαβόντας αὖθις ἀπιέναι, καὶ τὴν πολιορκίαν ὑπομένειν· οἱ δὲ συγχωρεῖν ἐκέλευον ἀδικουμένους μέτρια, καὶ μὴ τῷ πλέον διδόναι προσλογίζεσθαι τὸ αἰσχρὸν, αὐτό γε τὸ δοῦναι διὰ τὸν καιρὸν οὐ καλῶς ἀλλ' ἀναγκαίως ὑπομένοντας.

Οὔσης δὲ περὶ τούτων πρός τε τοὺς Κελτοὺς καὶ πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς, ἄγων τὸν στρατὸν ὁ Κάμιλλος ἐν ταῖς πύλαις ἦν· καὶ πυθόμενος τὰ γινόμενα, τοὺς ἄλλους ἐκέλευσεν ἐν τάξει καὶ σχέδην ἐπακολουθεῖν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ἀρίστων ἐπειγόμενος, εὐθὺς ἐπορεύετο πρὸς τοὺς Ῥωμαίους. διαστάντων δὲ πάντων καὶ δεξαμένων αὐτὸν ὡς αὐτοκράτορα κόσμῳ καὶ σιωπῇ, τὸν μὲν χρυσὸν ἄρας ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ τοῖς ὑπηρέταις ἔδωκε, τὸν δὲ ζυγὸν καὶ τὰ σταθμὰ τοὺς Κελτοὺς λαβόντας ἀποχωρεῖν ἐκέλευσεν, εἰπὼν ὡς σιδήρῳ πάτριόν ἐστι Ῥωμαίοις, οὐ χρυσῷ τὴν πατρίδα σώζειν. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Βρέννου, καὶ φάσκοντος ἀδικεῖσθαι λυομένης τῆς ὁμολογίας, ἀντεῖπε μὴ νομίμως γεγονέναι, μηδὲ κυρίας εἶναι τὰς συνθήκας· ἤδη γὰρ αὐτοῦ δικτάτωρος ᾑρημένου, καὶ μηδενὸς ἄρχοντος ἑτέρου νόμῳ, πρὸς οὐκ ἔχοντας ἐξουσίαν ὁμολογηθῆναι. νυνὶ δὲ χρῆναι λέγειν ὅ, τι βούλονται· νόμῳ γὰρ ἥκειν κύριος γεγονὼς συγγνώμην τε δεομένοις δοῦναι, καὶ δίκην, εἰ μὴ μετανοοῦσιν, ἐπιθεῖναι τοῖς αἰτίοις. πρὸς ταῦτα θορυβηθεὶς ὁ Βρέννος, ἥψατο μὲν ἀψιμαχίας, καὶ προῆλθον ἄχρι ξιφουλκίας ἑκάτεροι καὶ διωθισμῶν, ἀναμεμιγμένοι πρὸς ἀλλήλους,

pitio quærente quid hoc rei esset, Quid aliud, inquit, quam væ victis? quod postea in proverbium abiit. Apud Romanos alii indignati, censereque recepto abeundum auro esse, sustinendamque obsidionem; alii dissimulandam putare mediocrem injuriam, nec id solum ipsis probrum æstimarent, quod plus quam essent pacti solverent, qui vel aliquid dare, temporibus postulantibus, non honeste quidem, sed necessario sustinerent.

Interea, dum Romani cum Gallis & inter se altercantur, venit Camillus cum exercitu ad portas. Qui, re intellecta quæ agebatur, jussit reliquos instructos composito gradu subsequi, ipse cum primoribus ad Romanos se actutum citato confert gradu. Romanis ei loco decedentibus recipientibusque ut summum magistratum modeste & cum silentio, aurum ex lance sublatum lictoribus tradit, trutinam & pondera recipere Gallis, & facessere jubet. Addit, ferro patriam non auro servare Romanis solemne esse. Fremente Brenno, & contra pacta affici se injuria conquerente, negat rite factam esse, neque ratam pactionem: Se namque creato dictatore, quum penes alium neminem imperium lege sit, cum iis quibus jus non esset pactos esse. Nunc dicendum esse quid velint, se adesse penes quem arbitrium lege sit petentibus veniam dandi, & supplicium sumendi, nisi pœniteat, ab autoribus. His Brennus turbatus cœpit tumultuari. Et jam manus utrinque gladiis admovebant, atque impellebant se invicem confusi, ut-

λυς, ὥσπερ εἰκὸς, ἐν οἰκίαις καὶ στενωποῖς ἀναστρεφομένοι, καὶ χωρίοις δέξασθαι παράταξιν οὐ δυναμένοις. ταχὺ δὲ συμφρονήσας ὁ Βρέννος, ἀπήγαγε τοὺς Κελτοὺς εἰς τὸ στρατόπεδον, οὐ πολλῶν πεσόντων. καὶ νυκτὸς ἀναστήσας ἅπαντας ἐξέλιπε τὴν πόλιν, καὶ προελθὼν ἑξήκοντα σταδίους, κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὴν Σαβινίαν ὁδόν. ἅμα δ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Κάμιλλος ἐπ' αὐτόν, ὡπλισμένος λαμπρῶς, καὶ τεθαῤῥηκότας ἔχων τότε τοὺς Ῥωμαίους. καὶ γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης ἐπὶ πολὺν χρόνον, αὐτούς τε τρέπεται πολλῷ φόνῳ, καὶ λαμβάνει τὸ στρατόπεδον. τῶν δὲ φευγόντων οἱ μὲν εὐθὺς ἀνῃρέθησαν καταδιωχθέντες, τοὺς δὲ πλείστους διασπαρέντας ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν πέριξ κωμῶν καὶ πόλεων ἔκτεινον.

Οὕτως μὲν ἡ Ῥώμη παραλόγως ἥλω, καὶ παραλογώτερον ἐσώθη, μῆνας ἑπτὰ τοὺς πάντας ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένη. παρελθόντες γὰρ εἰς αὐτὴν ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῶν Κυιντιλίων εἰδῶν, περὶ τὰς Φεβρουαρίας εἰδοὺς ἐξέπεσον. ὁ δὲ Κάμιλλος ἐθριάμβευσε μέν, ὡς εἰκὸς ἦν, τὸν ἀπολωλυίας σωτῆρα πατρίδος γενόμενον, καὶ καταγαγόντα τὴν πόλιν αὐτὴν εἰς ἑαυτήν. οἵ τε γὰρ ἔξωθεν ἅμα παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰσελαύνοντος κατῄεσαν, οἵ τε πολιορκηθέντες ἐν τῷ Καπιτωλίῳ μικροῦ δεήσαντες ἀπολέσθαι διὰ λιμόν, ἀπηντῶν περιβάλλοντες ἀλλήλους, καὶ δακρύοντες ἀπιστίᾳ τῆς παρούσης ἡδονῆς. ἱερεῖς τε καὶ ζάκοροι Θεῶν, ὅσα φεύγοντες αὐτόθι τῶν ἀβεβήλων ἔκρυψαν, ἢ σὺν αὐτοῖς ἐξέκλεψαν, ἀνασωζόμενα κομίζοντες, ἐπεδείκνυντο ποθουμένας ὄψεις τοῖς πολίταις δεχομένοις μετὰ χαρᾶς, ὥσπερ αὐτῶν τῶν Θεῶν αὖθις

εἰς

utpote qui inter ædificia & viarum angustias versarentur, in locisque ubi instrui non posset acies. Cæterum Brennus confestim ad se reversus, paucis desideratis, in castra Gallos reduxit. Nocte excitatis omnibus excessit urbe, progressusque ad octavum lapidem via Gabina castrametatus est. Simul atque diluxit, institit ei Camillus fulgentibus armis, cum exercitu tunc animi pleno, commissaque ad multum diei acri pugna, Gallos ingenti cæde fudit, fugavitque: cepit & castra eorum. Multos ex iis qui effusi in fugam erant, e vestigio Romani adepti, interfecerunt: maximam partem illi qui in vicis circa & oppidis habitabant invaserunt dissipatam, trucidaveruntque.

Ita Roma magno miraculo capta, majore est recuperata; quum septem totos menses in hostium potestate fuisset. Occupaverunt enim eam Galli paucis diebus post Idus Quintiles, exacti fuerunt Idibus Februariis. Camillus triumphavit, ut meritus erat, qui amissam servavit patriam, civitatemque ipsam in se reduxit: nam qui profugerant cum liberis & conjugibus, cum triumphante redierunt urbem invecto. Obsessi in Capitolio, qui pene extincti fame fuerant, occurrerunt aliis cum lacrymis, se mutuo præ insperato præsenti gaudio complectentes, sacerdotesque Deorum immortalium & æditui, quæ in fuga sacra aut ipsi defoderant, aut clam secum asportaverant, salva reportantes, lætum præbuerunt spectaculum civibus: qui eos, ut si ipsi cum illis Romam Dii remearent,

cum

εἰς τὴν Ῥώμην συγκατεσχημένην. θύσας δὲ τοῖς θεοῖς καὶ καθάρας τὴν πόλιν, ἐξηγουμένων τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, τὰ μὲν ὄντα τῶν ἱερῶν κατέστησεν, αὐτὸς δὲ ἱδρύσατο νεὼν Φήμης καὶ Κληδόνος, ἀνιχνεύων ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐν ᾧ νύκτωρ ἡ καταγγέλλουσα τὴν τῶν βαρβάρων στρατιὰν ἐκ θεοῦ τῷ Κεδικίῳ Μάρκῳ φωνὴ προσέπεσε. χαλεπῶς μὲν οὖν καὶ μόλις αἱ τῶν ἱερῶν ἀνεκαλύπτοντο χῶραι φιλοτιμίᾳ τοῦ Καμίλλου καὶ πόνῳ πολλῷ τῶν ἱεροφαντῶν.

Ὡς δὲ καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν ἔδει παντάπασι διεφθαρμένην, ἀθυμία πρὸς τὸ ἔργον ἐνέπιπτε τοῖς πολλοῖς, καὶ μέλλησις ἦν ἐστερημένοις ἁπάντων, καί τινος ἐν τῷ παρόντι ῥᾳστώνης καὶ ἀναπαύσεως ἐκ κακῶν δεομένοις μᾶλλον, ἢ κάμνειν καὶ ἀποτρύχειν ἑαυτοὺς, οὔτε χρήμασιν οὔτε σώμασιν ἐρρωμένους. οὕτω δὲ ἡσυχῇ πρὸς τοὺς Βηΐους αὖθις ἀποστρεφόμενοι, πόλιν ἅπασι κατεσκευασμένην καὶ διαμένουσαν, ἀρχὰς δημαγωγῶν ἐνέδοσαν τοῖς πρὸς χάριν εἰθισμένοις ὁμιλεῖν· καὶ λόγων ἠκροῶντο στασιαστικῶν πρὸς τὸν Κάμιλλον, ὡς ἐκείνου φιλοτιμίας ἕνεκα καὶ δόξης ἰδίας ἀποστεροῦντος αὐτοὺς πόλεως ἑτοίμης, καὶ βιαζομένου σκηνοῦν ἐρείπια, καὶ πυρκαϊὰν τοσαύτην ἐγείρειν, ὅπως μὴ μόνον ἡγεμὼν Ῥώμης καὶ στρατηγὸς, ἀλλὰ καὶ κτίστης λέγηται, παρώσας Ῥωμύλον. ἐκ τούτου φοβηθεῖσα τὸν θόρυβον ἡ βουλὴ, τὸν μὲν Κάμιλλον οὐκ εἴασε βουλόμενον ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ, καίπερ ἓξ μῆνας οὐδαμῶς ὑπερβάλλοντος ἑτέρου δικτάτωρος· αὐτὴ δὲ παρεμυθεῖτο καὶ κατεπρᾳΰνε πείθουσα καὶ δεξιουμένη τὸν δῆμον· ἐπιδεικνυμένη μὲν ἠρῷα καὶ τάφους πατέρων· ὑπομιμνήσκουσα δὲ χωρίων ἱερῶν καὶ τόπων ἁγίων, οὓς Ῥωμύλος ἢ Νυμᾶς,

ἢ

cum gratulatione receperunt. Camillus sacris operatus, lustravit urbem præeuntibus pontificibus, inde ædes sacras restituit priores. Novum etiam templum extruxit Aio Loquutio, quo loco nuntiam cælitus barbarorum adventus vocem audierat M. Ceditius. Incumbente Camillo, annitentibusque sacerdotibus, sacra loca magno labore inventa.

Ut necessarium visum est urbem instaurare, quæ proruta tota erat, desperatio plebem operis incessit cunctatioque, omnium rerum egenam. Quippe allevationem potius & refocillationem desiderabant, quam ut fatigarent & affligerent se, neque argento neque corporibus valentes. Ita sensim Veios respicientes, urbem omnibus instructam rebus & stantem, materiam præbuerunt hominibus ambitiosis populum concitandi, & auscultandis sermonibus adversus Camillum seditiosis. Illum enim ambitione adductum & privata gloria urbem ipsis invidere paratam, compellere vero ad ruinas colendas & ad excitandam, quæ tanquam ingens rogus erat, urbem: quo non solum dux Romanus & imperator, verum etiam, amoto Romulo, conditor appelletur. Hinc seditionem senatus metuens, (licet nullius unquam excesserat sex mensium spatium dictatura) ut abdicaret se intra annum dictatura Camillus, quum vellet, non permisit. Ipse etiam senatus hortando & prensando populum leniebat, mulcebatque; nunc monumenta & sepulcra majorum ostendens, nunc subjiciens fana & loca sacra quæ Romulus, Numa, aliive

reges

ἤ τις ἄλλος αὐτοῖς τῶν βασιλέων ἐπιθειάσας παρέδωκεν. ἐν πρώτοις δὲ τῶν θείων, τήν τε νεοσφαγῆ κεφαλὴν προὔφερον, ἐν τῇ θεμελιώσει τῇ τοῦ Καπιτωλίου φανεῖσαν, ὡς τῷ τόπῳ πεπρωμένον ἐκείνῳ τῆς Ἰταλίας κεφαλῇ γενέσθαι, καὶ τὸ τῆς Ἑστίας πῦρ, ὃ μετὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ τῶν παρθένων ἀναπτόμενον, αὖθις ἀφανίζειν καὶ σβεννύναι τοὺς προλιπόντας τὴν πόλιν, ὄνειδος αὐτοῖς ἐσόμενον, ἄν τε ὑπ᾽ ἄλλων οἰκουμένην ὁρῶσιν ἐπηλύδων καὶ ξένων, ἄν τ᾽ ἔρημον οὖσαν καὶ μηλόβοτον. τοιαῦτα καὶ πρὸς ἕκαστον ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πολλάκις ἐν τῷ δήμῳ σχετλιάζοντες, ἐπεκλῶντο πάλιν ὑπὸ τῶν πολλῶν, τὴν παροῦσαν ὀλοφυρομένων ἀμηχανίαν, καὶ δεομένων μὴ σφᾶς ὥσπερ ἐκ ναυαγίου γυμνοὺς καὶ ἀπόρους σωθέντας, προσβιάζεσθαι τὰ λείψανα τῆς διεφθαρμένης συμπηγνύναι πόλεως, ἑτέρας ἑτοίμης παρούσης.

Ἔδοξεν οὖν βουλὴν προθεῖναι τῷ Καμίλλῳ· καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸς διεξῆλθε παρακαλῶν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος. τέλος δὲ τὸν πρῶτον εἰωθότα λέγειν γνώμην, Λεύκιον Λουκρήτιον, ἀναστήσας, ἐκέλευσεν ἀποφήνασθαι πρῶτον, εἶτα τοὺς ἄλλους ἐφεξῆς. γενομένης δὲ σιωπῆς, καὶ τοῦ Λουκρητίου μέλλοντος ἐνάρχεσθαι, κατὰ τύχην ἔξωθεν ἑκατοντάρχης ἄγων τάγμα φυλακῆς ἡμερινῆς παρεπορεύετο, καὶ τὸν φέροντα πρῶτον τὸ σημεῖον μεγάλῃ φωνῇ προσαγορεύσας, ἐκέλευσεν αὐτοῦ μένειν καὶ τὸ σημεῖον τίθεσθαι· κάλλιστα γὰρ ἐνταῦθα καθεδεῖσθαι καὶ μένειν. ἅμα δὲ τῷ καιρῷ, καὶ τῇ περὶ τοῦ μέλλοντος ἐννοίᾳ καὶ ἀδηλότητι τῆς φωνῆς γενομένης, ὅ τε Λουκρήτιος ἔφη προσκυνήσας τῷ Θεῷ προστίθεσθαι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, καὶ τῶν ἄλλων ἑκα-

reges ſacraverant, atque ipſis reliquerant. Inter prima ſacra recens caput propoſuit, quod in moliendo Capitolii fundamento inventum, locum illum portendit caput Italiæ fore. Ad hæc, ſi Veſtæ ignes a virginibus poſt bellum accenſos obruerent iterum atque extinguerent relicta urbe, ceſſurum ipſis ignominiæ : ſive ab aliis habitatam Romam advenis vel alienigenis, ſive deſolatam aſpiciant ac deſertam. Hæc apud cives privatim & publice ſæpe in concione quiritantes, rurſus a plebe commovebantur præſentem lamentante inopiam, precanteque ne ſe tanquam ex naufragio nudos & omnium rerum indigos in unum cogerent, ut urbis reliquias everſæ, quum parata eſſet præ manibus altera, compingerent.

Viſum igitur Camillo eſt ſententias ſenatus perquirere. Quum autem multis ipſe diſſeruiſſet pro patria, multis etiam alii, quibuſcunque eſſet viſum ; poſtremo L. Lucretium, qui princeps dicere ſolebat primo loco ſententiam, deinde ordine reliquos rogavit. Silentio facto quum jam dicturus ſententiam Lucretius eſſet, forte centurio cohortem ſtationis diurnæ reducens illac, locum concilii tranſibat. Is ad primipilum exclamavit ut ibi maneret, ſignumque ſtatueret, Optime enim, inquit, hic manebimus. Huic voci tam opportune auditæ, cum de futuro incerti atque anxii conſulerent, Lucretius adoratis Diis eſt aſſenſus, omneſque alii pedibus in eam ſen-

ἄλλων ἕκαστος ἐπηκολούθησε. θαυμαστὴ δὲ καὶ τὸ πλῆθος εἶχε μεταβολὴ τῆς ὁρμῆς, ἀλλήλους παρακαλούντων καὶ τρεπομένων πρὸς τὸ ἔργον, οὐκ ἐκ διανομῆς τινος ἢ τάξεως, ἀλλ' ὡς ἕκαστος ἑτοιμότητος ἢ βουλήσεως εἶχε, τῶν χωρίων καταλαμβανομένων. διὸ καὶ τεταραγμένην τοῖς στενωποῖς καὶ συμπεφυρμένην ταῖς οἰκήσεσιν ἀνήγαγον τὴν πόλιν ὑπὸ σπουδῆς καὶ τάχους. ἐντὸς γὰρ ἐνιαυτοῦ λέγεται καὶ τοῖς τείχεσι καινὴ, καὶ ταῖς ἰδιωτικαῖς οἰκοδομαῖς ἀναστῆναι πάλιν. οἱ δὲ τοὺς ἱεροὺς τόπους ἀναλαβεῖν καὶ ὁρίσαι ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Καμίλλου, συγκεχυμένων πάντων, ὡς ἧκον ἐπὶ τὴν καλλιάδα τοῦ Ἄρεως, περιοδεύοντες τὸ Παλάτιον, αὐτὴν μὲν ὡς τὰ ἄλλα διεφθαρμένην καὶ κατακεκαυμένην εὗρον ὑπὸ τῶν βαρβάρων· σκευωρούμενοι δὲ καὶ καθαίροντες τὸ χωρίον, ἐντυγχάνουσι τῷ μαντικῷ ξύλῳ τοῦ Ῥωμύλου κατὰ τέφρας πολλῆς καὶ βαθείας καταδεδυκότι. τοῦτο δ' ἐστὶ μὲν ἐπικαμπὲς ἐκ θατέρου πέρατος, καλεῖται δὲ λίτυον· χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰς τῶν πλινθίων ὑπογραφὰς, ὅταν ἐπ' ὄρνισι διαμαντευόμενοι καθέζωνται, ᾧ καὶ ἐκεῖνος ἐχρῆτο μαντικώτατος ὤν. ἐπεὶ δ' ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, παραλαβόντες οἱ ἱερεῖς τὸ ξύλον, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἱερῶν, ἄψαυστον ἐφύλαττον. τοῦτο δὴ τότε, τῶν ἄλλων ἀπολωλότων, ἀνευρόντες διαπεφευγὸς τὴν φθορὰν, ἡδίους ἐγένοντο ταῖς ἐλπίσιν ὑπὲρ τῆς Ῥώμης, ὡς ἀΐδιον αὐτῇ τὴν σωτηρίαν τοῦ σημείου βεβαιοῦντος.

Οὔπω δὲ τῆς περὶ ταῦτα πεπαυμένοις ἀσχολίας αὐτοῖς, ἐπιπίπτει πόλεμος, Αἰκανῶν μὲν ἅμα καὶ Οὐολούσκων καὶ Λατίνων εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντων, Τυρρηνῶν δὲ πολιορκούντων Σούτριον, συμμαχίδα Ῥωμαίων πόλιν.

ἐπεὶ

cesserunt. Mirifica etiam in plebe consequuta voluntatis mutatio est, excitantibus se mutuo & incumbentibus ad ædificandum. Promiscue cœperunt & sine discrimine, prout paratus quisque fuit, aut qua cuique libuit, in vacuo ædificare. Unde festinatio & acceleratio curam exemit vicos dirigendi in ædificanda urbe, distinguendique ædificia: nam intra annum tradunt novam tum mœnibus tum privatis tectis stetisse urbem. Pontifices autem qui a Camillo loca sacra requirere & terminare erant jussi, omnibus mistis, ut ad Martis curiam Palatium lustrantes pervenerunt, offendunt eam sicut reliquas prostratam a barbaris atque exustam. In moliendo & purgando loco reperiunt sub magno cumulo cineris Romuli baculum, quo uti ad auspicia solitus erat. Is ab altera extremitate inflexus est, lituum vocant. Hujus in cœli regionibus describendis usus est auspicantibus, ad quod ille augurandi peritissimus illum habuerat. Romulo deinde ex conspectu hominum ablato, hunc baculum sacerdotes a contactu hominum servaverunt, ut rem sacram. Eo tunc amissis cæteris integro invento, læti spem conceperunt Romam hoc omine æternam significari fore.

Nondum his defunctos ærumnis repente occupat bellum. Æqui simulque Volsci & Latini fines Romanos populabantur. Thusci Sutrium obsidebant, socium populi Romani oppidum. Quum autem tribuni mi-

ἐπεὶ δ' οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες χιλίαρχοι στρατοπεδευσάμενοι περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος ὑπὸ τῶν Λατίνων ἐπολιορκοῦντο, καὶ κινδυνεύοντες ἀποβαλεῖν τὸ στρατόπεδον, εἰς Ῥώμην ἔπεμψαν, ἀποδείκνυται τὸ τρίτον Κάμιλλος δικτάτωρ. περὶ τούτου τοῦ πολέμου διττοὶ λόγοι λέγονται, δίειμι δὲ τὸν μυθώδη πρότερον. φασὶ τοὺς Λατίνους, εἴτε προφάσει χρωμένους, εἴτε βουλομένους ὡς ἀληθῶς ἀναμίξασθαι τὰ γένη πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς, πέμψαντας αἰτεῖν παρὰ τῶν Ῥωμαίων παρθένους ἐλευθέρας γυναῖκας. ἀπορούντων δὲ τῶν Ῥωμαίων τί χρὴ ποιεῖν, καὶ γὰρ τὸν πόλεμον ὠρρώδουν, οὔπω καθεστηκότες οὐδ' ἀνειληφότες αὑτούς, καὶ τὴν αἴτησιν τῶν γυναικῶν ὑπώπτευον ἐξομήρευσιν εἶναι, τοῦ δ' εὐπρεποῦς χάριν ἐπιγαμίαν καλεῖσθαι, θεραπαινίδα τοὔνομα Τουτούλαν, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, Φιλωτίδα, τοῖς ἄρχουσι παραινέσαι, πέμπειν σὺν αὑτῇ τῶν δμωΐδων τὰς ἐν ὥρᾳ μάλιστα καὶ ταῖς ὄψεσιν ἐλευθερίους, κοσμήσαντας ὡς νύμφας εὐγενεῖς, τὰ λοιπὰ δ' αὐτῇ μελήσειν. πεισθέντας δὲ τοὺς ἄρχοντας, ἐπιλέξασθαι τῶν θεραπαινίδων ὅσας ἐκείνη πρὸς τὴν χρείαν ἐδοκίμασε, καὶ κοσμήσαντας ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, παραδοῦναι τοῖς Λατίνοις, οὐ πάνυ πόρρω τῆς πόλεως στρατοπεδεύουσι. νύκτωρ δὲ, τὰς μὲν ἄλλας ὑφελέσθαι τὰ ἐγχειρίδια τῶν πολεμίων, τὴν δ' εἴτε Τουτούλαν, εἴτε Φιλωτίδα, προσβᾶσαν ἐρινεῷ μεγάλῳ καὶ παρατείνασαν ὀπίσω τὸ ἱμάτιον, ἆραι πυρσὸν εἰς τὴν Ῥώμην, ὥσπερ ἦν συγκείμενον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἄρχοντας, οὐδενὸς ἄλλου τῶν πολιτῶν εἰδότος. δι' ὃ καὶ θορυβώδη γίνεσθαι τὴν τῶν στρατιωτῶν ἔξοδον, ὡς κατήπειγον οἱ ἄρχοντες, ἀλλήλους ἀνακαλούντων, καὶ μόλις εἰς τὴν τάξιν καθισταμένων.

militum, qui exercitui præerant, ad Martium montem, ubi castra habebant, obsiderentur a Latinis, significassentque Romam quanto in periculo castra, ne expugnarentur a Latinis, versarentur, Camillus tertium dictator dicitur. Fama de hoc bello est duplex: fabulas primum percensebo. Latinos aiunt, sive in speciem, sive reipsa, instituisse de integro contrahere inter utramque gentem affinitatem, ac legatos misisse, qui ingenuarum puellarum a Romanis poscerent connubia. Fluctuantibus quid consilii caperent Romanis (quippe & bellum, qui nondum respiraverant neque collegerant se, horrebant, & postulatione connubii obsides suspicabantur peti, quod specioso titulo vocarent connubium) ancillam Tutolam nomine, ut alii dicunt, Philotidem, principibus subjecisse, secum ut mitterent ancillas, quæ ætate florente & liberali essent forma, in virginum ingenuarum morem excultas; reliqua sibi curæ fore. Principes probato consilio delegisse ex ancillis quas ad eam rem illa probasset, easque veste ornatas & mundo, Latinis, qui stativa non procul habebant ab urbe, tradidisse. Nocte cæteras gladios hostibus subtraxisse, Tutolam vel Philotidem, conscensa edita caprifico, & stola adversus castra obtensa, facem Romam versus sustulisse, quod ei cum magistratibus signum aliis insciis civibus convenerat. Quapropter tumultuarie a militibus excursum fuisse, quum instarent duces, sese mutuo appellantibus, vix ut instrui possent in aciem.

μένων. ἐπελθόντας δὲ τῷ χάρακι, τῶν πολεμίων οὐ προσδεχομένων καὶ καθευδόντων, ἑλεῖν τὸ στρατόπεδον, καὶ διαφθεῖραι τοὺς πλείστους. τοῦτο δὲ πραχθῆναι ταῖς νῦν Ἰουλίαις, τότε δὲ Κυϊντιλίαις νόνναις· καὶ τὴν ἀγομένην ἑορτὴν, ὑπόμνημα τῆς πράξεως ἐκείνης εἶναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἐξιόντες ἀθρόοι διὰ τῆς πόλεως, πολλὰ τῶν ἐπιχωρίων καὶ κοινῶν ὀνομάτων βοῇ φθέγγονται, Γάϊον, Μάρκον, Λούκιον, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· μιμούμενοι τὴν τότε γινομένην μετὰ σπουδῆς ἀλλήλων ἀνάκλησιν· ἔπειτα κεκοσμημέναι λαμπρῶς αἱ θεραπαινίδες, περιίασι παίζουσαι διὰ σκωμμάτων εἰς τοὺς ἀπαντῶντας. γίνεται δὲ καὶ μάχη τις αὐταῖς πρὸς ἀλλήλας, ὡς καὶ τότε τοῦ πρὸς τοὺς Λατίνους ἀγῶνος συνεπιλαμβανομένας. ἑστιώμεναι δὲ καθέζονται, κλάδοις συκῆς σκιαζόμεναι· καὶ τὴν ἡμέραν νόννας καπρατίνας καλοῦσιν, ὡς οἴονται διὰ τὸν ἐρινεὸν, ἀφ᾽ οὗ τὴν παιδίσκην τὸν πυρσὸν ἆραι· τὸν γὰρ ἐρινεὸν, καπρίφικον ὀνομάζουσιν. ἕτεροι δὲ τούτων τὰ πλεῖστα δρᾶσθαι καὶ λέγεσθαί φασιν ἐπὶ τῷ τοῦ Ῥωμύλου πάθει. κατ᾽ αὐτὴν γὰρ ἀφανισθῆναι τὴν ἡμέραν αὐτὸν ἔξω πύλης, ζόφου καὶ θυέλλης ἄφνω περιχυθείσης· ὡς δ᾽ ἔνιοι νομίζουσιν, ἐκλείψεως ἡλίου γενομένης. καὶ τὴν ἡμέραν ἀπὸ τούτου, νόννας καπρατίνας κληθῆναι. τὴν γὰρ αἶγα κάπραν ὀνομάζουσιν. ὁ δὲ Ῥωμύλος ἠφανίσθη δημηγορῶν περὶ τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος προσαγορευόμενον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται.

Τὸν δ᾽ ἕτερον λόγον οἱ πλεῖστοι τῶν συγγραφέων δοκιμάζοντες οὕτω λέγουσιν· ἀποδειχθεὶς δικτάτωρ τὸ τρίτον ὁ Κάμιλλος, καὶ πυθόμενος μετὰ τῶν χιλιάρχων στράτευμα πολιορκούμενον ὑπὸ τῶν Λατίνων καὶ τῶν Οὐολούσκων, ἠναγ-

aciem. Vallum nec opinantibus hostibus sopitisque adortos cepisse castra, atque maxima ex parte hostes obtruncasse; idque gestum Nonis Quintilibus, quas nunc appellant Julias. In hujus rei memoriam festum agi, quo primum agmine erumpentes urbe nomina plurima patria & vulgaria cient, Caium, Marcum, Lucium, & his similia, referentes mutuam illam in properando appellationem. Deinde splendide comptæ urbem circumeunt ancillæ, dicteria in obvium quemque jacientes. Pugnam quoque inter se conserunt, ut quæ etiam tum in prœlio cum Latinis inito operam navaverint suam. Ad epulum etiam consident ficulneis inumbratæ ramis. Eum diem Nonas Capratinas a caprifico, ut arbitrantur, ex qua facem edidisse ferunt puellam illam, nominant. Alii pleraque, quæ hic aguntur & dicuntur, referunt ad Romuli casum. Illo enim die ex oculis hominum extra portam abiisse Romulum, caligine subito cum procella coorta: ut autem nonnulli arbitrantur, sole deficiente. Atque hinc diem illum Nonas Capratinas a capra dictum. Nam Romulus (ut in vita ejus retulimus) quum ad paludem capræ appellatam haberet concionem, ex conspectu hominum ablatus est.

Cæterum plerique scriptores historiam alteram magis probant, quam hoc modo narrant: Dictator tertium Camillus dictus, nuntiato legiones cum tribunis militum a Latinis & Volscis obsideri, delectum habere

ἠναγκάσθη καὶ τοὺς οὐκ ἐν ὥρᾳ τῶν πολιτῶν, ἀλλ' ἤδη πρεσβεβηκότας καθοπλίσαι. περιελθὼν δὲ μακρὰν περίοδον περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος, καὶ λαθὼν τοὺς πολεμίους, ἵδρυσε τὴν στρατιὰν κατόπιν αὐτῶν, καὶ πυρὰ πολλὰ καύσας, διεσήμηνε τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν. οἱ μὲν οὖν πολιορκούμενοι θαῤῥήσαντες, ἐπιέναι διενοοῦντο, καὶ μάχην συνάπτειν· οἱ δὲ Λατῖνοι καὶ Οὐολέσκοι, συνείλαντες εἴσω τοῦ χάρακος ἑαυτοὺς, ἀπεσταύρουν ξύλοις πολλοῖς καὶ διεφράγνυντο πανταχόθεν τὸ στρατόπεδον, ἀμφίβολοι γεγονότες ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ περιμένειν ἐγνωκότες ἑτέραν οἴκοθεν δύναμιν, ἅμα δὲ καὶ Τυῤῥηνῶν προσδεχόμενοι βοήθειαν. τοῦτο δ' αἰσθόμενος ὁ Κάμιλλος, καὶ δεδοικὼς παθεῖν ὅπερ ἐποίησεν αὐτὸς τοὺς πολεμίους κυκλωσάμενος, ἔσπευδε προλαβεῖν τὸν καιρόν. ὄντος δὲ τοῦ περιφράγματος ξυλίνου, καὶ πνεύματος μεγάλου κατιόντος ἀπὸ τῶν ὀρέων ἅμα φάει, πυρὰ πολλὰ παρασκευασάμενος, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν, τοὺς μὲν ἄλλους ἐκέλευσε χρῆσθαι βέλεσι, καὶ καθ' ἕτερον μέρος κραυγῇ. αὐτὸς δὲ τοὺς τὸ πῦρ ἀφήσειν μέλλοντας ἔχων, ὅθεν εἰώθει μάλιστα προσπίπτειν ὁ ἄνεμος τῷ χάρακι τῶν πολεμίων, ἀνέμενε τὴν ὥραν. ἐπεὶ δὲ συνεστώσης τῆς μάχης ὅ, τε ἥλιος ἀνῄει, καὶ τὸ πνεῦμα λαμπρὸν ἐξέπιπτε, σημήνας ἐπιδρομὴν, κατέσπειρε τοῦ χάρακος ἄφθονα τῶν πυροβόλων. ταχὺ δὲ τῆς φλογὸς ἐν ὕλῃ πυκνῇ καὶ σταυρώμασι ξυλίνοις ἀνατραφείσης, καὶ κύκλῳ περινεμομένης, οὐδὲν ἴακος οὐδὲ σβεστήριον ἔχοντες οἱ Λατῖνοι παρεσκευασμένον, ὡς πλῆρες ἦν ἤδη τὸ στρατόπεδον πυρὸς, ἐπ' ὀλίγον συστελλόμενοι τόπον, ἐξέπιπτον ὑπ' ἀνάγκης πρὸς ὡπλισμένους

re non juniorum solum, sed majorum natu quoque coactus est, ac longo flexu Martium montem exercitu circumducto, castra a tergo hostium clam est metatus. Multis inde accensis ignibus significavit adventum suum. Ea re confirmati qui obsidebantur, invadere hostem & manus conserere meditantur. Latini autem & Volsci recipiunt se intra vallum, eum multa materia sepiunt, castraque undique muniunt præ ancipiti ab hostibus trepidatione, certi alteras copias ab domo expectare, simulque auxilia respicientes Hetruscorum. Hoc Camillus animadverso, veritus ne, quod ipse fecerat, qui hostes cinxerat, in se verteret, præripere maturat occasionem. Erat sepes, qua se munierant, lignea, & vis magna venti deferebatur a montibus simul atque dilucesceret. Igitur multo igne parato, copias summo mane eductas distribuit, ut alii in hostem missilia jacularentur, & magnum clamorem ex altera parte tollerent: alios, qui flammam injecturi erant, qua potissimum incumbere in vallum hostium solebat ventus, ducens, horam operiebatur. Ubi jam commissa pugna sol exortus est, & vehemens increbuit ventus, signo aggrediendi dato, grandinem telorum ignitorum ingessit vallo. Flamma ut materiam contextam, & vallum illico amplexa ligneum crevit, & in proxima se undique dissipavit; Latini, qui nihil haberent ad manum quo arcerent restinguerentque incendium, quum tota castra jam depasceretur ignis, angusto conglobati loco, in armatos

νας καὶ παρατεταγμένους πρὸ τοῦ χάρακος τοὺς πολεμίους. καὶ τούτων μὲν ὀλίγοι διέφυγον, τοὺς δὲ καταληφθέντας ἐν τῷ στρατοπέδῳ πάντας διέφθειρε τὸ πῦρ, μέχρις οὗ κατασβέσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τὰ χρήματα διήρπασαν.

Γεγονότων δὲ τούτων, ἀπολιπὼν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τὸν υἱὸν Λεύκιον φύλακα τῶν ἡλωκότων ἀνθρώπων καὶ χρημάτων, αὐτὸς εἰς τὴν τῶν πολεμίων ἐνέβαλε. καὶ τὴν Αἰκανῶν πόλιν ἑλὼν, καὶ προσαγαγόμενος τοὺς Οὐολούσκους, εὐθὺς ἦγε τὴν στρατιὰν πρὸς τὸ Σούτριον, οὔπω τὰ συμβεβηκότα τοῖς Σουτρίνοις πεπυσμένος, ἀλλ' ὡς ἔτι κινδυνεύουσι καὶ πολιορκουμένοις ὑπὸ τῶν Τυῤῥηνῶν βοηθῆσαι σπεύδων. οἱ δ' ἔτυχον ἤδη τὴν μὲν πόλιν τοῖς πολεμίοις παραδεδωκότες, αὐτοὶ δὲ πάντων ἐνδεεῖς, ἐν ἱματίοις μόνον ἀφειμένοι καὶ καθ' ὁδὸν ὄντι τῷ Καμίλλῳ μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ἀπήντων ὀδυρόμενοι τὰς ἑαυτῶν τύχας. ὁ δὲ Κάμιλλος, αὐτός τε πρὸς τὴν ὄψιν ἐπικλασθεὶς, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ὁρῶν, ἐμφυομένων αὐτοῖς τῶν Σουτρίνων, δακρύοντας καὶ δυσαναχετοῦντας ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις, ἔγνω μὴ ποιεῖσθαι τῆς τιμωρείας ἀναβολὴν, ἀλλ' εὐθὺς ἄγειν ἐπὶ τὸ Σούτριον ἐκείνης τῆς ἡμέρας, λογιζόμενος ἀνθρώπους εὐδαίμονα καὶ πλουσίαν πόλιν ἄρτι κατειληφότας, καὶ μηδένα τῶν πολεμίων ἀπολελοιπότας ἐν αὐτῇ, μηδὲ προσδεχομένους ἔξωθεν, ἐκλελυμένους παντάπασι καὶ ἀφυλάκτους εὑρήσειν. ὀρθῶς λογισάμενος· οὐ γὰρ μόνον τὴν χώραν ἔλαθε διελθὼν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῖς πύλαις γενόμενος, καὶ τὰ τείχη καταλαβών. ἐφύλαττε γὰρ οὐδεὶς, ἀλλ' ἐν οἴνῳ καὶ συνουσίαις ἦσαν ἐσκεδασμένοι κατὰ τὰς οἰκίας. ἐπεὶ δὲ ᾔσθοντο τοὺς πολεμίους κρατοῦντας, ἤδη οὕτω διέ-

matos & instructos pro vallo hostes compulsi sunt effundere se. Pauci horum evasere. Qui in castris restiterunt, flamma omnes absumti, dum igne restincto prædam Romani diripuerunt.

His actis Camillus, ad prædam captivosque servandos præfecto castris Lucio filio, profectus est ad fines hostium depopulandos; captoque Æquorum oppido, & Volscis ad deditionem redactis, confestim Sutrium movit, magnisque itineribus, ut in periculo constitutis & obsessis ab Hetruscis subveniret, (nondum enim clades ad eum perlata Sutrinorum fuerat) contendit. At illi dediderant jam hostibus urbem, omnibusque rebus exuti, atque cum singulis emissi vestimentis, in agmen Camilli cum liberis conjugibusque inciderunt, suamque lamentabantur sortem. Miserabili commotus specie ipse Camillus, quum Romanos cerneret, obtestantibus eos Sutrinis, non tenentes lacrymas, ac moleste casum eorum ferentes, decrevit neutiquam ultionem differre, eoque ipso die Sutrio admovere exercitum; reputans se hostes, copiosa modo capta & opulenta urbe, in qua nullus reliquus hostis esset, neque aliunde timerent, solutos prorsus ac sine stationibus deprehensurum. Nec eum fefellit opinio: non solum enim iter ejus per fines inexploratum hostibus fuit, verum etiam antequam animadverterent ad portas accessit, murosque tenuit. Neglecta enim invenit omnia, atque effuderant sese omnes intra tecta in vinum & epulas. Ubi senserunt hostes jam in urbe esse, adeo demersi epu-

διέκειντο μοχθηρῶς ὑπὸ πλησμονῆς καὶ μέθης, ὡς μηδὲ πρὸς φυγὴν ὁρμῆσαι πολλούς, ἀλλ' ἐν ταῖς οἰκίαις αἴσχιστα πάντων ὑπομένοντας ἀποθνήσκειν, ἢ παραδιδόναι σφᾶς αὐτοὺς τοῖς πολεμίοις. τὴν μὲν οὖν Σουτρίνων πόλιν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ δὶς ἁλοῦσαν οὕτω συνέβη καὶ τοὺς ἔχοντας ἀποβαλεῖν, καὶ τοὺς ἀφῃρημένους ἀπολαβεῖν διὰ Κάμιλλον.

Ὁ δ' ἀπὸ τούτων θρίαμβος αὐτῷ χάριν οὐκ ἐλάττονα καὶ κόσμον ἤνεγκε τῶν πρώτων δυοῖν. καὶ γὰρ τοὺς πάνυ βασκαίνοντας τῶν πολιτῶν, καὶ πάντα βουλομένους εὐτυχίᾳ τινὶ μᾶλλον ἢ δι' ἀρετὴν κατορθοῦσθαι, τότ' ἠνάγκαζον αἱ πράξεις τῇ δεινότητι καὶ τῷ δραστηρίῳ τοῦ ἀνδρὸς ἀποδιδόναι τὴν δόξαν. ἦν δὲ τῶν διαμαχομένων αὐτῷ καὶ προσφθονούντων ἐπιφανέστατος, Μάρκος Μάλλιος, ὁ πρῶτος ὠσάμενος τοὺς Κελτοὺς ἀπὸ τῆς ἄκρας, ὅτε τῷ Καπιτωλίῳ νυκτὸς ἐπέθεντο, καὶ διὰ τοῦτο Καπιτωλῖνος ἐπικληθείς. οὗτος γὰρ ἀξιῶν πρῶτος εἶναι τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ δυνάμενος τὸν Κάμιλλον ἀπὸ τοῦ βελτίστου τρόπου τῇ δόξῃ παρελθεῖν, ὑπόθεσιν τυραννίδος ἐποιήσατο κοινὴν καὶ συνήθη, δημαγωγῶν τοὺς πολλούς, μάλιστα δὲ τῶν ὀφειλόντων χρέα, τοῖς μὲν ἀμύνων καὶ συνδικῶν πρὸς τοὺς δανειστάς, τοὺς δ' ἀφαιρούμενος βίᾳ, καὶ κωλύων ἄγεσθαι πρὸς τὸν νόμον ἐπὶ τοὺς δανειστάς, ὥστε πολλοὺς τῶν ἀπόρων ταχὺ περὶ αὐτὸν γενέσθαι καὶ πολὺν φόβον παρέχειν τοῖς βελτίστοις τῶν πολιτῶν θρασυνομένους καὶ ταράττοντας τὴν ἀγοράν. ἐπεὶ δὲ κατασταθεὶς ἐπὶ ταῦτα δικτάτωρ Κόϊντος Καπιτωλῖνος εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐνέβαλε τὸν Μάλλιον, ὁ δὲ δῆμος γενομένου τούτου μετέβαλε τὴν ἐσθῆτα, πρᾶγμα γινόμενον ἐπὶ συμφοραῖς μεγάλαις καὶ δημοσίαις, δείσασα τὸν θόρυβον ἡ σύγκλητος ἐκέλευσεν ἀφεθῆναι τὸν Μάλλιον. ὁ δ' οὐδὲν ἦν ἀφε-

θεὶς

epulis erant & crapula, ut plerique ne fugam quidem tentarent, ſed intra tecta cum ſumma turpitudine, vel cæderentur, vel in poteſtatem ſe darent hoſtium. Ita Sutrium bis eodem die captum eſt, evenitque ut qui oppidum ceperant, id amitterent, & qui amiſerant, opera id recuperarent Camilli.

Ductus hinc triumphus non ſecus gratus clarusſque ac duo priores fuit. Nam cives præcipue in eum malevolos, quique omnia ejus præclara facta fortunæ potius accepta quam virtuti ejus referebant, tum res geſtæ conſilio ejus atque virtuti adegerunt omnem adſcribere gloriam. Inter adverſarios & æmulos ejus princeps erat M. Manlius, is qui ex arce depulerat primus Gallos, quum Capitolium eſſent nocte adorti: unde nomen illi impoſitum Capitolino. Hic primatum affectans in civitate, quum bonis artibus ſuperare laudes Camilli non valeret, viam ad tyrannidem affectavit communem illam & vulgatam ſubeunda plebe, maxime obæratis. Itaque dum hos adverſus fœneratores defendit patrocinaturque, illos vi eripit ac duci lege prohibet; brevi magna manus ſtipat eum egenorum, quorum audacia & tumultus in foro in ingentem optimates adduxit metum. Dictator Q. Capitolinus ob hanc cauſam dictus, in vincula quum duci Manlium imperaſſet, plebs, quod fieri niſi in gravibus calamitatibus & publicis non ſolet, veſtem mutavit. Ita ſenatus ſeditionis timore dimitti juſſit Manlium. Ille ob id nihilo

factus

θεὶς ἀμείνων, ἀλλὰ σοβαρώτερον ἐδημαγώγει, καὶ διεστασίαζε τὴν πόλιν. αἱρεῖται δὲ πάλιν χιλίαρχον τὸν Κάμιλλον. εἰσαγομένων δὲ τῶν κατὰ τοῦ Μαλλίου δικῶν, μεγάλα τοὺς κατηγόρους ἔβλαπτεν ἡ ὄψις. ὁ γὰρ τόπος ἐφ' οὗ βεβηκὼς ὁ Μάλλιος ἐνυκτομάχησε πρὸς τοὺς Κελτοὺς, ὑπεφαίνετο τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ παρεῖχεν οἶκτον τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸς τὰς χεῖρας ὀρέγων ἐκεῖσε, καὶ δακρύων ὑπεμίμνησκε τῶν ἀγώνων, ὥστε τοὺς κρίνοντας ἀπορεῖν, καὶ πολλάκις ἀναβάλλεσθαι τὴν δίκην, μήτ' ἀφιέναι βουλομένους ἐπὶ τεκμηρίοις φανεροῖς τὸ ἀδίκημα, μήτε χρήσασθαι τῷ νόμῳ δυναμένους, ἐν ὀφθαλμοῖς τῆς πράξεως οὔσης διὰ τὸν τόπον. ὁ δὴ συμφρονήσας ὁ Κάμιλλος μετήγαγεν ἔξω πύλης τὸ δικαστήριον εἰς τὸ Πετηλῖνον ἄλσος· ὅθεν οὐκ ὄντος τοῦ Καπιτωλίου καταφανοῦς, ὅ, τε διώκων ἐχρήσατο τῇ κατηγορίᾳ, καὶ τοῖς κρίνουσι παρεχώρησεν ἡ μνήμη τῶν γεγονότων, ἀξίαν λαβεῖν ὀργὴν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀδικήμασιν. ὁ μὲν οὖν Μάλλιος ἁλοὺς, εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀπήχθη, καὶ κατὰ τῆς πέτρας ὠσθεὶς, τὸν αὐτὸν τόπον ἔσχε καὶ τῶν εὐτυχεστάτων ἔργων καὶ τῶν μεγίστων ἀτυχημάτων μνημεῖον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ κατασκάψαντες, ἱερὸν ἱδρύσαντο θεᾶς ἣν Μονήταν καλοῦσιν, καὶ τὸ λοιπὸν ἐψηφίσαντο μηδένα τῶν πατρικίων ἐπὶ τῆς ἄκρας κατοικεῖν.

Ὁ δὲ Κάμιλλος ἐπὶ χιλιαρχίαν ἕκτην καλούμενος, παρῃτεῖτο, γεγονὼς μὲν ἡλικίας ἤδη πρόσω, καί πού τινα καὶ φθόνον δεδιὼς καὶ νέμεσιν ἐπὶ δόξῃ τοσαύτῃ καὶ κατορθώμασιν. ἡ δὲ φανερωτάτη τῶν αἰτιῶν, ἦν ἀρρωστία τοῦ σώμα-

factus melior, insolentius factionibus & seditionibus civitatem implet. Camillo igitur rursus creato tribuno militum, quum esset Manlio dies dicta, accusatores impediebat magnopere loci conspectus. Nam locus, unde nocte rejecerat Manlius Gallos, erat ex Capitolio in foro conspicuus, movebatque præsentes, quum eo manus tenderet, & lacrymabundus illius decoris renovaret memoriam. Unde perplexi judices diem sæpius distulerunt; qui neque liberare eum manifestis convictum indiciis crimine poterant in animum inducere, neque, quum locus tantum subjiceret oculis factum, lege agere valebant. Quod ubi consideravit Camillus, extra portam in Petelinum lucum, unde conspectus non esset in Capitolium, judicium traduxit. Ibi accusator crimen intendit, nec judices impedivit priorum facinorum memoria, quin dignas præsentibus sceleribus pœnas ei irrogarent. Manlius, ubi damnatus est, in Capitolium ductus, ac de saxo præcipitatus, locum eundem habuit & eximiæ gloriæ & tristissimi exitus monumentum. Populus Romanus domum ejus demolitus, in area ædem Deæ, quam Monetam vocant, ædificavit, latumque ad populum est, ne quis post hac patricius in arce habitaret.

Porro Camillus sextum tribunatum sibi oblatum deprecatur. Nam præterquam quod exacta jam esset ætate, etiam invidiam habebat vicissitudinemque fortunæ ex tanta gloria & fœlicitate suspectam. Apertissime autem excusavit ob corporis valetudinem:

σώματος· ἐτύγχανε γὰρ νοσῶν περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας. οὐ μὴν παρῆκεν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ὁ δῆμος, ἀλλὰ βοῶν, μήτε ἱππεύοντος αὐτοῦ μήτε ὁπλομαχοῦντος ἐν τοῖς ἀγῶσι δεῖσθαι, βουλομένου δὲ μόνον καὶ προστάττοντος, ἠνάγκασεν ὑποστῆναι τὴν στρατηγίαν, καὶ μεθ' ἑνὸς τῶν συναρχόντων Λουκίου Φουρίου τὸν στρατὸν ἄγειν εὐθὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους. οὗτοι δ' ἦσαν Πραινεστῖνοι καὶ Οὐολοῦσκοι, μετὰ πολλῆς δυνάμεως τὴν συμμαχίδα τῶν Ῥωμαίων πορθοῦντες. ἐξελθὼν δὲ καὶ παραστρατοπεδεύσας τοῖς πολεμίοις, αὐτὸς μὲν ἠξίου τρίβειν τὸν πόλεμον χρόνῳ, κἂν εἰ μάχης δεήσειε, ῥώσας τὸ σῶμα διαγωνίσασθαι. Λουκίου δὲ συνάρχοντος ἐπιθυμίᾳ δόξης φερομένου πρὸς τὸν κίνδυνον ἀκατασχέτως, καὶ συνεξορμῶντος ἅμα ταξιάρχους καὶ λοχαγούς, φοβηθεὶς μὴ φθόνῳ δή τινι δοκῇ κατόρθωμα καὶ φιλοτιμίαν ἀφαιρεῖσθαι νέων ἀνδρῶν, συνεχώρησεν ἄκων ἐκείνῳ παρατάξαι τὴν δύναμιν, αὐτὸς δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑπελείφθη μετ' ὀλίγων ἐν τῷ στρατοπέδῳ. τοῦ δὲ Λουκίου προπετῶς χρησαμένου τῇ μάχῃ, καὶ σφαλέντος, αἰσθόμενος τὴν τροπὴν τῶν Ῥωμαίων, οὐ κατέσχεν αὐτόν, ἀλλ' ἀναθορὼν ἐκ τῆς στιβάδος, ἀπήντα μετὰ τῶν ὀπαδῶν ἐπὶ τὰς πύλας τοῦ χάρακος, διὰ τῶν φευγόντων ὠθούμενος εἰς τοὺς διώκοντας· ὥστε τοὺς μὲν εὐθὺς ἀναστρέφειν καὶ συνακολουθεῖν, τοὺς δὲ, προσφερομένους ἔξωθεν, ἵστασθαι πρὸ αὐτοῦ καὶ συνασπίζειν, παρεγγυῶντας ἀλλήλοις μὴ ἀπολείπεσθαι τοῦ στρατηγοῦ. τότε μὲν οὖν οὕτως ἀπετράποντο τῆς διώξεως οἱ πολέμιοι· τῇ δ' ὑστεραίᾳ προαγαγὼν τὴν δύναμιν ὁ Κάμιλλος, καὶ συνάψας μάχην, αὐτούς τε νικᾷ κατὰ κράτος, καὶ τὸν χάρακα λαμβάνει

συνει-

nem: siquidem iisdem forte diebus morbo detinebatur. Enimvero non concedere ei vacationem populus, sed clamare, non equitis ab eo, non peditis in prœliis munus, consilium duntaxat & ductum requirere. Itaque suscipere magistratum, & uno adjuncto ex collegis L. Furio, compulerunt eum in hostes ducere. Prænestini & Volsci hi erant, qui ingentibus copiis vastabant sociorum populi Romani fines. Ab urbe profectus castra hostium castris contulit, eo animo ut bellum traheret: quod si dimicandum plane esset, confirmato corpore ut pugnaret. Quum vero collega ejus Lucius gloriæ cupidine postularet ferociter conflictum, incenderetque simul centuriones ac manipulares, veritus ne invidia videretur junioribus victoriam & decus e manibus eripere; quum invitus educere illi in aciem permisisset legiones, ob valetudinem & imbecillitatem cum paucis substitit in castris. Postquam inconsulte Lucius in certamen provectus titubavit, animadverso Camillus Romanos terga dare, non continuit se, sed exiliens ex lectulo occurrit cum comitatu suo ad portas castrorum, & per medios fugientes intulit se in instantem victis hostem. Ergo Romani partim extemplo pugnam repetentes sequuntur Camillum, partim qui adhuc se ex fuga recipiebant, objiciunt se pro duce conglobantque cohortantes inter se, ne desererent ducem. Hoc modo tum hostes ab insectando repressit. Postero die educit copias Camillus, hostesque signis collatis fundit, atque in castra una cum effusis in fugam illatus, ingentem

stra-

συνεισπεσὼν τοῖς φεύγουσι, καὶ διαφθείρας τοὺς πλείστους. ἐκ δὲ τούτου πυθόμενος πόλιν Σατρίαν ὑπὸ Τυρρηνῶν ἑαλωκέναι, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀπεσφάχθαι, Ῥωμαίους ἅπαντας ὄντας, τὴν μὲν πολλὴν καὶ βαρεῖαν τῆς δυνάμεως εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν, αὐτὸς δὲ τοὺς ἀκμάζοντας μάλιστα καὶ προθυμοτάτους ἀναλαβὼν, ἐπεβάλετο τοῖς τὴν πόλιν ἔχουσι Τυρρηνοῖς· καὶ κρατήσας, τοὺς μὲν ἐξήλασεν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀπέκτεινεν.

Ἐπανελθὼν δὲ μετὰ πολλῶν λαφύρων εἰς Ῥώμην, ἐπέδειξε φρονιμωτάτους ἁπάντων, τοὺς μὴ φοβηθέντας ἀσθένειαν καὶ γῆρας ἡγεμόνος ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν ἔχοντος, ἀλλ᾽ ἑλομένους ἐκεῖνον ἄκοντα καὶ νοσοῦντα μᾶλλον ἢ τῶν ἐν ἡλικίᾳ τοὺς δεομένους καὶ σπουδάζοντας ἄρχειν. διὸ καὶ Τουσκλάνων ἀφεστάναι λεγομένων, ἐκέλευον ἐξιέναι τὸν Κάμιλλον ἐπ᾽ αὐτοὺς, ἕνα τῶν πέντε συστρατήγων προσελόμενον. ὁ δὲ, καίπερ ἁπάντων βουλομένων καὶ δεομένων, ἐάσας τοὺς ἄλλους, προσείλετο Λεύκιον Φούριον, οὐδενὸς ἂν προσδοκήσαντος. ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ παρὰ γνώμην τοῦ Καμίλλου διαγωνίσασθαι προθυμηθεὶς ἔναγχος, καὶ δυστυχήσας περὶ τὴν μάχην· ἀλλὰ βουλόμενος, ὡς ἔοικεν, ἀποκρύψαι τὴν συμφορὰν, καὶ τὴν αἰσχύνην ἀπαλλάξαι τοῦ ἀνδρὸς, ἀντὶ πάντων τοῦτον προῆγεν. οἱ δὲ Τουσκλάνοι τὴν ἁμαρτίαν ἐπανορθούμενοι πανούργως, ἤδη βαδίζοντος ἐπ᾽ αὐτοὺς τοῦ Καμίλλου, τὸ μὲν πεδίον ἀνθρώπων ὡς ἐν εἰρήνῃ γεωργούντων καὶ νεμόντων ἐνέπλησαν, τὰς δὲ πύλας εἶχον ἀνεῳγμένας, καὶ τοὺς παῖδας ἐν τοῖς διδασκαλείοις μανθάνοντας. τοῦ δὲ δήμου τὸ μὲν βάναυσον ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων ἑωρᾶτο περὶ τὰς τέχνας, τὸ δ᾽ ἀστεῖον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐν

ſtragem edit. Inde quum expugnatum Satricum intellexiſſet a Tuſcis, & colonos fœde trucidatos, qui Romani omnes erant, pleroſque milites & gravem armaturam remiſit Romam. Trahens autem ſecum ex delecta juventute impigerrimos quoſque, eos qui oppidum tenebant adortus Thuſcos eſt. Fuſos partim expulit urbe, partim interfecit.

Regreſſus cum ingenti præda Romam, demonſtravit prudentiſſimos eſſe, qui non deterriti valetudine & ætate ducis, uſu & animo præditum vegeto tergiverſantem deſignaverant, affectumque præ florentibus ætate qui imperium ambitioſe flagitarent. Quare quum defectio Tuſculanorum nuntiaretur, mandant id bellum Camillo; unum tantum ex quinque collegis allegeret ſibi. Ille cæteris, quamvis peterent & cuperent omnes, præteritis, contra expectationem omnium optavit L. Furium. Is ille erat, qui modo invito Camillo certaminis avidus, prœlium infeliciter commiſerat. At hic, ut ſcilicet obrueret eam calamitatem, ac collegæ infamiam levaret, præpoſuit eum cæteris. At Tuſculani errorem callide avertentes, quum eſſet jam in expeditione adverſus ipſos Camillus, aratoribus paſtoribuſque agros, ut in alta pace, compleverant, patebant portæ, pueri in ludis operam literis dabant, ex vulgo opifices ſuo quiſque operi intenti conſpiciebantur, oppidani in foro ob-

ἐν ἱματίοις· οἱ δ' ἄρχοντες περιήεσαν σπουδῇ καταλύσεις τοῖς Ῥωμαίοις ἐπαγγέλλοντες, ὡς οὐδὲν κακὸν προσδοκῶντες, οὐδὲ συνειδότες. τούτων δὲ πραττομένων, ἀπιστεῖν μὲν οὐκ ἐπῄει τῷ Καμίλλῳ τὴν προδοσίαν, οἰκτείρας δὲ τὴν ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ μετάνοιαν αὐτῶν, ἐκέλευσε πρὸς τὴν σύγκλητον ἐλθόντας παραιτεῖσθαι τὴν ὀργήν· καὶ παραιτουμένοις συνέπραξεν αὐτός, ἀφεθῆναί τε τὴν πόλιν αἰτίας ἁπάσης, καὶ μεταλαβεῖν ἰσοπολιτείας. αὗται μὲν οὖν ἐγένοντο τῆς ἕκτης χιλιαρχίας ἐπιφανέσταται πράξεις.

Μετὰ δὲ ταῦτα, Λικιννίου Στόλωνος ἐν τῇ πόλει μεγάλην στάσιν ἐγείραντος, ἣν ὁ δῆμος ἐστασίαζε πρὸς τὴν σύγκλητον, βιαζόμενος, δυεῖν ὑπάτων καθισταμένων, τὸν ἕτερον ἐκ δημοτῶν εἶναι, καὶ μὴ συναμφοτέρους πατρικίους, δήμαρχοι μὲν ᾑρέθησαν, τὰς δ' ὑπατικὰς ἀρχαιρεσίας ἐπιτελεσθῆναι διεκώλυσαν οἱ πολλοί. καὶ πραγμάτων δι' ἀναρχίας φερομένων ἐς μείζονας ταραχάς, ἀποδείκνυται δικτάτωρ ὁ Κάμιλλος ὑπὸ τῆς βουλῆς ἄκοντι τῷ δήμῳ, τὸ τέταρτον· οὐδ' αὐτὸς ὢν πρόθυμος, οὐδὲ βουλόμενος ἐναντιοῦσθαι πρὸς ἀνθρώπους παρρησίαν ἔχοντας ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγώνων πρὸς αὐτόν, ὡς πλείονα μετ' αὐτῶν διαπεπραγμένος ἐν στρατηγίαις, ἢ μετὰ τῶν πατρικίων ἐν ταῖς πολιτείαις· καὶ νῦν διὰ φθόνον ἐκείνων ᾑρημένος ὑπ' αὐτῶν, ὅπως ἢ καταλύσειε τὸν δῆμον ἰσχύσας, ἢ καταλυθείη μὴ κρατήσας. οὐ μὴν ἀλλὰ πειρώμενος ἀμύνειν τοῖς παροῦσι, τὴν ἡμέραν γνοὺς ἐν ᾗ νομοθετεῖν οἱ δήμαρχοι διενοοῦντο, προέγραψε στρατιᾶς κατάλογον, καὶ μετεκάλει τὸν δῆμον ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸ πεδίον, μεγάλας ζημίας ἀπειλῶν

κατὰ

obverſabantur togati, magiſtratus ſedulo circumibant ad deſignandum Romanis hoſpitia, tanquam remoti ab omni ſuſpicione eſſent mali, nec cujuſquam ſibi commiſſi conſcii. Hæc res non exemit quidem eos apud Camillum proditionis opinione, ſed illorum pœnitentia ex proditione flexit eum ad miſericordiam; ſenatum adire juſſit iis pœnam deprecatum. Deprecantibus adſuit Camillus, ut & crimine liberarentur, & civitatem impetrarent. Hæc Camilli præclariſſima in ſexto tribunatu geſta fuere.

Poſt hæc Licinio Stolone ingentem in urbe concitante tumultum (nam plebs inſurgebat adverſus patres, ut duorum conſulum, qui quotannis deſignarentur, alter ex ſuo corpore crearetur, non patricii ambo) tribuni militum creati ſunt, comitia conſularia celebranda impedivit plebs. Quum igitur res, magiſtratibus non creatis, ad graviorem ſpectaret motum, Camillus quartum dictator a ſenatu plebe invita creatus eſt, haud ſane etiam ipſe volens; ut qui committi nollet cum hominibus, quibus licebat ex multis & ancipitibus prœliis libere & vere dicere plura ſe cum ipſis militiæ, quam domi geſſiſſe cum patriciis: nunc vero eorum odio eſſet lectus, ut aut ipſe, ſi ſuperior foret, multitudinem opprimeret, aut opprimeretur victus. Attamen quo mederetur huic malo conatus, quum diem præſciret qua ferre rogationem deſtinaverant tribuni plebis; in eam delectum edicit, populumque evocat ex concione in campum, magnam mulctam denuntians

nuntians

καὶ τοῦ μὴ ὑπακούσαντος. τῶν δὲ δημάρχων ἐκεῖθεν αὖ πάλιν ἀντανισταμένων ταῖς ἀπειλαῖς καὶ διομνυμένων πέντε μυριάσιν ἀργυρίου ζημιώσειν, εἰ μὴ παύσοιτο τοῦ δήμου τὸν νόμον ἀφαιρούμενος καὶ τὴν ψῆφον, εἴτ' οὖν δείσας φυγὴν ἑτέραν καὶ καταδίκην, ὡς ἂν ἤδη πρεσβύτῃ καὶ κατειργασμένῳ πολλὰ μὴ πρέπουσαν, εἴτε τοῦ πλήθους τὴν βίαν ἄμαχον οὖσαν καὶ δυσκίνητον ὑπερβαλέσθαι μὴ δυνάμενος, τότε μὲν ὑπεχώρησεν οἴκαδε· ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις σκηψάμενος ἀῤῥωστεῖν, ἐξωμόσατο τὴν ἀρχήν. ἡ δὲ σύγκλητος ἕτερον δικτάτορα κατέστησε· κἀκεῖνος ἀποδείξας ἵππαρχον, αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα τῆς στάσεως Στόλωνα, παρῆκεν ἐπικυρῶσαι τὸν νόμον τὸν μάλιστα λυποῦντα τοὺς πατρικίους. ἐκέλευσε δ' οὗτος μηδένα πλέθρων πεντακοσίων πλείονα χώραν κεκτῆσθαι. τότε μὲν οὖν λαμπρὸς ὁ Στόλων ἐγεγόνει, τῇ ψήφῳ κρατήσας. ὀλίγῳ δ' ὕστερον αὐτὸς ἑάλω κεκτημένος ὅσην ἔχειν ἐκώλυεν ἑτέρους, καὶ κατὰ τὸν αὑτοῦ νόμον δίκην ἔδωκεν.

Ὑπολειπομένης δὲ τῆς περὶ τῶν ὑπατικῶν ἀρχαιρεσιῶν φιλονεικίας, ὃ δὴ χαλεπώτατον τῆς στάσεως ἦν, καὶ πρῶτον ἦρξε, καὶ πλεῖστα πράγματα τῇ βουλῇ παρέσχε διαφερομένῃ πρὸς τὸν δῆμον, ἀγγελίαι προσέπεσον σαφεῖς, Κελτοὺς αὖθις ἀπὸ τῆς Ἀδριατικῆς ἄραντας θαλάσσης, μυριάσι πολλαῖς ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν. ἅμα δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὰ ἔργα τοῦ πολέμου παρῆν, πορθουμένης τῆς χώρας, καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοις μὴ ῥᾴδιον ἦν εἰς τὴν Ῥώμην καταφυγεῖν, ἀνὰ τὰ ὄρη σκεδαννυμένων. οὗτος ὁ φόβος κατέπαυσε τὴν στάσιν, καὶ συνελθόντες εἰς ταὐτὸ τοῖς πολλοῖς οἱ κράτιστοι καὶ τῇ βουλῇ τῶν δημοτικῶν, εἵλοντο πάντες ἐκ μιᾶς γνώμης δικτάτορα τὸ πέμπτον, τὸν Κάμιλλον. ὁ δ' ἦν

μὲν

nuntians ei qui ad nomen non respondisset. Contra tribuni certare minis atque dejerare, si pergeret, quo minus suffragia inire de lege valeret populus, obstare, quingenum millium aeris ei mulctam dicturos. Igitur, sive alterum exilium & damnationem veritus, ut aetate jam gravi & tantis rebus gestis indignam, sive tantae plebis procellae & pertinaciae impar, tunc quidem domum se recepit: insequentibus diebus causatus valetudinem, abdicavit se dictatura. Senatus alium dictatorem creavit. Qui magistro equitum dicto ipso seditionis duce Stolone, legem maxime adversam nobilitati (qua cautum est ne quis plus quingenta jugera agri possideret) permisit perrogari. In praesentia quidem Stolo plebiscito victor magnificus, paulo post convictus tenere modum agri quem caeteris interdixerat, sua ipse lege mulctatus est.

Quum superesset jam, quod acerrimum erat, & fuerat primum motum, quodque plurimum torquebat senatum cum plebe certantem, de comitiis consularibus contentio; nuntii repente pro certo adferunt, iterum Gallos a mari Adriatico ingentibus copiis Romam contendere: & una cum fama aderant belli calamitates, vastabantur agri, homines, quibus receptus Romam erat clausus, per montes vagi spargebantur. Hic timor seditionem compressit, consentientesque cum plebe & ejus consilio patres, uno animo quintam dictaturam deferunt Camillo. Erat is tum exacta

acta

μὲν σφόδρα γέρων, καὶ μικρὸν ἀπέλειπεν ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονέναι· συνορῶν δὲ τὴν ἀνάγκην καὶ τὸν κίνδυνον, οὔτε ὑποτίμησιν εἰπών, ὡς πρότερον, οὔτε προφάσει χρησάμενος, ἀλλ᾽ αὐτόθεν ὑποστὰς τὴν στρατηγίαν, κατέλεγε τοὺς μαχησομένους. εἰδὼς δὲ τὸ τῶν βαρβάρων ἀλκῆς τὴν βιαιοτάτην ἐν ταῖς μαχαίραις οὖσαν, ἃς βαρβαρικῶς καὶ σὺν οὐδεμιᾷ τέχνῃ καταφέροντες ὤμους μάλιστα καὶ κεφαλὰς διέκοπτον, ἐχαλκεύσατο μὲν κράνη τοῖς πλείστοις ὁλοσίδηρα καὶ λεῖα ταῖς περιφερείαις, ὡς ἀπολισθαίνειν ἢ κατάγνυσθαι τὰς μαχαίρας· τοῖς δὲ θυρεοῖς κύκλῳ περιήρμοσε λεπίδα χαλκῆν, τοῦ ξύλου καθ᾽ αὑτὸ τὰς πληγὰς μὴ στέγοντος. αὐτοὺς δὲ τοὺς στρατιώτας ἐδίδαξε τοῖς ὑσσοῖς μακροῖς διὰ χειρὸς χρῆσθαι, καὶ τοῖς ξίφεσι τῶν πολεμίων ὑποβάλλοντας ἐκδέχεσθαι τὰς καταφοράς.

Ἐπεὶ δὲ πλησίον ἦσαν οἱ Κελτοὶ περὶ τὸν Ἀνίωνα ποταμόν, στρατόπεδον βαρὺ καὶ μεστὸν ἀφθόνου λείας ἔχοντες, ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν, ἵδρυσε κατὰ νάπης μαλακῆς καὶ συγκλείσεις πολλὰς ἐχούσης. ὥστε τὸ μὲν πλεῖστον ἀποκρύπτεσθαι, τὸ δ᾽ ὁρώμενον δοκεῖν ὑπὸ δέους εἰς χωρία προσάντη κατειλεῖσθαι. ταύτην δὲ τὴν δόξαν αὐτῶν ὁ Κάμιλλος αὔξειν βουλόμενος, οὐ προσήμυνε τῶν ὑπὸ πόδας πορθουμένων, ἀλλὰ τὸν χάρακα φραξάμενος ἠρέμει· μέχρις οὗ τοὺς μὲν ἐν προνομαῖς ἐσκεδασμένους κατεῖδε, τοὺς δ᾽ ἐν τῷ στρατοπέδῳ πᾶσαν ὥραν ἐμπιπλαμένους ἀφειδῶς καὶ μεθύοντας. τότε δὲ νυκτὸς ἔτι, τοὺς ψιλοὺς προεκπέμψας ἐμποδὼν εἶναι τοῖς βαρβάροις εἰς τάξιν καθισταμένοις, καὶ διαταράττειν εὐθὺς ἐπεξιόντας, κατεβίβαζεν ὄρθρου τοὺς ὁπλίτας, καὶ παρέταττεν ἐν τοῖς ἐπι-

acta ætate, & prope annum octogesimum attingebat. Verum perspectis reipublicæ temporibus & periculis, nihil jam mulcta, ut ante, deterritus, omnique abjecta causa delectum extemplo suscepto imperio habuit. Sciebat vim barbarorum Camillus maximam esse in gladiis, quibus graviter barbarorum more, sed nulla arte, ferientes, humeros maxime & capita detruncabant. Ad id galeas plerisque ferreas paravit politas extra, ut labentes gladii vanum ictum efficerent, vel frangerentur. Scuta laminis ferreis induxit, qua lignum per se non resistebat plagæ. Suos autem milites docuerat comminus tractare pila oblonga, quibus subjectis ensium hostium exciperent ictum.

Quum Galli haud procul urbe consedissent ad fluvium Anienem, & essent castra gravia ac referta omnis generis præda, eductis copiis metatus est castra in molli tumulo multisque partibus cavo, ut maxima pars exercitus extra conspectum esset: qui autem conspiciebantur, ex trepidatione viderentur in locum arduum se contraxisse. Eam Gallorum opinionem ut confirmaret Camillus, quum sub oculis suis agros vastarent, non arcebat, sed castris munitis continebat se, dum Gallos partim ad populandum effusos, partim qui in castris remanserant, epulis vinoque largo diem noctibus continuantes, cernit. Ibi ante lucem præmissa levi armatura, quæ, ut ne instrui posset barbarorum acies, impediret perturbaretque; subito impetu in eos facto, graviorem armaturam deduxit summo mane, ac planis campis instruxit.

ἐπιπέδοις, πολλοὺς καὶ προθύμους, οὐχ ὥσπερ οἱ βάρβαροι προσεδόκων, ὀλίγους καὶ ἀτόλμους φανέντας. πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο τῶν Κελτῶν ἀνέτρεψε τὰ φρονήματα, παρ᾽ ἀξίαν ἐπιχειρεῖσθαι δοκούντων. ἔπειτα προσπίπτοντες οἱ ψιλοὶ, καὶ πρὶν ἢ τὸν συνήθη λαβεῖν κόσμον καὶ διακριθῆναι κατὰ λόχους, κινοῦντες αὐτοὺς καὶ βιαζόμενοι πρὸς τὸ συντυχὸν ἀτάκτους ἠνάγκασαν μάχεσθαι. τέλος δὲ τοῦ Καμίλλου τοὺς ὁπλίτας ἐπάγοντος, οἱ μὲν, ἀνατεινάμενοι τὰς μαχαίρας, συνδραμεῖν ἔσπευδον, οἱ δὲ τοῖς ὑσσοῖς ἀπαντῶντες, καὶ σεσιδηρωμένα μέρη ταῖς πληγαῖς ὑποφέροντες, ἀνέστρεφον τὸν ἐκείνων σίδηρον μαλακὸν ὄντα καὶ λεπτῶς ἐληλαμένον, ὥστε κάμπτεσθαι ταχὺ καὶ διπλοῦσθαι τὰς μαχαίρας, τοὺς δὲ θυρεοὺς συμπεπάρθαι καὶ βαρύνεσθαι τῶν ὑσσῶν ἐφελκομένων. διὸ καὶ μεθιστάμενοι τῶν ἰδίων ὅπλων, ἐπειρῶντο τοῖς ἐκείνων συστρέφεσθαι, καὶ τοὺς ὑσσοὺς παραφέρειν, ἐπιλαμβανόμενοι ταῖς χερσίν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι γυμνοὺς ὁρῶντες, ἤδη τοῖς ξίφεσιν ἐχρῶντο, καὶ φόνος μὲν ἦν πολὺς τῶν προτακτῶν, φυγὴ δὲ τῶν ἄλλων ἁπανταχόσε τοῦ πεδίου. τοὺς γὰρ λόφους καὶ τὰ ὑψηλὰ προκατειλήφει Κάμιλλος, τὸ δὲ στρατόπεδον διὰ τὸ θαρσεῖν ἄφρακτον ἔχοντες, ᾔδεσαν οὐ χαλεπῶς ἁλωσόμενον. ταύτην τὴν μάχην ἔτεσιν ὕστερον τρισκαίδεκα γενέσθαι λέγουσι τῆς Ῥώμης ἁλώσεως, καὶ βέβαιον ἐξ αὐτῆς φρόνημα κατὰ τῶν Κελτῶν ἐγγενέσθαι Ῥωμαίοις, σφόδρα δεδοικόσι τοὺς βαρβάρους, ὡς τὸ πρῶτον διὰ νόσους καὶ τύχας παραλόγως, οὐ κατὰ κράτος, ὑπ᾽ αὐτῶν νενικημένους. οὕτω δ᾽ οὖν ὁ φόβος ἦν ἰσχυρὸς, ὥστε θέσθαι νόμον, ἀφεῖσθαι τοὺς ἱερεῖς στρατείας, χωρὶς ἂν μὴ Γαλατικὸς ᾖ πόλεμος. Τῶν

struxit. Quorum numerus & alacritas ubi barbaris, qui esse paucos putabant & trepidos, præter expectationem conspecta est, conciderunt animis ex eo primum, quod contemni se, quum invaderentur, existimarent. Incursus deinde levis armaturæ, quæ prius quam consueto ordine consisterent, vel essent per cohortes digesti, turbans illos impellensque, temere atque incondite eos pugnam inire coegit. Postremo ut gravem armaturam Camillus induxit, illi quidem sublatis gladiis properaverunt conserere manus, Romani autem pilis objectis, quorum ferro excipiebant ictus hostium, ferrum illorum molli tenuique procusum lamina retudere. Unde inflectebant se illico gladii atque plicabantur, scuta transfigebantur, gravabanturque dependentibus pilis. Ergo suis abjectis armis, ad hostium se convertebant, ac prehensa manibus pila moliebantur extorquere. Romani jam nudos conspicientes, aggrediuntur eos gladiis. Ita cædes multa illorum qui in fronte erant, alii effusa fuga per campos delati, quum colles & loca edita præcepisset Camillus. Nam castra quidem ob ferociam immunita, facile sciebant hostem expugnaturum. Pugnatum tredecim annis a Roma capta ferunt, atque hinc animum Romanis plane confirmatum adversus Gallos, quos supra modum timuerant, ut morbo nuper & cæco casu, non virtute existimarent ab se superatos. Tantus vero erat eorum terror, ut lege esset cautum, vacationem belli sacerdotibus, præterquam Gallico tumultu, esse.

Hoc

Τῶν μὲν οὖν στρατιωτικῶν ἀγώνων οὗτος ἠγωνίσθη τῷ Καμίλλῳ τελευταῖος. τὴν γὰρ Οὐελιτρανῶν πόλιν εἷλεν ἐν τῷ παρέργῳ ταύτης τῆς στρατείας, ἀμαχεὶ προσχωρήσασαν αὐτῷ. τῶν δὲ πολιτικῶν ὁ μέγιστος ὑπελείπετο, χαλεπώτερος πρὸς τὸν δῆμον, ἰσχυρὸν ἐπανήκοντα τῇ νίκῃ, καὶ βιαζόμενον ἐκ δημοτῶν ὕπατον ἀποδεῖξαι παρὰ τὸν καθεστῶτα νόμον· ἀντιπραττομένης τῆς βουλῆς, καὶ τὸν Κάμιλλον οὐκ ἐώσης ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, ὡς μετ᾽ ἰσχυρᾶς καὶ μεγάλης ἐξουσίας τῆς ἐκείνου μαχησομένων ἂν βέλτιον ὑπὲρ τῆς ἀριστοκρατίας. ἐπεὶ δὲ προκαθημένου τοῦ Καμίλλου καὶ χρηματίζοντος ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ὑπηρέτης πεμφθεὶς παρὰ τῶν δημάρχων, ἐκέλευσεν ἀκολουθεῖν καὶ τὴν χεῖρα τῷ σώματι προσῆγε ὡς ἀπάξων, κραυγὴ δὲ καὶ θόρυβος οἷος οὔπω κατέσχε τὴν ἀγορὰν, τῶν μὲν περὶ τὸν Κάμιλλον ὠθούντων ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν δήμιον, τῶν δὲ πολλῶν κάτωθεν ἕλκειν ἐπικελευομένων, ἀπορούμενος τοῖς παροῦσι, τὴν μὲν ἀρχὴν οὐ προήκατο, τοὺς δὲ βουλευτὰς ἀναλαβὼν ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν σύγκλητον. καὶ πρὶν εἰσελθεῖν, μεταστραφεὶς εἰς τὸ Καπιτώλιον, ηὔξατο τοῖς Θεοῖς κατευθῦναι τὰ παρόντα πρὸς τὸ κάλλιστον τέλος· ὑπισχνούμενος ναὸν Ὁμονοίας καταστήσειν τῆς ταραχῆς καταστάσης. μεγάλου δ᾽ ἀγῶνος ἐν τῇ συγκλήτῳ γενομένου πρὸς τὰς ἐναντίας γνώμας, ὅμως ἐνίκησεν ἡ μαλακωτέρα καὶ ὑπείκουσα τῷ δήμῳ, καὶ διδοῦσα τῶν ὑπάτων τὸν ἕτερον ἀπὸ τοῦ πλήθους ἀρχαιρεσιάσαι. ταῦτα δ᾽ ὡς τῇ βουλῇ δοκοῦντα τοῦ δικτάτορος ἀνειπόντος ἐν τῷ δήμῳ, παραχρῆμα, οἷον εἰκὸς, ἡδόμενοι τῇ βουλῇ διηλλάττοντο, καὶ τὸν Κάμιλλον οἴκαδε κρότῳ καὶ βοῇ παρέπεμπον. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ συνελθόντες,


Hoc obiit novissimum Camillus militare certamen. Nam Velitris in hac expeditione tanquam obiter est potitus, quum venirent nullo tentato certamine in ditionem. At contentio supererat atrocior civilis adversus plebem. Nam victoria ferox, magna vi instabat ut alter consul præter consuetum modum crearetur ex plebe. Ei opponebat senatus se, neque permittebat ut dictatura abdicaret se Camillus, quo jus nobilitatis autoritate & summo ejus imperio tutaretur commodius. Sedenti pro rostris Camillo & jus dicenti missus a tribuno plebis viator, sequi se jussit ei, manusque injecit quasi eum ducturus. Ibi clamor & strepitus occupavit, ut nunquam alias, forum; aliis, qui cingebant Camillum, viatorem a tribunali repellentibus, vulgo, ex inferiore loco, ut detraheretur, vociferante. Ille in tali tumultu fluctuans animo, summum imperium tamen non projecit, sed abducto senatu, contulit se in curiam. Quo priusquam ingrederetur, ad Capitolium respiciens, Deos precatus est ut præsentem motum in bonum exitum verterent, ædemque Concordiæ, si esset tumultus sedatus, vovit. In senatu quum magnam altercationem excitassent pugnantes sententiæ, vicit tamen lenior, quæ concedebat plebi permittebatque alterum consulem ex popularibus creare. Hoc senatusconsultum quum dictator pro concione pronuntiasset, illico plebs haud immerito læta, est senatui reconciliata, Camillumque ingenti plausu & favore deduxit domum. Insequenti die coacto populi concilio, sciscitur ut

ελθόντες, ἐψηφίσαντο τὸ μὲν Ὁμονοίας ἱερὸν, ὥσπερ ηὔξατο ὁ Κάμιλλος, εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον, ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἱδρύσασθαι· ταῖς δὲ καλουμέναις Λατίναις μίαν ἡμέραν προσθέντας, ἑορτάζειν τέσσαρας, παραυτίκα δὲ θύειν καὶ στεφανηφορεῖν Ῥωμαίους ἅπαντας. τῶν δ᾽ ἀρχαιρεσιῶν βραβευθέντων ὑπὸ Καμίλλου κατεστάθησαν ὕπατοι, Μάρκος μὲν Αἰμίλιος, ἐκ πατρικίων, Λεύκιος δὲ Σέξτιος, ἐκ δημοτῶν πρῶτος. καὶ τοῦτο πέρας αἱ Καμίλλου πράξεις ἔσχον.


Ἐν δὲ τῷ κατόπιν ἐνιαυτῷ λοιμώδης νόσος ἐμπεσοῦσα τῇ Ῥώμῃ, τὸν μὲν ἄλλον ὄχλον οὐ περιληπτὸν ἀριθμῷ διέφθειρε, τῶν δ᾽ ἀρχόντων τοὺς πλείστους. ἐτελεύτησε δὲ καὶ Κάμιλλος· ἡλικίας μὲν οὖν ἕνεκα καὶ βίου τελειότητος, ὡς εἴτις ἄλλος ἀνθρώπων ὡραῖος, ἀνιάσας δὲ Ῥωμαίους ὡς οὐδὲ σύμπαντες οἱ τῇ νόσῳ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀποθανόντες.

ut ædes Concordiæ, quam voverat Camillus, quæ foro & concioni immineret, ob sedatum extrueretur tumultum. Adjectus insuper Latinis dies unus, ut quaternis diebus agerentur, utque populus Romanus omnis in præsentia sacrificaret coronatus. Camillus, comitiis habitis, consules creavit ex patriciis M. Æmilium, & L. Sextium, de plebe primum. Hic exitus fuit rerum a Camillo gestarum.


Proximo anno pestilentia Romæ vulgata infinitam multitudinem de plebe absumpsit, plurimos etiam eorum qui in magistratu erant. Obiit & Camillus, cujus mors, vel ætate ejus vel vita omnibus honoribus consummata, haudquaquam immatura, acerbior fuit tamen populo Romano quam aliorum cunctorum qui lue eo anno periere.



ΠΕΡΙ-



ΠΕΡΙΚΛΗΣ.



ΞΕΝΟΥΣ τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλουσίους, κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας καὶ ἀγαπῶντας ἰδὼν ὁ Καῖσαρ, ὡς ἔοικεν, ἠρώτησεν εἰ παιδία παρ' αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες· ἡγεμονικῶς σφόδρα νουθετήσας τοὺς τὸ φύσει φιλητικὸν ἐν ἡμῖν καὶ φιλόστοργον, εἰς θηρία καταναλίσκοντας, ἀνθρώποις ὀφειλόμενον. ἆρ' οὖν ἐπεὶ κυνῶν τε καὶ πιθήκων ἔκγονα φιλομαθές τι κέκτηται καὶ φιλοθέαμον, ἡμῶν δ' ἡ ψυχὴ φύσει λόγον ἔχει ψέγειν τοὺς καταχρωμένους τούτῳ πρὸς τὰ μηδεμιᾶς ἄξια σπουδῆς ἀκούσματα καὶ θεάματα, τῶν δὲ καλῶν καὶ ὠφελίμων παραμελοῦντας. τῇ μὲν γὰρ αἰσθήσει κατὰ πάθος τὴν πληγὴν ἀντιλαμβανομένῃ τῶν προστυγχανόντων, ἴσως ἀνάγκη πᾶν τὸ φαινόμενον, ἄν τε χρήσιμον ἄν τ' ἄχρηστον ᾖ, θεωρεῖν· τῷ νῷ δ' ἕκαστος εἰ βούλοιτο χρῆσθαι, καὶ τρέπειν ἑαυτὸν ἀεὶ καὶ μεταβάλλειν ῥᾷστα πρὸς τὸ δοκοῦν πέφυκεν. ὥστε χρὴ διώκειν τὸ βέλτιστον, ἵνα μὴ θεωρῇ μόνον,

Cæsar, quum peregrinos forte quosdam vidisset Romæ divites, qui canum catulos in gremio & simiarum circumferebant, atque in deliciis habebant, anne fœminæ, quæsivit, apud eos non parerent pueros: sane quam digna principe admonitione usus apud eos, qui nativam nobisque insitam charitatem & indulgentiam, effundunt in bestias, hominibus debitam, non bestiis. Igitur cum canum & simiarum catuli docilitatis aliquid & attentionem in se ad res inspiciendas habere videantur, animus noster ratione adducitur ad eos reprehendendos, qui hoc ad res nec auribus cujusquam nec spectatione dignas, contemptis honestis & utilibus studiis abutantur. Nam sensus quidem quum objecta, ipsorum ictus occursu, patiendo apprehendat, necessarium est fortasse quicquid sese offert, sive commodum sit, sive incommodum, contemplari: at mente pro nutu quisque uti, vertereque se ipse semper ac traducere facile quo libeat, valet. Debet itaque optima quæque persequi, quo non contempletur modo,

νον, ἀλλὰ καὶ τρέφεσθαι τῷ θεωρεῖν. ὡς γὰρ ὀφθαλμῷ χρόα προσφορὸς, ἧς τὸ ἀνθηρὸν ἅμα καὶ τερπνὸν ἀναζωπυρεῖ, καὶ τρέφει τὴν ὄψιν, οὕτω τὴν διάνοιαν ἐπάγειν δεῖ θεάμασιν, ἃ τῷ χαίρειν πρὸς τὸ οἰκεῖον αὐτὴν ἀγαθὸν ἐκκαλεῖ. ταῦτα δέ ἐστιν ἐν τοῖς ἀπ' ἀρετῆς ἔργοις, ἃ καὶ ζῆλόν τινα καὶ προθυμίαν ἀγωγὸν εἰς μίμησιν ἐμποιεῖ τοῖς ἱστορήμασιν. ἐπεὶ τῶν γ' ἄλλων οὐκ εὐθὺς ἀκολουθεῖ τῷ θαυμάσαι τὸ πραχθὲν, ὁρμὴ πρὸς τὸ πρᾶξαι. πολλάκις δὲ καὶ τοὐναντίον, χαίροντες τῷ ἔργῳ, τοῦ δημιουργοῦ καταφρονοῦμεν· ὡς ἐπὶ τῶν μύρων καὶ τῶν ἁλουργῶν, τούτοις μὲν ἡδόμεθα, τοὺς δὲ βαφεῖς καὶ μυρεψοὺς, ἀνελευθέρους ἡγούμεθα καὶ βαναύσους. διὸ καλῶς μὲν Ἀντισθένης, ἀκούσας ὅτι σπουδαῖός ἐστιν αὐλητὴς Ἰσμηνίας, Ἀλλ' ἄνθρωπος, ἔφη, μοχθηρός· οὐ γὰρ ἂν οὕτω σπουδαῖος ἦν αὐλητής. ὁ δὲ Φίλιππος πρὸς τὸν υἱὸν ἐπιτερπῶς ἔν τινι πότῳ ψήλαντα καὶ κατατεχνικῶς εἶπεν, Οὐκ αἰσχύνῃ καλῶς οὕτω ψάλλων; ἀρκεῖ γὰρ, ἂν βασιλεὺς ἀκροᾶσθαι ψαλλόντων σχολάζῃ, καὶ πολὺ νέμει ταῖς μούσαις, ἑτέρων ἀγωνιζομένων τὰ τοιαῦτα, θεατὴς γινόμενος.

Ἡ δ' αὐτουργία τῶν ταπεινῶν, τῆς εἰς τὰ καλὰ ῥᾳθυμίας μάρτυρα τὸν ἐν τοῖς ἀχρήστοις πόνον παρέχεται καθ' αὑτῆς. καὶ οὐδεὶς εὐφυὴς νέος, ἢ τὸν ἐν Πίσῃ θεασάμενος Δία, γενέσθαι Φειδίας ἐπεθύμησεν, ἢ τὴν Ἥραν τὴν ἐν Ἄργει, Πολύκλειτος, οὐδ' Ἀνακρέων, ἢ Φιλήμων, ἢ Ἀρχίλοχος, ἡσθεὶς αὐτῶν τοῖς ποιήμασιν. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον εἰ τέρπει τὸ ἔργον ὡς χαρίεν, ἄξιον σπουδῆς εἶναι τὸν εἰργασμένον. ὅθεν οὐδ' ὠφελεῖ τὰ τοιαῦτα τοὺς θεωμένους,

πρὸς

modo, ſed alatur etiam contemplando. Ut enim oculo is demum gratus eſt color, qui floridus ſimul & amœnus recreat alitque viſum; ita mens ad ea deducenda ſpectacula eſt, quæ oblectando ad propria eam alliciant bona. Ea ſunt in virtutis poſita operibus, quæ æmulationem & alacritatem quandam excitant, & inflammant ipſa narratione ad imitandum. Siquidem aliis in rebus non continuo qui admiratur factum aliquod, incitatur ad id efficiendum; immo ſæpe contra, quos opus delectavit, hi contemnunt opificem. Quod in unguentis uſu venit & purpura: hæc nobis grata ſunt, tinctores tamen & unguentarios, ſerviles & ſordidos ducimus. Præclare itaque Antiſthenes, quum inſignem tibicinem eſſe audiviſſet Iſmeniam, At homo (inquit) pravus eſt: alioquin tibicen non tam ſit inſignis. Philippus etiam filio, quum ſuaviter aliquando & ſcite ceciniſſet, Non te pudet (inquit) tam bene canere? Sat eſt enim ſi vel audire vacet regi canentes, magnumque muſis honorem habet, ſi certantes in hujuſmodi artibus ſpectet alios.

Qui vero viles per ſe artes obit, hic ſuæ ad honeſta ſtudia ſocordiæ, induſtriam in futilibus rebus profert contra ſemetipſum teſtem. Neque ſane quiſpiam ingenuus juvenis qui Piſæ ſpectavit Jovem, Phidias eſſe cupivit; neque qui Junonem Argis, Polycletus; neque Anacreon aut Philemon, aut Archilochus, horum qui ductus eſt poematibus. Neque enim, ſi opus ut venuſtum oblectet, ſtatim ſuſpiciendus fuerit autor. Quare ea, quia non excitant ad æmulandum ſtudium,

neque

πρὸς ἃ μιμητικὸς οὐ γίνεται ζῆλος, οὐδὲ ἀνάδοσις κινοῦσα προθυμίαν καὶ ἀφορμὴν ἐπὶ τὴν ἐξομοίωσιν. ἀλλ' ἥγε ἀρετὴ ταῖς πράξεσιν εὐθὺς οὕτω διατίθησιν, ὥστε ἅμα θαυμάζεσθαι τὰ ἔργα, καὶ ζηλοῦσθαι τοὺς εἰργασμένους. τῶν μὲν γὰρ ἐκ τῆς τύχης ἀγαθῶν, τὰς κτήσεις καὶ ἀπολαύσεις, τῶν δ' ἀπ' ἀρετῆς, τὰς πράξεις ἀγαπῶμεν· καὶ τὰ μὲν ἡμῖν παρ' ἑτέρων, τὰ δὲ μᾶλλον ἑτέροις παρ' ἡμῶν ὑπάρχειν βουλόμεθα. τὸ γὰρ καλὸν ἐφ' αὑτὸ πρακτικῶς κινεῖ, καὶ πρακτικὴν εὐθὺς ὁρμὴν ἐντίθησιν, ἠθοποιοῦν οὐ τῇ μιμήσει τὸν θεατὴν, ἀλλὰ τῇ ἱστορίᾳ τοῦ ἔργου, τὴν προαίρεσιν παρεχόμενον. ἔδοξεν οὖν καὶ ἡμῖν ἐνδιατρεῖψαι τῇ περὶ τοὺς βίους ἀναγραφῇ· καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον δέκατον συντετάχαμεν, τὸν Περικλέους βίον, καὶ τὸν Φαβίου Μαξίμου, τοῦ διαπολεμήσαντος πρὸς Ἀννίβαν περιέχον, ἀνδρῶν κατά τε τὰς ἄλλας ἀρετὰς ὁμοίων, μάλιστα δὲ πραότητα καὶ δικαιοσύνην, καὶ τὸ δύνασθαι φέρειν δήμων καὶ συναρχόντων ἀγνωμοσύνας, ὠφελιμωτάτων ταῖς πατρίσι γενομένων. εἰ δ' ὀρθῶς στοχαζόμεθα τοῦ δέοντος, ἔξεστι κρίνειν ἐκ τῶν γραφομένων.

Περικλῆς γὰρ τῶν μὲν φυλῶν Ἀκαμαντίδης, τῶν δὲ δήμων Χολαργεὺς, οἴκου δὲ καὶ γένους τοῦ πρώτου κατ' ἀμφοτέρους. Ξάνθιππος γὰρ ὁ νικήσας ἐν Μυκάλῃ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς, ἔγημεν Ἀγαρίστην Κλεισθένους ἔγγονον, ὃς ἐξήλασε Πεισιστρατίδας, καὶ κατέλυσε τὴν τυραννίδα γενναίως, καὶ νόμους ἔθετο, καὶ πολιτείαν ἄριστα κεκραμένην πρὸς ὁμόνοιαν καὶ σωτηρίαν κατέστησεν. αὕτη κατὰ τοὺς ὕπνους ἔδοξε τεκεῖν λέοντα, καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἔτεκε Περι-

neque stimulant rapiuntque ad imitandum, pa- fructum suis ferunt spectatoribus nullum. At virtus profecto ipsis actionibus ita homines extemplo incendit, ut simul & opera ejus in admiratione habeant, & imitari gestiant autores. Quippe fortunæ bonorum possessiones & fruitiones, virtutis vero amplectimur actiones, atque accipere illas ab aliis, has a nobis alios cupimus. Rapit enim nos ad se vi agendi honestum, impetumque subito infundit actuosum: informans non imitatione spectatorem, sed ipso aspectu operis voluntatem imprimens imitandi. Nobis igitur visum est describendis immorari vitis. Est decimum hoc volumen, quod commentati sumus, Periclis vitam & Fabii Maximi, qui bellum cum Annibale gessit, complectens, virorum cum cæteris parium virtutibus, tum præcipue mansuetudine & justitia, quique patientia adversus civium & collegarum suorum insolentiam, optime fuerunt de patriis suis meriti. Id rectene atque ordine destinemus, existimes licet ex iis quæ tradimus.

Pericles tribu fuit Acamantides, curia Cholargensis, familia & genere ab utroque parente clarissimo. Xanthippus enim, qui prœlio Mycalensi regis duces fudit, uxorem duxit Agaristen, neptem Clisthenis, qui progeniem exegit Pisistrati, tyrannidemque fortiter sustulit: leges quoque tulit, ac rempub. optime composuit, & temperavit ad concordiam & salutem. Hæc visa sibi in somnis est parere leonem; & paucis post diebus peperit Periclem

Περικλέα, τὰ μὲν ἄλλα τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος ἄμεμπτον, προμήκη δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀσύμμετρον. ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται, μὴ βουλομένων, ὡς ἔοικε, τῶν τεχνιτῶν ἐξονειδίζειν. οἱ δ' Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν· τὴν γὰρ σκίλλαν, ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρωσι,

Στάσις δὲ (φησὶν) καὶ πρεσβυγενὴς χρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλέουσι.

Καὶ πάλιν ἐν Νεμέσει,

Μόλε ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακάριε.

Τηλεκλείδης δὲ, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἠπορημένον καθῆσθαί φησιν αὐτὸν ἐν τῇ πόλει καρηβαροῦντα, ποτὲ δὲ μόνον ἐκ κεφαλῆς ἑνδεκακλίνου θόρυβον πολὺν ἐξανατέλλειν. ὁ δ' Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις πυνθανόμενος περὶ ἑκάστου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ ᾅδου δημαγωγῶν, ὡς ὁ Περικλῆς ὠνομάσθη τελευταῖος,

Ὅ,τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες.

Διδάσκαλον δ' αὐτοῦ τῶν μουσικῶν, οἱ πλεῖστοι Δάμωνα γενέσθαι λέγουσι, οὗ φασὶ δεῖν τοὔνομα βραχύνοντας προτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν. Ἀριστοτέλης δὲ παρὰ Πυθοκλείδῃ μουσικὴν ἂν διαπονηθῆναι τὸν ἄνδρα φησίν. ὁ δὲ Δάμων ἔοικεν, ἄκρος ὢν σοφιστὴς, καταδύεσθαι μὲν εἰς τὸ τῆς μουσικῆς ὄνομα, πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐπικρυπτόμενος τὴν δεινότητα. τῷ δὲ Περικλεῖ συν-

clem forma reliqui corporis non indecora, sed capite oblongo, nec cæteris partibus satis congruo. Unde statuæ ejus galeatæ sunt pene omnes, tegentibus (uti conjicio) artificibus hoc vitium. At poetæ Attici Schinocephalum eum vocaverunt: scillam enim nonnunquam schinon appellant. Inter comicos Cratinus in Chironibus,

Seditio (inquit) *mixta cum senili tempore*
Ex concubitu genuit tyrannum maximum,
Cephalegereten quem Dii beati nuncupant.

Rursus in Nemesi,

Hospitii præses & beate Jupiter,
Progredere.

Teleclides, nunc præ multitudine negotiorum sedere consilii inopem ait eum in urbe capite gravatum, nunc ex capite hendecaclino, tanquam sesquipedali, ingentem suscitare tumultum. Eupolis in Demis quærens de singulis concionatoribus, qui ab inferis ascenderant, ubi postremus nominatus Pericles est, rogat,

Producis ad quid Orci principem & caput?

Præceptorem habuisse in musicis Damonem memorant plerique, cujus aiunt proferendum nomen prima brevi syllaba: Aristoteles musica excultum apud Pythoclidem tradit. Apparet Damonem, quum insignis esset sophista, quo ad vulgus peritiam suam inumbraret, nomen prætexuisse Musicæ. Adfuit Pericli hic velut athletæ in

συνῆν, καθάπερ ἀθλητῇ, τῶν πολιτικῶν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος. οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος, ἀλλ' ὡς μεγαλοπράγμων καὶ φιλοτύραννος, ἐξωστρακίσθη καὶ παρέσχε τοῖς κωμικοῖς διατριβήν. ὁ γοῦν Πλάτων καὶ πυνθανόμενον αὐτοῦ τινα πεποίηκεν οὕτω,

Πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον ἀντιβολῶ· σὺ γὰρ,
Ὡς φασιν, ὦ Χείρων, ἐξέθρεψας Περικλέα.

διήκουσε δὲ Περικλῆς καὶ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, πραγματευομένου περὶ φύσιν, ὡς Παρμενίδης· ἐλεγκτικήν δέ τινα, καὶ δι' ἀντιλογίας εἰς ἀπορίαν κατακλείουσαν ἐξασκήσαντος ἕξιν, ὥσπερ καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος εἴρηκε διὰ τούτων,

Ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀπατηλὸν
Ζήνωνος, πάντων ἐπιλήπτορος.

ὁ δὲ πλεῖστα Περικλεῖ συγγενόμενος, καὶ μάλιστα περιθεὶς ὄγκον αὐτῷ καὶ φρόνημα δημαγωγίας ἐμβριθέστερον, ὅλως τε μετεωρίσας καὶ συνεξάρας τὸ ἀξίωμα τοῦ ἤθους, Ἀναξαγόρας ἦν ὁ Κλαζομένιος· ὃν οἱ τότ' ἄνθρωποι νοῦν προσηγόρευον, εἴτε τὴν σύνεσιν αὐτοῦ μεγάλην εἰς φυσιολογίαν καὶ περιττὴν διαφανεῖσαν θαυμάσαντες, εἴθ' ὅτι τοῖς ὅλοις πρῶτος οὐ τύχην οὐδ' ἀνάγκην, διακοσμήσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον, ἐμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἀποκρίνοντα τὰς ὁμοιομερείας.

Τοῦτον ὑπερφυῶς τὸν ἄνδρα θαυμάσας ὁ Περικλῆς, καὶ τῆς λεγομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος, οὐ μόνον, ὡς ἔοικε, τὸ φρό-

in repub. aliptes & magister. Non fuit clam tamen lyræ Damonem velamento uti, verum, ut inquietus & tyrannidis fautor, exilio punitus decennali fuit, præbuitque ludibrii poetis materiam. Hinc Plato induxit quendam, qui ita eum percunctaretur,

Age, primulum rogo dicas omnium mihi,
Tun' (ut ferunt) scelus educasti Periclea?

Audivit Pericles Zenonem quoque Eleatem, de natura Parmenidis more philosophantem: qui impugnans quemlibet, usum paraverat quendam refutandi, qui deduceret ad perplexitatem: quod Phliasius Timon quoque affirmat his verbis,

Omnia perstringens Zeno disceptat, utraque
Ex parte invictus, sed non fallax.

Plurimum autem usus est (qui maximum ei pondus & spiritus ad populum tractandum solidiores conciliavit, planeque majestatem morum excitavit & extulit) Anaxagora Clazomenio, quem illius temporis æquales Mentem appellavere; vel quod perspicaciam ejus singularem in natura perscrutanda, excellentemque admirarentur, vel quod universitati, non fortunam neque fatum ordinatæ descriptionis principium, sed mentem primus puram ac sinceram præfecerit, cum omnibus confusas aliis secernentem particulas similes.

Hunc virum Pericles mirum quanti fecerit. Imbutus autem ea quæ dicebatur rerum scientia sublimium & cœlestium, non solum, uti par

φρόνημα σοβαρὸν, καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸν εἶχεν καὶ καθαρὸν ὀχλικῆς καὶ πανούργου βωμολοχίας, ἀλλὰ καὶ προσώπου σύστασις ἄθρυπτος εἰς γέλωτα, καὶ πρᾳότης πορείας, καὶ καταστολὴ περιβολῆς πρὸς οὐδὲν ἐκταραττομένη πάθος ἐν τῷ λέγειν, καὶ πλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάντας θαυμαστῶς ἐξέπληττεν. λοιδορούμενος γοῦν ποτὲ καὶ κακῶς ἀκούων ὑπό τινος τῶν βδελυρῶν καὶ ἀκολάστων ὅλην ἡμέραν, ὑπέμεινε σιωπῇ κατ' ἀγορὰν ἅμα τι τῶν ἐπειγόντων καταπραττόμενος· ἑσπέρας δ' ἀπῄει κοσμίως οἴκαδε, παρακολουθοῦντος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πάσῃ χρωμένου βλασφημίᾳ πρὸς αὐτόν. ὡς δὲ ἔμελλεν εἰσιέναι σκότους ὄντος ἤδη, προσέταξε τινὶ τῶν οἰκετῶν, φῶς λαβόντι, παραπέμψαι καὶ καταστῆσαι πρὸς τὴν οἰκίαν τὸν ἄνθρωπον. ὁ δὲ ποιητὴς Ἴων μοθωνικήν φησι τὴν ὁμιλίαν καὶ ὑπότυφον εἶναι τοῦ Περικλέους, καὶ ταῖς μεγαλαυχίαις αὐτοῦ πολλὴν ὑπεροψίαν ἀναμεμῖχθαι καὶ περιφρόνησιν τῶν ἄλλων· ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς. ἀλλ' Ἴωνα μὲν, ὥσπερ τραγικὴν διδασκαλίαν, ἀξιοῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν τι πάντως καὶ σατυρικὸν μέρος, ἐῶμεν· τοὺς δὲ τοῦ Περικλέους τὴν σεμνότητα, δοξοκομπίαν τε καὶ τῦφον ἀποκαλοῦντας, ὁ Ζήνων παρεκάλει καὶ αὐτούς τι τοιοῦτον δοξοκομπεῖν, ὡς τῆς προσποιήσεως αὐτῆς τῶν καλῶν ὑποποιούσης τινὰ λεληθότως ζῆλον καὶ συνήθειαν.

Οὐ μόνον δὲ ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου συνουσίας ἀπέλαυσε Περικλῆς· ἀλλὰ καὶ δεισιδαιμονίας δοκεῖ γενέσθαι καθυπέρτερος, ὅσην πρὸς τὰ μετέωρα θαμ-

par erat, elato fuit animo, & sublimi usus est dicendi genere, puro a plebeia & malitiosa scurrilitate: verum etiam vultus ad risum immotus, incessus comis, modestus vestitus nulla perturbatione inter dicendum motus, modulatio sedata vocis, & reliqua ejus generis omnes supra modum adduxerunt in stuporem. Hic, quum improbus & petulans homo quidam contumelia ipsum & maledictis totum diem insectaretur, in foro etiam seria tractantem, tulit patienter: vesperi comiter domum regressus est, affectante illo & omnibus contumeliis eum impetente: ingressurus ædes, quum jam nox esset, jussit uni ex servis, ut accenso lumine hominem comitaretur ac reduceret domum. Verum poeta Ion fuisse arrogantem in congressibus & inflatum memorat Periclem, jactantiamque ejus cum aliorum conjunctam fastidio & contemptu: contra celebrat civilitatem in quotidiana consuetudine Cimonis, lenitatemque & venustatem. Cæterum Ionem, ut qui omnino virtutem vult tanquam tragœdiæ exhibitionem comitari satyricum quiddam, relinquamus. Zeno autem eos qui gravitatem Periclis jactantiam & fastum nominant, ut æmulentur hortatus est talem jactantiam: quod inducat sensim ipsa simulatio rerum honestarum occultum amorem earum & assuetudinem.

Nec vero hunc solum fructum tulit Pericli Anaxagoræ usus, verum omni etiam liberavit eum superstitione; quæ terrorem ex rebus

θάμβος ἐργάζεται τοῖς αὐτῶν τε τούτων τὰς αἰτίας ἀγνοοῦσι, καὶ περὶ τὰ θεῖα δαιμονῶσι καὶ ταραττομένοις δι' ἀπειρίαν αὐτῶν· ἣν ὁ φυσικὸς λόγος ἀπαλλάττων, ἀντὶ τῆς φοβερᾶς καὶ φλεγμαινούσης δεισιδαιμονίας, τὴν ἀσφαλῆ μετ' ἐλπίδων ἀγαθῶν εὐσέβειαν ἐνεργάζεται. λέγεται δέ ποτε κριοῦ μονόκερω κεφαλὴν ἐξ ἀγροῦ τῷ Περικλεῖ κομισθῆναι, καὶ Λάμπωνα μὲν τὸν μάντιν, ὡς εἶδε τὸ κέρας ἰσχυρὸν καὶ στερεὸν ἐκ μέσου τοῦ μετώπου πεφυκός, εἰπεῖν ὅτι δυοῖν οὐσῶν ἐν τῇ πόλει δυναστειῶν, τῆς Θουκυδίδου καὶ Περικλέους, εἰς ἕνα περιστήσεται τὸ κράτος παρ' ᾧ γένοιτο τὸ σημεῖον· τὸν δ' Ἀναξαγόραν, τοῦ κρανίου διακοπέντος ἐπιδεῖξαι τὸν ἐγκέφαλον οὐ πεπληρωκότα τὴν βάσιν, ἀλλ' ὀξὺν ὥσπερ ὠὸν, ἐκ τοῦ παντὸς ἀγγείου συνωλισθηκότα κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὅθεν ἡ ῥίζα τοῦ κέρατος εἶχε τὴν ἀρχήν. καὶ τότε μὲν θαυμασθῆναι τὸν Ἀναξαγόραν ὑπὸ τῶν παρόντων, ὀλίγῳ δ' ὕστερον τὸν Λάμπωνα, τοῦ μὲν Θουκυδίδου καταλυθέντος, τῶν δὲ τοῦ δήμου πραγμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ὑπὸ τῷ Περικλεῖ γενομένων. ἐκώλυε δ' οὐδὲν, οἶμαι, καὶ τὸν φυσικὸν ἐπιτυγχάνειν, καὶ τὸν μάντιν, τοῦ μὲν τὴν αἰτίαν, τοῦ δὲ τὸ τέλος καλῶς ἐκλαμβάνοντος· ὑπέκειτο γὰρ τῷ μὲν, ἐκ τίνων γεγονέναι, καὶ πῶς πέφυκε, θεωρῆσαι· τῷ δὲ, πρὸς τί γέγονε, καὶ τί σημαίνει, προειπεῖν. οἱ δὲ τῆς αἰτίας τὴν εὕρεσιν, ἀναίρεσιν εἶναι λέγοντες τοῦ σημείου, οὐκ ἐπινοοῦσιν ἅμα τοῖς θείοις καὶ τὰ τεχνητὰ τῶν συμβόλων ἀθετοῦντες, ψόφους τε δίσκων, καὶ φῶτα πυρσῶν, καὶ γνωμόνων ἀποσκιασμούς· ὧν ἕκαστον αἰτίᾳ τινὶ καὶ κατασκευῇ, σημεῖον εἶναί τινος πεποίηται. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως ἑτέρας ἐστὶ πραγματείας.

Ὁ

bus æthereis imprimit ignorantibus earum causas, & iis qui rerum divinarum metu pavent, percelluntur que rudes earum: quem eximens rerum naturalium scientia, pro terrifica & æstuante superstitione, securam inserit cum bona spe religionem. Ferunt aliquando arietis caput cum unico cornu ad Periclem fuisse ex agro delatum, ac vatem Lamponem, ut cornu validum conspexit & firmum media enatum fronte, duarum dixisse, quæ tunc in urbe erant factionum, Thucydidis & Periclis, potentiam ad unum delatum iri, apud quem hoc prodigium evenisset: Anaxagoram vero quum os capitis dissecuisset, monstrasse non complesse cerebrum sedem suam, sed ovi modo acutum ex tota testa devolutum eo loci, unde originem radix cornu duceret. Atque in præsentia quidem habuerunt in admiratione, qui intererant, Anaxagoram: brevi post Lamponem, quum opibus fractis Thucydidis, rei publicæ tota administratio in Periclis manum recidisset. Poterat vero recte uterque conjecisse, tam physicus quam vates, alter qui causam, alter qui exitum probe est assequutus: illius erat enim munus, unde provenisset & quemadmodum esset enatum, contemplari: hujus, ad quid genitum esset, & quid portenderet praenuntiare. Qui autem causæ inventionem abolitionem autumant ostenti esse, hi non considerant se una cum cœlestibus etiam artificialia irrita signa reddere: discorum crepitum, facularum lumen, gnomonis umbram, quæ certa ex causa & opificio ad certam demonstrandam rem sunt singula parata. Cæterum hæc alterius fortasse sint commentationis.

At

Ὁ δὲ Περικλῆς, νέος μὲν ὤν, σφόδρα τὸν δῆμον εὐλαβεῖτο. καὶ γὰρ ἐδόκει Πεισιστράτῳ τῷ τυράννῳ τὸ εἶδος ἐμφερὴς εἶναι, τήν τε φωνὴν ἡδεῖαν οὖσαν αὐτοῦ καὶ τὴν γλῶσσαν εὔτροχον ἐν τῷ διαλέγεσθαι καὶ ταχεῖαν οἱ σφόδρα γέροντες ἐξεπλήττοντο πρὸς τὴν ὁμοιότητα. πλούτου δὲ καὶ γένους προσόντος αὐτῷ λαμπροῦ, καὶ φίλων οἳ πλεῖστον ἠδύναντο, φοβούμενος ἐξοστρακισθῆναι, τῶν μὲν πολιτικῶν οὐδὲν ἔπραττεν, ἐν δὲ ταῖς στρατείαις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλοκίνδυνος. ἐπεὶ δ' Ἀριστείδης μὲν ἀποτεθνήκει, καὶ Θεμιστοκλῆς ἐξεπεπτώκει, Κίμωνα δ' αἱ στρατεῖαι τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ἔξω κατεῖχον, οὕτω δὴ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προσένειμεν ἑαυτόν, ἀντὶ τῶν πλουσίων καὶ ὀλίγων τὰ τῶν πολλῶν καὶ πενήτων ἑλόμενος, παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἥκιστα δημοτικὴν οὖσαν. ἀλλ', ὡς ἔοικε, δεδιὼς μὲν ὑποψίᾳ περιπεσεῖν τυραννίδος, ὁρῶν δ' ἀριστοκρατικὸν τὸν Κίμωνα, καὶ διαφερόντως ὑπὸ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀγαπώμενον, ὑπῆλθε τοὺς πολλούς, ἀσφάλειαν μὲν ἑαυτῷ, δύναμιν δὲ κατ' ἐκείνου παρασκευαζόμενος. εὐθὺς δὲ καὶ τοῖς περὶ τὴν δίαιταν, ἑτέραν τάξιν ὑπέθηκεν. ὁδόν τε γὰρ ἐν ἄστει μίαν ἑωρᾶτο τὴν ἐπ' ἀγορὰν καὶ τὸ βουλευτήριον πορευόμενος· κλήσεις τε δείπνων καὶ τὴν τοιαύτην ἅπασαν φιλοφροσύνην καὶ συνήθειαν ἐξέλιπεν. ὡς ἐν οἷς ἐπολιτεύσατο χρόνοις, μακροῖς γενομένοις, πρὸς μηδένα τῶν φίλων ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν· πλὴν Εὐρυπτολέμου τοῦ ἀνεψιοῦ γαμοῦντος, ἄχρι τῶν σπονδῶν παραγενόμενος, εὐθὺς ἐξανέστη. δειναὶ γὰρ αἱ φιλοφροσύναι παντὸς ὄγκου περιγενέσθαι, καὶ δυσφύλακτον ἐν συνηθείᾳ τὸ πρὸς δόξαν σεμνόν. ἐπὶ τῆς ἀληθινῆς δ' ἀρετῆς κάλλιστα φαίνεται τὰ μάλιστα

At Pericles metuit in juventute populum: videbatur enim facie Pisistratum tyrannum referre. Quumque vocis ejus suavitatem graviores ætate considerarent, linguamque in dicendo rotundam & volubilem, horrebant eam affinitatem: huc accessit opulentia, natalium claritas, & quorum maximæ opes erant amici. Quare timens ne in exilium pelleretur, abstinuit se a republica. In bello fortis fuit & imperterritus. Postquam vero defunctus Aristides est, & Themistocles ejectus, Cimon autem in expeditionibus plerumque extra Græciam distringebatur, tunc demum accessit ad rempub. Pericles, prætulitque, contra suum ipsius ingenium minime populare, divitibus & paucis populi & inopum partes. Cæterum (ut suspicor) quum vitaret tyrannidis suspicionem, & Cimonem principum studiosum atque optimatibus esse videret mirifice charum, quo sibi securitatem & adversus illum opes compararet, aggregavit se ad plebem, simul & institutum vitæ commutavit. Una via videres in urbe ad forum & ad curiam euntem, convivia, eamque comitatem & consuetudinem omnem abrupit, tantoque spatio quo in repub. est versatus, ad neminem amicorum cœnatum ivit, Euryptolemo excepto consobrino, cujus nuptiis, dum libatum esset, interfuit, inde surrexit. Detrahunt enim familiaritates illæ facile fastum omnem, & majestas existimationis haud temere in contuberniis retinetur. Enimvero vera in virtute pulcherrima illa videntur,

λιστα φαινόμενα, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν οὐδὲν οὕτω θαυμάσιον τοῖς ἐκτὸς ὡς ὁ καθ' ἡμέραν βίος τοῖς συνοῦσιν. ὁ δὲ, καὶ τοῦ δήμου τὸ συνεχὲς φεύγων καὶ τὸν κόρον, οἷον ἐκ διαλειμμάτων ἐπλησίαζεν, οὐκ ἐπὶ παντὶ πράγματι λέγων, οὐδ' ἀεὶ παριὼν εἰς τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἑαυτὸν, ὥσπερ τὴν Σαλαμινίαν τριήρη φησὶ Κριτόλαος, πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδοὺς, τἄλλα δὲ, φίλους καὶ ῥήτορας ἑταίρους καθιεὶς, ἔπραττεν. ὧν ἕνα φασὶ γενέσθαι τὸν Ἐφιάλτην, ὃς κατέλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, πολλὴν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον τοῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνοχοῶν. ὑφ' ἧς, ὥσπερ ἵππον, ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον οἱ κωμῳδοποιοὶ λέγουσι,

—— πειθαρχεῖν οὐκέτι τολμᾶν,
Ἀλλὰ δάκνειν τὴν Εὔβοιαν, καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν.

Τῇ μέντοι περὶ τὸν βίον κατασκευῇ καὶ τῷ μεγέθει τοῦ φρονήματος ἁρμόζοντα λόγον, ὥσπερ ὄργανον, ἐξαρτυόμενος παρέτεινε πολλαχοῦ τὸν Ἀναξαγόραν· οἷον βαφῇ τῇ ῥητορικῇ τὴν φυσιολογίαν ὑποχεόμενος. τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ πάντη τελεσιουργὸν, ὡς ὁ θεῖος Πλάτων φησὶν, πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι, κτησάμενος ἐκ φυσιολογίας, καὶ τὸ πρόσφορον ἑλκύσας ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην, πολὺ πάντων διήνεγκε. διὸ καὶ τὴν ἐπίκλησιν αὐτῷ γενέσθαι λέγουσι· καίτοι τινὲς ἀπὸ τῶν οἷς ἐκόσμησε τὴν πόλιν, οἱ δ' ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ ταῖς στρατηγίαις δυνάμεως, Ὀλύμπιον αὐτὸν οἴονται προσαγορευθῆναι· καὶ συνδραμεῖν οὐδὲν ἀπέοικεν ἀπὸ πολλῶν προσόντων τῷ ἀνδρὶ αὐτῷ τὴν δόξαν. αἱ μέντοι κωμῳδίαι τῶν τότε διδασκάλων σπουδῇ τε πολλὰς
καὶ

-tur, quæ apparent maxime; neque est in bonis viris perinde alienis admirabile quicquam, atque vita quotidiana familiaribus. Hic vero etiam frequentiam refugiens & satietatem populi, quasi ex intervallis progrediebatur, neque omni de re dicebat, neque semper prodibat in concionem; verum sicut Salaminiam triremem dicit Critolaus, ad negotia se reservabat graviora: cætera per amicos transigebat & oratores familiares suos. Quorum unum referunt Ephialtem fuisse, qui senatus Areopagi fregit potentiam, civibusque affatim (ut ait Plato) meram propinavit libertatem: qua equi luxuriantis more comici dictitant postea desiisse populum audire principes, & mordere Eubœam cœpisse, & in insulas insultare.

Jam vitæ instituto, & tantæ gravitati congruentem dicendi facultatem velut organum instruens, passim Anaxagoram adhibuit, rationes physicas, velut tincturæ, facultati dicendi suffundens. Quum enim altam illam mentem atque omnium efficientem, ut divinus Plato ait, ex naturali disciplina ad præclaram indolem suam adjunxisset, & quod esset ex usu ad artificium dicendi accommodasset, longe antecelluit omnes. Unde cognomen eum memorant Olympii invenisse: quamvis nonnulli a monumentis quibus exornavit urbem, alii a potentia, quam domi militiæque habuit, eo nomine arbitrantur insignitum. Nec vero quicquam prohibet, quin laus ea a multis, quibus refulgebat idem ille, conflata virtutibus fuerit. At comœdiæ, quod qui ea tempestate docebant eas, & serias & ridiculas

καὶ μετὰ γέλωτος ἀφεικότων φωνὰς εἰς αὐτὸν, ἐπὶ τῷ λόγῳ μάλιστα τὴν προσωνυμίαν γενέσθαι δηλοῦσι, βροντᾷν μὲν αὐτὸν καὶ ἀστράπτειν ὅτε δημηγοροίη, δεινὸν δὲ κεραυνὸν ἐν γλώσσῃ φέρειν λεγόντων. διαμνημονεύεται δέ τις καὶ Θουκυδίδου τοῦ Μιλησίου λόγος, εἰς τὴν δεινότητα τοῦ Περικλέους μετὰ παιδιᾶς εἰρημένος. ἦν μὲν γὰρ ὁ Θουκυδίδης τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ πλεῖστον ἀντεπολιτεύσατο τῷ Περικλεῖ χρόνον· Ἀρχιδάμου δὲ τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως πυνθανομένου πότερον αὐτὸς ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον, Ὅταν, εἶπεν, ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε, νικᾷ, καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Περικλῆς περὶ τὸν λόγον εὐλαβὴς ἦν, ὥστ' ἀεὶ πρὸς τὸ βῆμα βαδίζων ηὔχετο τοῖς Θεοῖς μηδὲ ῥῆμα μηδὲν ἐκπεσεῖν ἄκοντος αὐτοῦ πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν ἀνάρμοστον. ἔγγραφον μὲν οὖν οὐδὲν ἀπολέλοιπε, πλὴν τῶν ψηφισμάτων· ἀπομνημονεύεται δ' ὀλίγα παντάπασιν· οἷον, τὸ τὴν Αἴγιναν ὡς λήμην τοῦ Πειραιῶς ἀφελεῖν κελεῦσαι· καὶ τὸ, τὸν πόλεμον ἤδη φάναι καθορᾷν ἀπὸ Πελοποννήσου προσφερόμενον. καί ποτε τοῦ Σοφοκλέους, ὅτε συστρατηγῶν ἐξέπλευσε μετ' αὐτοῦ, παῖδα καλὸν ἐπαινέσαντος, Οὐ μόνον, ἔφη, τὰς χεῖρας ὦ Σοφόκλεις δεῖ καθαρὰς ἔχειν τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. ὁ δὲ Στησίμβροτος φησὶν ὅτι τοὺς ἐν Σάμῳ τεθνηκότας ἐγκωμιάζων ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀθανάτους ἔλεγε γεγονέναι, καθάπερ τοὺς Θεούς. οὐ γὰρ ἐκείνους αὐτοὺς ὁρῶμεν, ἀλλὰ ταῖς τιμαῖς ἃς ἔχουσι, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἅπερ ἔχουσιν, ἀθανάτους εἶναι

culas voces in eum multas ejacularentur, traxisse ex vi dicendi eum ostendunt hoc cognomen. Tonare enim & fulminare concionantem, & vehemens eum in lingua fulmen dicebant gerere. Quoddam etiam dictum memoriæ traditum est Thucydidis Milesii jocosum de Periclis in dicendo nervis. Fuit autem ex optimatibus Thucydides, diuque Periclis in repub. adversarius: ex quo quum requireret Lacedæmoniorum rex Archidamus, ipse an Pericles melior lucta esset, Ubi ego, inquit, luctando eum prostravi, ille refellens persuadet se non cecidisse, atque in eam traducit spectatores opinionem. Verumenimvero ipse erat, quum dicturus esset, valde solicitus Pericles: ut quum ad concionandum accederet, semper precaretur Deos ne ullum verbum, quod ad rem præsentem non conveniret, invito excideret sibi. Scripti præter plebiscita reliquit nihil. Dicta commemorantur plane pauca, ut quum tanquam lippitudinem Æginam jubet a Piræo avelli, & bellum dicit jam exoriens se a Peloponneso prospicere. Item quum aliquando Sophocles, qui cum eo navigabat in prætura collega, formam pueri cujusdam laudaret, Prætorem, Sophocles, inquit, decet non solum manus sed & oculos abstinentes habere. Stesimbrotus eum refert, quum pro concione celebraret illos qui in Samo ceciderant, immortalitatem dixisse eos, sicut Deos, adeptos. Neque enim illos ipsos, inquit, conspicimus; at ex honoribus quibus coluntur, & ex bonis, quibus fruuntur, ducimus eos immortales

εἶναι τεκμαιρόμεθα· ταῦτ' οὖν ὑπάρχειν καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανοῦσιν.

Ἐπεὶ δὲ Θουκυδίδης μὲν ἀριστοκρατικήν τινα τὴν τοῦ Περικλέους ὑπογράφει πολιτείαν, λόγῳ μὲν οὖσαν δημοκρατίαν, ἔργῳ δ' ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχήν· ἄλλοι δὲ πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι, κακῶς ἐθισθέντα, καὶ γενόμενον πολυτελῆ καὶ ἀκόλαστον ὑπὸ τῶν τότε πολιτευμάτων, ἀντὶ σώφρονος καὶ αὐτουργοῦ· θεωρείσθω διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ἡ αἰτία τῆς μεταβολῆς. ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὴν Κίμωνος δόξαν ἀντιταττόμενος, ὑπεποιεῖτο τὸν δῆμον· ἐλαττούμενος δὲ πλούτῳ καὶ χρήμασιν, ἀφ' ὧν ἐκεῖνος ἀνελάμβανε τοὺς πένητας, δεῖπνόν τε καθ' ἡμέραν τῷ δεομένῳ παρέχων Ἀθηναίων, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀμφιεννύων, τῶν τε χωρίων τοὺς φραγμοὺς ἀφαιρῶν, ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι· τούτοις ὁ Περικλῆς καταδημαγωγούμενος, τρέπεται πρὸς τὴν τῶν δημοσίων διανομὴν, συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Ἰῆθεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκεν. καὶ ταχὺ θεωρικοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασιν, ἄλλαις τε μισθοφοραῖς καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος, ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, ἧς αὐτὸς οὐ μετεῖχε, διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν. αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ κληρωταί τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. διὸ καὶ μᾶλλον ἰσχύσας ὁ Περικλῆς ἐν τῷ δήμῳ, κατεστασίασε τὴν βουλὴν, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλεί-

les esse: eadem contingunt iis qui vitam pro patria profuderint.

Quia vero actiones in repub. Periclis principum describit Thucydides favere potestati, ac dictam quidem popularem, sed revera unius fuisse sub primario viro principatum: plerique autem alii populum ferunt primum ab eo ad agrarias divisiones, ad sportulas theatrales, & mercenarias largitiones accipiendas deductum, eoque pravo more profusum luxuque solutum istis actionibus redditum, frugi quum fuisset ante & operis toleravisset se suis; videamus causam ex rebus ipsis cur sententiam suam mutaverit. Initio (ut diximus) quum offerret gloriæ se Cimonis adversarium, prensavit populum. Sed quod superaret ipsum Cimon divitiis & pecunia, quibus fovebat inopes, ad cœnam quotidie egenos cives invitans, senes vestiens, sepes amovens prædiorum, quo sumerent quibus liberet fructus, hac popularitate inferior, Demonidis consilio Iensis (ut tradit Aristoteles) convertit se Pericles ad publica dilargienda, brevique theatralibus & judicialibus sportulis, atque aliis præmiationibus, largitionibusque corrupta plebe, usus est adversus Areopagi curiam, in qua ipse non erat, quod nec archon, nec thesmothetes, nec rex sacrorum, nec polemarchus sorte cooptatus fuisset. Hi enim magistratus sortito antiquitus creabantur, quique in iis comprobati essent ascendebant in curiam Areopagi. Quare quum plus apud populum polleret Pericles, factione sua oppressit hoc

πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου, Κίμωνα δ' ὡς φιλολάκωνα καὶ μισόδημον ἐξοστρακισθῆναι, πλούτῳ μὲν καὶ γένει μηδενὸς ἀπολειπόμενον, νίκας δὲ καλλίστας νενικηκότα τοὺς βαρβάρους, καὶ χρημάτων πολλῶν καὶ λαφύρων ἐμπεπληκότα τὴν πόλιν, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται. τοσοῦτον ἦν τὸ κράτος ἐν τῷ δήμῳ τοῦ Περικλέους.

Ὁ μὲν οὖν ἐξοστρακισμὸς ὡρισμένην εἶχε νόμῳ δεκαετίαν τοῖς φεύγουσιν· ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου, Λακεδαιμονίων στρατῷ μεγάλῳ ἐμβαλόντων εἰς τὴν Ταναγραϊκήν, καὶ τῶν Ἀθηναίων εὐθὺς ὁρμησάντων ἐπ' αὐτούς, ὁ μὲν Κίμων ἐλθὼν ἐκ τῆς φυγῆς, ἔθετο μετὰ τῶν φυλετῶν εἰς λόχον τὰ ὅπλα, καὶ δι' ἔργων ἀπολύεσθαι τὸν Λακωνισμὸν ἐβούλετο, συγκινδυνεύσας τοῖς πολίταις. οἱ δὲ φίλοι τοῦ Περικλέους συστάντες ἀπήλασαν αὐτὸν ὡς φυγάδα. διὸ καὶ δοκεῖ Περικλῆς ἐρρωμενεστάτην μάχην ἐκείνην ἀγωνίσασθαι, καὶ γενέσθαι πάντων ἐπιφανέστατος, ἀφειδήσας τοῦ σώματος. ἔπεσον δὲ καὶ τοῦ Κίμωνος οἱ φίλοι πάντες ὁμαλῶς, οὓς Περικλῆς συνεπῃτιᾶτο τοῦ Λακωνισμοῦ· καὶ μετάνοια δεινὴ τοὺς Ἀθηναίους καὶ πόθος ἔσχε τοῦ Κίμωνος, ἡττημένους μὲν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Ἀττικῆς, προσδοκῶντας δὲ καὶ βαρὺν εἰς ἔτους ὥραν πόλεμον. αἰσθόμενος οὖν ὁ Περικλῆς οὐκ ὤκνησε χαρίσασθαι τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ τὸ ψήφισμα γράψας αὐτὸς ἐκάλει τὸν ἄνδρα, κἀκεῖνος ἀπελθὼν εἰρήνην ἐποίησε ταῖς πόλεσιν. οἰκείως γὰρ εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς αὐτόν, ὥσπερ ἀπήχθοντο τῷ Περικλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις δημαγωγοῖς. ἔνιοι δέ φασιν οὐ πρότερον γραφῆναι

hoc concilium, eique opera Ephialtis pleraque ademit judicia, ac Cimonem ut Lacedæmoniorum fautorem, infestumque populo, urbe pepulit, opibus & nobilitate nulli secundum: qui victorias de barbaris pulcherrimas retulerat, opulentiaque grandi ac manubiis expleverat civitatem, ut in ejus vita exposuimus: tam validæ opes apud populum erant Periclis.

Genere illo exilii (ostracismum vocabant) præfinitum exulibus erat spatium decennale. Interea Lacedæmoniis in agrum Tanagraicum incursionem magna manu facientibus, quum copias Athenienses contra eos eduxissent, reversus ab exilio Cimon, quo factis dilueret studium in Lacedæmonios, discrimen cum civibus subeundo, quum in manipulo se tribulium suorum centuriavisset, necessarii Periclis eum ut exulem coitione facta abegerunt. Ideoque fortissime eo in conflictu dimicasse Pericles videtur, ejusque qui plurimum suo corpore exciperet periculi, enituisse supra cæteros virtus. Ceciderunt etiam Cimonis amici pariter omnes, quos æque Pericles, tanquam cum Lacedæmoniis facientes, insimulabat. Pœnituit autem majorem in modum Athenienses, & desiderium tenuit eos Cimonis, quod fusi fuissent in Atticæ finibus, majoremque molem in æstatem belli expectabant. Quæ Pericles animadvertens, non detrectavit obsecundare plebi, ac plebiscitum, quo illum revocavit, ipse scripsit. Reversus Cimon pacem inter eas civitates junxit. Erant enim studio Lacedæmonii in eum propenso, sicut oderant Periclem, & reliquos homines populares. Sunt qui non ante referant latum a Pe-

ναι τῷ Κίμωνι τὴν κάθοδον ὑπὸ τοῦ Περικλέους, ἢ συνθήκας αὐτοῖς ἀπορρήτους γενέσθαι δι' Ἐλπινίκης τῆς Κίμωνος ἀδελφῆς. ὥστε Κίμωνα μὲν ἐκπλεῦσαι, λαβόντα ναῦς διακοσίας, καὶ τῶν ἔξω στρατηγεῖν, καταστρεφόμενον τὴν βασιλέως χώραν· Περικλεῖ δὲ τὴν ἐν ἄστει δύναμιν ὑπάρχειν. ἐδόκει δὲ καὶ πρότερον ἡ Ἐλπινίκη τῷ Κίμωνι τὸν Περικλέα πρᾳότερον παρασχεῖν, ὅτε τὴν θανατικὴν δίκην ἔφυγεν. ἦν μὲν γὰρ εἷς τῶν κατηγόρων ὁ Περικλῆς ὑπὸ τοῦ δήμου προβεβλημένος. ἐλθούσης δὲ πρὸς αὐτὸν τῆς Ἐλπινίκης καὶ δεομένης, μειδιάσας εἶπεν, Ὦ Ἐλπινίκη, γραῦς εἶ, ὡς πράγματα τηλικαῦτα δρᾶσειν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν λόγον ἅπαξ ἀνέστη τὴν προβολὴν ἀφοσιούμενος, καὶ τῶν κατηγόρων ἐλάχιστα τὸν Κίμωνα λυπήσας ἀπεχώρησε. πῶς ἂν οὖν τις Ἰδομενεῖ πιστεύσειε, κατηγοροῦντι τοῦ Περικλέους ὡς τὸν δημαγωγὸν Ἐφιάλτην, φίλον γενόμενον, καὶ κοινωνὸν ὄντα τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ προαιρέσεως, δολοφονήσαντος, διὰ ζηλοτυπίαν καὶ φθόνον τῆς δόξης; ταῦτα γὰρ οὐκ οἶδ' ὅθεν συναγαγὼν ὥσπερ χολὴν τἀνδρὶ προσβέβληκε, πάντη μὲν ἴσως οὐκ ἀνεπιλήπτῳ, φρόνημα δ' εὐγενὲς ἔχοντι, καὶ ψυχὴν φιλότιμον, οἷς οὐδὲν ἐμφύεται πάθος ὠμὸν οὕτω καὶ θηριῶδες. Ἐφιάλτην μὲν οὖν φοβερὸν ὄντα τοῖς ὀλιγαρχικοῖς, καὶ περὶ τὰς εὐθύνας καὶ διώξεις τῶν τὸν δῆμον ἀδικούντων ἀπαραίτητον, ἐπιβουλεύσαντες οἱ ἐχθροὶ, δι' Ἀριστοδίκου τοῦ Ταναγρικοῦ, κρυφαίως ἀνεῖλον, ὡς Ἀριστοτέλης εἴρηκεν. ἐτελεύτησε δὲ Κίμων ἐν Κύπρῳ στρατηγῶν.

Οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ μέγιστον μὲν ἤδη τὸν Περικλέα καὶ πρόσθεν ὁρῶντες γε-

Pericle ad populum de Cimonis reditu, quam occulta pactio inter eos, Cimonis sorore interprete Elpinice, intercessisset, ut classe Cimon ducentarum navium accepta, foris præesset exercitui, & provincias regis devastaret, Pericles imperium domi haberet. Fama fuit etiam ante Elpinicen Cimoni, quum causam capitis diceret, Periclem reddidisse placatiorem. Fuerat enim inter accusatores Pericles unus a populo delectus. Quum adisset autem eum supplex Elpinice, ridens, At enim anus es, inquit, Elpinice, anus es nimium, quam ut res tantas transigas. Attamen semel duntaxat surrexit ad dicendum, atque crimen defunctorie attigit, abscessitque, quum moderatissimum se inter Cimonis accusatores præbuisset. Quomodo credas igitur insimulanti Periclem Idomeneo, oratorem ab eo Ephialtem, amicum & consiliorum in repub. socium, æmulatione & invidia gloriæ ejus, per dolum interemptum? Hoc ille, haud scio unde collectum, velut fel offudit illi, non omni fortasse carenti reprehensione, sed animi viro celsi tamen & gloriæ cupidi, in quem facinus non competit adeo tetrum & atrox ullum. Ephialtem ergo, qui hostis acris erat eorum qui paucorum potentiam fovebant, severusque in detegendis & persequendis illis qui circumveniebant populum, inimici implicatum insidiis, Aristodici Tanagræi opera, ut prodit Aristoteles, clam sustulere. At Cimon præfectus classis in Cypro diem suum obiit.

Optimates autem, quanquam sentirent jamdudum validissimas in civitate evasisse opes Peri-

γεγονότα τῶν πολιτῶν, βουλόμενοι δ' ὅμως εἶναί τινα τὸν πρὸς αὐτὸν ἀντιτασσόμενον ἐν τῇ πόλει, καὶ τὴν δύναμιν ἀμβλύνοντα, ὥστε μὴ κομιδῇ μοναρχίαν εἶναι· Θουκυδίδην τὸν Ἀλωπεκῆθεν, ἄνδρα σώφρονα καὶ κηδεστὴν Κίμωνος, ἀντέστησαν ἐναντιωσόμενον. ὃς ἧττον μὲν ὢν πολεμικὸς τοῦ Κίμωνος, ἀγοραῖος δὲ καὶ πολιτικὸς μᾶλλον, οἰκουρῶν ἐν ἄστει, καὶ περὶ τὸ βῆμα τῷ Περικλεῖ συμπλεκόμενος, ταχὺ τὴν πολιτείαν εἰς ἀντίπαλον κατέστησεν. οὐ γὰρ εἴασε τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς καλουμένους ἄνδρας ἐνδιεσπάρθαι καὶ συμμεμίχθαι πρὸς τὸν δῆμον, ὡς πρότερον, ὑπὸ πλήθους ἠμαυρωμένους τὸ ἀξίωμα· χωρὶς δὲ διακρίνας, καὶ συναγαγὼν εἰς ταυτὸ τὴν πάντων δύναμιν ἐμβριθῆ γενομένην, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ ῥοπὴν ἐποίησεν. ἡ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς διαπλοκή τις ὕπουλος, ὥσπερ ἐν σιδήρῳ, διαφορὰν ὑποσημαίνουσα δημοτικῆς καὶ ἀριστοκρατικῆς προαιρέσεως· ἡ δ' ἐκείνων ἅμιλλα καὶ φιλοτιμία τῶν ἀνδρῶν, βαθυτάτην τομὴν τεμοῦσα τῆς πόλεως, τὸ μὲν, δῆμον, τὸ δ', ὀλίγους ἐποίησε καλεῖσθαι. διὸ καὶ τότε μάλιστα τῷ δήμῳ τὰς ἡνίας ἀνεὶς ὁ Περικλῆς, ἐπολιτεύετο πρὸς χάριν, ἀεὶ μέν τινα θέαν πανηγυρικὴν, ἢ ἑστίασιν ἢ πομπὴν εἶναι μηχανώμενος ἐν ἄστει, καὶ διαπαιδαγωγῶν οὐκ ἀμούσοις ἡδοναῖς τὴν πόλιν· ἑξήκοντα δὲ τριήρεις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐκπέμπων, ἐν αἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔπλεον ὀκτὼ μῆνας ἔμμισθοι, μελετῶντες ἅμα καὶ μανθάνοντες τὴν ναυτικὴν ἐμπειρίαν. πρὸς δὲ τούτοις, χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χεῤῥόνησον κληρούχους, εἰς δὲ Νάξον πεντακοσίους, εἰς δὲ Ἄνδρον ἡμίσεις τούτων, εἰς δὲ Θρᾴκην χιλίους Βισάλταις συνοικήσοντας· ἄλλους

δ' εἰς

Periclis, principemque eum civium jam esse; volebant cum eo aliquem tamen in civitate comparatum, qui potentiam ejus, ne solus omnino rerum potiretur, retunderet. Itaque adversarium ei objecerunt affinem Cimonis, moderatum virum, Alopecensem Thucydidem. Qui quum minus bellicis laudibus esset quam Cimon celebris, sed fori magis artiumque peritus civilium, urbem assidue colens, atque in concionibus cum Pericle decertans, brevi rempub. ad æquilibrium reduxit. Neque enim eos qui optimates vocabantur immisceri & confundi permisit, ut ante, cum plebe, ubi multudine offuscabatur dignitas eorum: sed secrevit eos, contractisque in unum omnium opibus, quæ hac ratione factæ sunt valentiores, fecit tanquam in lance momentum. Quippe prior illa tecta distractio, sicut in ferro, discrimen subindicabat aliquod plebis & principum factionis. At horum virorum contentio & ambitio, ingenti divisit civitatem fissura, effecitque ut hæc pars plebs, altera pauci appellaretur. Ibi itaque quam maxime laxatis plebi habenis, Pericles rempublicam ad ejus libidinem tractabat, eratque in eo semper, ut celebre aliquod spectaculum, aut epulum, aut pompam in urbe instrueret, civitatem non illepidis deliniens voluptatibus. Jam sexaginta triremes quoque anno emittebat. Magnus numerus in his civium navigabat, octo menses æra merens, meditansque simul & discens navalem disciplinam. Ad hæc mille colonos Chersonesum misit, Naxum quingentos, Andrum ejus dimidium. In Thraciam mille adscripsit Bisaltis,

in

δ' εἰς Ἰταλίαν, οἰκιζομένης Συβάρεως, ἣν Θουρίους προσηγόρευσαν. καὶ ταῦτ' ἔπραττεν, ἀποκουφίζων μὲν ἀργοῦ καὶ διὰ σχολὴν πολυπράγμονος ὄχλου τὴν πόλιν, ἐπανορθούμενος δὲ τὰς ἀπορίας τοῦ δήμου, φόβον δὲ καὶ φρουρὰν τοῦ μὴ νεωτερίζειν τι παρακατοικίζων τοῖς συμμάχοις.

Ὃ δὲ πλείστην μὲν ἡδονὴν ταῖς Ἀθήναις καὶ κόσμον ἤνεγκε, μεγίστην δὲ τοῖς ἄλλοις ἔκπληξιν ἀνθρώποις, μόνον δὲ τῇ Ἑλλάδι μαρτυρεῖ, μὴ ψεύδεσθαι τὴν λεγομένην δύναμιν αὐτῆς ἐκείνην καὶ τὸν παλαιὸν ὄλβον, ἡ τῶν ἀναθημάτων κατασκευή. τοῦτο μάλιστα τῶν πολιτευμάτων τοῦ Περικλέους ἐβάσκαινον οἱ ἐχθροί, καὶ διέβαλλον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, βοῶντες ὡς ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκούει, τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων χρήματα πρὸς αὐτὸν ἐκ Δήλου μεταγαγών. ἣ δ' ἔνεστιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας εὐπρεπεστάτη τῶν προφάσεων, δείσαντα τοὺς βαρβάρους ἐκεῖθεν ἀνελέσθαι, καὶ φυλάττειν ἐν ὀχυρῷ τὰ κοινά, ταύτην ἀνῄρηκε Περικλῆς· καὶ δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι, καὶ τυραννεῖσθαι περιφανῶς, ὁρῶσα τοῖς εἰσφερομένοις ὑπ' αὐτῆς ἀναγκαίως πρὸς τὸν πόλεμον, ἡμᾶς τὴν πόλιν καταχρυσοῦντας καὶ καλλωπίζοντας, ὥσπερ ἀλαζόνα γυναῖκα περιαπτομένην λίθους πολυτελεῖς, καὶ ἀγάλματα, καὶ ναοὺς χιλιοταλάντους. ἐδίδασκεν οὖν ὁ Περικλῆς τὸν δῆμον, ὅτι χρημάτων μὲν οὐκ ὀφείλουσι τοῖς συμμάχοις λόγον, προπολεμοῦντες αὐτῶν, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀνείργοντες, οὐχ ἵππον, οὐ ναῦν, οὐχ ὁπλίτην, ἀλλὰ χρήματα μόνον τελούντων· ἃ τῶν διδόντων οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τῶν λαμβανόντων, ἂν παρέχωσιν ἀνθ' ὧν λαμβάνουσι. δεῖ δὲ, τῆς πόλεως κατεσκευασμένης ἱκα-

νῶς

in Italiam alios, quum instauraretur Sybaris, quos appellavere Thurios: eaque agebat, quo otiosa & ex otio importuna turba urbem levaret, & populi subveniret difficultatibus, timoremque & præsidium, ne res novas molirentur, adjungeret sociis.

Maximam autem urbi Athenarum venustatem ornatumque conciliavit, cæteris vero mortalibus summum stuporem, ac sola Græciæ testimonio est, haud esse vanum quod de illius ipsius prisca prædicatur potentia & opulentia, operum & ornamentorum urbis molitio. Hanc actionem Periclis maxime mordebant inimici, traducebantque in concionibus, fœdum vociferantes id populo esse & probrosum, quod publicam Græciæ pecuniam ex Delo ad se transtulisset. Contra id autem quo uti speciosissimo adversus exprobrantes obtentu poterat, metu se id inde sustulisse barbarorum, ut rem communem tuto loco servaret, hunc Periclem præcidisse; neque vulgari videri Græciam affici injuria, immo plane opprimi tyrannide, quum cernat quæ necessario ipsa in bellum contribuit, his Athenienses urbem deaurantes, & exornantes signis delubrisque sumptuosissimis, insolentis more mulieris quæ gemmis sese pretiosis excolat. Igitur demonstravit Pericles populo, quum ipse defendat socios & barbaros arceat, non esse ipsum obstrictum ut referat rationes illis qui non equum, non navem, non militem, sed pecuniam solum præbeant, quæ non dantium sit sed accipientium, modo præstent id cujus gratia recipiant. Debere vero, quia abunde civitas ne-

cessariis

νῶς τοῖς ἀναγκαίοις πρὸς τὸν πόλεμον, εἰς ταῦτα τὴν εὐπορίαν τρέπειν αὐτῆς, ἀφ' ὧν δόξα μὲν γιγνομένων ἀΐδιος, εὐπορία δὲ γινομένων ἑτοίμη παρέσται, παντοδαπῆς ἐργασίας φανείσης, καὶ ποικίλων χρειῶν, αἳ πᾶσαν μὲν τέχνην ἐγείρουσαι, πᾶσαν δὲ χεῖρα κινοῦσαι, σχεδὸν ὅλην ποιοῦσιν ἔμμισθον τὴν πόλιν, ἐξ αὐτῆς ἅμα κοσμουμένην καὶ τρεφομένην. τοῖς μὲν γὰρ ἡλικίαν ἔχουσι καὶ ῥώμην αἱ στρατεῖαι τὰς ἀπὸ τῶν κοινῶν εὐπορίας παρεῖχον· τὸν δ' ἀσύντακτον καὶ βάναυσον ὄχλον, οὔτ' ἄμοιρον εἶναι λημμάτων βουλόμενος, οὔτε λαμβάνειν ἀργὸν καὶ σχολάζοντα, μεγάλας κατασκευασμάτων ἐπιβολὰς, καὶ πολυτέχνους ὑποθέσεις ἔργων διατριβὴν ἐχόντων, ἐνέβαλε φέρων εἰς τὸν δῆμον. ἵνα μηδὲν ἧττον τῶν πλεόντων, καὶ φρουρούντων, καὶ στρατευομένων, τὸ οἰκουροῦν ἔχῃ πρόφασιν ἀπὸ τῶν δημοσίων ὠφελεῖσθαι καὶ μεταλαμβάνειν. ὅπου γὰρ ὕλη μὲν ἦν λίθος, χαλκὸς, ἐλέφας, χρυσὸς, ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ δὲ ταύτην ἐκπονοῦσαι καὶ κατεργαζόμεναι τέχναι, τέκτονες, πλάσται, χαλκοτύποι, λιθουργοὶ, βαφεῖς, χρυσοῦ μαλακτῆρες, ἐλέφαντος, ζωγράφοι, ποικιλταὶ, τορευταί· πομποὶ δὲ τούτων καὶ κομιστῆρες, ἔμποροι καὶ ναῦται κατὰ θάλατταν· οἱ δὲ κατὰ γῆν, ἁμαξοπηγοὶ, καὶ ζευγοτρόφοι, καὶ ἡνίοχοι, καὶ καλωστρόφοι, καὶ λιθουργοὶ, καὶ σκυτοτόμοι, καὶ ὁδοποιοὶ, καὶ μεταλλεῖς· ἑκάστη δὲ τέχνη, καθάπερ στρατηγὸς, ἴδιον στράτευμα, τὸν θητικὸν ὄχλον καὶ ἰδιώτην συντεταγμένον εἶχεν, ὄργανον καὶ σῶμα τῆς ὑπηρεσίας γινόμενον· εἰς πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡλικίαν καὶ φύσιν αἱ χρεῖαι διένεμον καὶ διέσπειρον τὴν εὐπορίαν.

Ἀνα-

cessariis instructa ad bellum sit, convertere eam copias suas in hæc, quæ perpetrata, sempiternam gloriam, dum in molimine sunt, quæstum pariant præsentem: quod varia opificia instituerentur, varia etiam ministeria, quæ, quia omnes excitatura artes essent, & manus omnes motura, civitatem facerent pene universam mercenariam, dum semetipsam decorat simul & alit. Nam quorum probata ætas & robur erat, hi stipendium militantes accipiebant ex publico: multitudinem inconditam & ignobilem, quia nolebat a quæstibus secludere, neque tamen accipere inertem & otiosam, ingentibus molitionum cœptis & institutis operum, quæ varia requirebant artificia longasque moras, implicavit populum; ut non secus ac classici, præsidiarii, ac militantes, urbana quoque plebs haberet ansam, quo compendium facere ex ærario, ejusque fieri particeps valeret. Siquidem materia hic erat lapis, æs, ebur, aurum, ebenus, cupressus, hæc elaborabant & expoliebant artifices, fabri lignarii, plastæ, ærarii, scalptores, infectores, bractearii, eboris in laminas secandi periti, pictores, pœciltæ, toreutæ. Advehebant ea & apportabant mercatores, nautæ, gubernatores mari, terra fabri carpentarii, qui equos alebant, aurigæ, restiones, lapicidæ, sutores, viarum munitores, metallorum fabri. Singulæ artes, sicut duces exercitum suum, infimam multitudinem & plebeiam habebant sub se centuriatam. Organum ea erat & corpus in obsequia destinatum. In omnem autem pene dixerim ætatem & conditionem hominum distribuebant & dispertiebantur ministeria emolumentum.

Quum

Ἀναβαινόντων δὲ τῶν ἔργων, ὑπερηφάνων μὲν μεγέθει, μορφῇ δ' ἀμιμήτων καὶ χάριτι, τῶν δημιουργῶν ἁμιλλωμένων ὑπερβάλλεσθαι τὴν δημιουργίαν τῇ καλλιτεχνίᾳ, μάλιστα θαυμάσιον ἦν τὸ τάχος. ὧν γὰρ ἕκαστον ᾤοντο πολλαῖς διαδοχαῖς καὶ ἡλικίαις μόλις ἐπὶ τέλος ἀφίξεσθαι, ταῦτα πάντα μιᾶς ἀκμῇ πολιτείας ἐλάμβανε τὴν συντέλειαν. καίτοι τότε φασὶν Ἀγαθάρχου τοῦ ζωγράφου μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τῷ ταχὺ καὶ ῥᾳδίως τὰ ζῷα ποιεῖν, ἀκούσαντα τὸν Ζεῦξιν εἰπεῖν, Ἐγὼ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ. ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια καὶ ταχύτης οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν· ὁ δ' εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος, ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν. ὅθεν καὶ μᾶλλον θαυμάζεται τὰ Περικλέους ἔργα πρὸς πολὺν χρόνον ἐν ὀλίγῳ γενόμενα. κάλλει μὲν γὰρ ἕκαστον εὐθὺς ἦν τότε ἀρχαῖον, ἀκμῇ δὲ μέχρι νῦν πρόσφατόν ἐστι καὶ νεουργόν· οὕτως ἐπανθεῖ τις καινότης ἀεὶ ἄθικτον ὑπὸ τοῦ χρόνου διατηροῦσα τὴν ὄψιν, ὥσπερ ἀειθαλὲς πνεῦμα καὶ ψυχὴν ἀγήρω καταμεμιγμένην τῶν ἔργων ἐχόντων. πάντα δὲ διεῖπε καὶ πάντων ἐπίσκοπος ἦν αὐτῷ Φειδίας, καίτοι μεγάλους ἀρχιτέκτονας ἐχόντων καὶ τεχνίτας τῶν ἔργων. τὸν μὲν γὰρ ἑκατόμπεδον παρθενῶνα Καλλικράτης εἰργάζετο καὶ Ἴκτινος, τὸ δ' ἐν Ἐλευσῖνι τελεστήριον ἤρξατο μὲν Κόροιβος οἰκοδομεῖν, καὶ τοὺς ἐπ' ἐδάφους κίονας ἔθηκεν οὗτος, καὶ τοῖς ἐπιστυλίοις ἐπέζευξεν· ἀποθανόντος δὲ τούτου, Μεταγένης ὁ Ξυπέτιος, τὸ διάζωμα καὶ τοὺς ἄνω κίονας ἐπέστησε· τὸ δ' ὀπαῖον ἐπὶ τοῦ ἀνακτόρου Ξενοκλῆς ὁ Χολαργεὺς

Quum jam assurgerent opera insanis substructionibus, venustate & gratia incomparabili, certantibus superare molitionem arte opificibus, erat præ cæteris celeritas incredibilis. Quæ enim arbitrabantur vix multis successionibus & ævis singula iri absoluta, in unius ea florescente administratione principis confecta fuere cuncta. Et quidem tunc memorant, quum gloriantem pictorem Agatharchum, quod cito & facile pingeret imagines, audivisset Zeuxis, dixisse, Ego vero longo tempore. Promtitudo enim in faciendo & acceleratio non addit pondus operi durabile, neque absolutum decorem: tempus vero ad producendum opus labori impensum, robur addit ad operis conservationem. Quo magis opera admiranda sunt Periclis, quæ ad diuturnitatem modico perpetrata tempore fuere. Elegantia enim singula jam tum erant antiqua, flore in hanc usque diem recentia sunt & novitia; ita quotidie quædam novitas elucet in eis, quæ aspectum ipsum intactum vetustate atque inviolatum conservet: non aliter ac si opera ipsa perpetuo quodam spiritu atque animo illis insito alantur & vigeant. Quamvis autem haberent insignes architectos & artifices opera, omnium tamen dispensator & arbiter erat illi Phidias. Siquidem hecatompedon parthenona excitavit cum Ictino Callicrates: telesterion Eleusine cœpit Corœbus ædificare. Hic columnas in pavimento posuit & epystiliis junxit: quo defuncto, Xypetius Metagenes septum & superiores columnas adjecit. Fastigio adyti fenestram addidit Cholargensis Xenocles.

γὰρ ἐκορύφωσε· τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης. κωμῳδεῖ δὲ τὸ ἔργον Κρατῖνος ὡς βραδέως περαινόμενον,

Πάλαι γὰρ αὐτὸ (φησὶ) λόγοισι προσάγει Περικλέης,
Ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ.

Τὸ δ' ᾠδεῖον, τῇ μὲν ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον, τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γενέσθαι καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς, ἐπιστατοῦντος καὶ τούτῳ Περικλέους. διὸ καὶ πάλιν Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις παίζει πρὸς αὐτόν,

Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε προσέρχεται
Περικλέης, τᾠδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
Ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.

Φιλοτιμούμενος δ' ὁ Περικλῆς τότε πρῶτα ἐψηφίσατο μουσικῆς ἀγῶνα τοῖς παναθηναίοις ἄγεσθαι, καὶ διέταξεν αὐτὸς ἀθλοθέτης αἱρεθεὶς, καθότι χρὴ τοὺς ἀγωνιζομένους αὐλεῖν, ἢ ᾄδειν, ἢ κιθαρίζειν. ἐθεῶντο δὲ καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐν ᾠδείῳ τοὺς μουσικοὺς ἀγῶνας. τὰ δὲ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος. τύχη δὲ θαυμαστὴ συμβᾶσα περὶ τὴν οἰκοδομίαν ἐμήνυσε τὴν Θεὸν οὐκ ἀποστατοῦσαν, ἀλλὰ συνεφαπτομένην τοῦ ἔργου καὶ συνεπιτελοῦσαν. ὁ γὰρ ἐνεργότατος καὶ προθυμότατος τῶν τεχνιτῶν, ἀποσφαλεὶς ἐξ ὕψους ἔπεσε, καὶ διέκειτο μοχθηρῶς, ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος. ἀθυμοῦντος δὲ τοῦ Περικλέους, ἡ Θεὸς ὄναρ

ὄναρ

τε πλείονας εἰς τὴν Κέρκυραν, αἳ μετὰ τὴν μάχην ἀφίκοντο. χαλεπαίνουσι δὲ τοῖς Κορινθίοις, καὶ κατηγοροῦσι τῶν Ἀθηναίων ἐν Λακεδαίμονι προσεγένοντο Μεγαρεῖς, αἰτιώμενοι πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δὲ λιμένων ὧν Ἀθηναῖοι κρατοῦσιν, εἴργεσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι, παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια καὶ τοὺς γεγενημένους ὅρκους τοῖς Ἕλλησιν. Αἰγινῆται δὲ κακοῦσθαι δοκοῦντες καὶ βίαια πάσχειν, ἐποτνιῶντο κρύφα πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, φανερῶς ἐγκαλεῖν τοῖς Ἀθηναίοις οὐ θαρροῦντες. ἐν δὲ τούτῳ καὶ Ποτίδαια πόλις ὑπήκοος Ἀθηναίων, ἄποικος δὲ Κορινθίων, ἀποστᾶσα καὶ πολιορκουμένη, μᾶλλον ἐπετάχυνε τὸν πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ πρεσβειῶν τε πεμπομένων Ἀθήναζε, καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων Ἀρχιδάμου τὰ πολλὰ τῶν ἐγκλημάτων εἰς διαλύσεις ἄγοντος, καὶ τοὺς συμμάχους πραΰνοντος, οὐκ ἂν ἐδόκει συμπεσεῖν ὑπό γε τῶν ἄλλων αἰτιῶν ὁ πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ τὸ ψήφισμα καθελεῖν τὸ Μεγαρικὸν ἐπείσθησαν, καὶ διαλλαγῆναι πρὸς αὐτούς. διὸ καὶ μάλιστα πρὸς τοῦτο Περικλῆς ἐναντιωθείς, καὶ παροξύνας τὸν δῆμον, ἐμμείνας τῇ πρὸς Μεγαρεῖς φιλονεικίᾳ, μόνος ἔσχε τοῦ πολέμου τὴν αἰτίαν.

Λέγουσι δὲ πρέσβεις Ἀθήναζε περὶ τούτων ἐκ Λακεδαίμονος ἀφιγμένους, καὶ τοῦ Περικλέους νόμον τινὰ προβαλλομένου κωλύοντα καθελεῖν τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν, εἰπεῖν Πολυάρκη τῶν πρέσβεων τινά, σὺ δὲ μὴ καθέλῃς, ἀλλὰ στρέψον εἴσω τὸ πινάκιον· οὐ γάρ ἐστι νόμος ὁ τοῦτο κωλύων. κομψοῦ δὲ τοῦ λόγου φανέντος, οὐδέν τι μᾶλλον ὁ Περικλῆς ἐνέδωκεν.

invidis alias inde plures Corcyram misit, quæ post pugnam venere. Infensis Corinthiis, & Athenienses Lacedæmone criminantibus, associavere se Megarenses, incessentes præter jus gentium, & jusjurandum inter Græcos datum, omnibus emporiis, omnibus se portubus, quos obtinerent Athenienses, prohiberi & arceri. Æginetæ, quorum miserabilis conditio & afflicta videbatur, quia accusare propalam non audebant Athenienses, clam apud Lacedæmonios quiritabantur. Dum hæc aguntur, Potidæa (quod oppidum sub jure erat Atheniensium, sed colonia Corinthiorum) quia desciverat, circumsidebatur. Quæ res bellum maturavit magis. Veruntamen, quum mitterentur Athenas legati, & studeret rex Lacedæmoniorum pleraque crimina Archidamus pacare, sociosque mulceret, verisimile est non fuisse eos Atheniensibus illaturos cæteras ob causas arma, si adduci, ut plebiscitum contra Megarenses abrogarent, pacemque componerent cum illis, potuissent. Cui quia præcipue intercessit Pericles, & populo inflammato præfracte oppugnavit Megarenses, solus autor habitus est belli.

De his ferunt legatos venisse a Lacedæmoniis Athenas, & quum legem Pericles certam obtenderet, quæ tabulam interdiceret in quam plebiscitum esset relatum, revellere, dixisse unum ex legatis Polyarcem, Tu vero ne revulseris, sed converte tabulam intro, quum non sit hoc quæ impediat lex ulla. Hoc dictum quamvis facetum videretur, nihilo fuit remissior tamen

 Pericles.

ἐνέδωκεν. ὑπῆν μὲν οὖν τις, ὡς ἔοικεν, αὐτῷ καὶ ἰδία πρὸς τοὺς Μεγαρεῖς ἀπέχθεια· κοινὴν δὲ καὶ φανερὰν ποιησάμενος τὴν αἰτίαν κατ' αὐτῶν, ἀποτέμνεσθαι τὴν ἱερὰν ὀργάδα, γράφει ψήφισμα, κήρυκα πεμφθῆναι πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους τὸν αὐτὸν, κατηγοροῦντα τῶν Μεγαρέων. τοῦτο μὲν οὖν τὸ ψήφισμα Περικλέους ἐστὶν εὐγνώμονος καὶ φιλανθρώπου δικαιολογίας ἐχόμενον. ἐπεὶ δ' ὁ πεμφθεὶς κῆρυξ Ἀνθεμόκριτος αἰτία τῶν Μεγαρέων ἀποθανεῖν ἔδοξε, γράφει ψήφισμα κατ' αὐτῶν Χαρῖνος, ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὃς δ' ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων, θανάτῳ ζημιοῦσθαι· τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πάτριον ὅρκον, ἐπομνύειν ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι· ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίους πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. Μεγαρεῖς δὲ τὸν Ἀνθεμοκρίτου φόνον ἀπαρνούμενοι, τὰς αἰτίας εἰς Ἀσπασίαν καὶ Περικλέα τρέπουσι, χρώμενοι τοῖς περιβοήτοις καὶ δημώδεσι τούτοις ἐκ τῶν Ἀχαρνέων στιχιδίοις,

Πόρνην δὲ Σίμαιθαν ἰόντες Μεγάραδε
Νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι·
Κᾆθ' οἱ Μεγαρεῖς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι,
Ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασία πόρνα δύο.

Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ὅπως ἔσχεν οὐ ῥᾴδιον γνῶναι. τοῦ δὲ μὴ λυθῆναι τὸ ψήφισμα πάντες ὡσαύτως τὴν αἰτίαν ἐπιφέρουσι τῷ Περικλεῖ. πλὴν οἱ μὲν ἐκ φρονήματος μεγάλου μετὰ γνώμης κατὰ τὸ βέλτιστον ἀπισχυρίσασθαι φασὶν

Pericles. Et sane persequebatur privato quodam odio (uti reor) Pericles Megarenses: prætendens autem publicam & manifestam adversus eos noxam, intervertisse eos agrum sacrum, scribit plebiscitum, ut caduceator ad eos mittatur, atque idem ad Lacedæmonios, qui Megarenses in crimen vocet. Atque hæc quidem rogatio Periclis æquam continet & lenem querelam: verum quoniam caduceatori, qui missus fuerat, Anthemocrito quæsita mors dicebatur a Megarensibus, bellum iis ex Charini rogatione internecinum & implacabile indicitur. Si quis attingeret Megarensis finem Atticum, mors ei denuntiaretur. Prætores in solemni jurejurando adderent: ut bis quotannis agrum Megarensem popularentur; tumularetur Anthemocritus juxta portam Thriasiam, quam nunc Dipylon nuncupant. Megarenses vero cædem inficiantes Anthemocriti, causam omnem in Aspasiam detorquent & Periclem, allegantque celebratos & vulgatos hosce versus Aristophanis ex Acharnensibus.

Juvenes profecti Megaram ebrii, auferunt
Simætham ex scortatione nobilem:
Megarensis hinc populus dolore percitus,
Furatur Aspasiæ duo scorta haud impiger.

Ac origo quidem belli unde manarit, haud proclive est nosse. Plebisciti vero illius non antiquati juxta omnes causam conferunt in Periclem. Verum hi ex animi celsitudine ferunt conjuncta cum prudentia eum re-

φασὶν αὐτόν, πεῖραν ἐνδόσεως τὸ πρόσταγμα, καὶ τὴν συγχώρησιν, ἐξομολόγησιν ἀσθενείας ἡγούμενον· οἱ δὲ μᾶλλον αὐθαδείᾳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ πρὸς ἔνδοξον ἰσχὺν περιφρονῆσαι Λακεδαιμονίων. ἡ δὲ χειρίστη μὲν αἰτία πασῶν, ἔχουσα δὲ πλείστους μάρτυρας, οὕτω πως λέγεται. Φειδίας ὁ πλάστης, ἐργολάβος μὲν ἦν τοῦ ἀγάλματος, ὥσπερ εἴρηται· φίλος δὲ τῷ Περικλεῖ γενόμενος, καὶ μέγιστον παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς, τοὺς μὲν δι' αὐτὸν ἔσχεν ἐχθροὺς φθονούμενος, οἱ δὲ, τοῦ δήμου ποιούμενοι πεῖραν ἐν ἐκείνῳ, ποῖός τις ἔσοιτο Περικλεῖ κριτὴς, Μένωνά τινα τῶν Φειδίου συνεργῶν πείσαντες, ἱκέτην ἐν ἀγορᾷ καθίζουσιν, αἰτούμενον ἄδειαν ἐπὶ μηνύσει καὶ κατηγορίᾳ τοῦ Φειδίου. προσδεξαμένου δὲ τοῦ δήμου τὸν ἄνθρωπον, καὶ γενομένης ἐν ἐκκλησίᾳ διώξεως, κλοπαὶ μὲν οὐκ ἠλέγχοντο. τὸ γὰρ χρυσίον οὕτως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἀγάλματι προσειργάσατο καὶ περιέθηκεν ὁ Φειδίας, γνώμῃ τοῦ Περικλέους, ὥστε πάνυ δυνατὸν εἶναι περιελοῦσιν ἀποδεῖξαι τὸν σταθμόν. ὃ καὶ τότε τοὺς κατηγόρους ἐκέλευσε ποιεῖν ὁ Περικλῆς. ἡ δὲ δόξα τῶν ἔργων ἐπίεζε φθόνῳ τὸν Φειδίαν, καὶ μάλισθ' ὅτι τὴν πρὸς Ἀμαζόνας μάχην ἐν τῇ ἀσπίδι ποιῶν, αὐτοῦ τινα μορφὴν ἐνετύπωσε, πρεσβύτου φαλακροῦ, πέτρον ἐπηρμένου δι' ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν, καὶ τοῦ Περικλέους εἰκόνα παγκάλην ἐνέθηκε μαχομένου πρὸς Ἀμαζόνα. τὸ δὲ σχῆμα τῆς χειρὸς ἀνατεινούσης δόρυ, πρὸ τῆς ὄψεως τοῦ Περικλέους, πεποιημένον εὐμηχάνως, οἷον ἐπικρύπτειν βούλεται τὴν ὁμοιότητα παραφαινομένην ἑκατέρωθεν. ὁ μὲν οὖν Φειδίας εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχ-

restitisse, quum arbitraretur eo præcepto tentari an cessuri ipsis Athenienses essent, & concessionem esse debilitatis confessionem: alii pervicacia potius & concertatione, ad ostentandam potentiam suam, despexisse Lacedæmonios. Deterrima causa omnium (cui tamen assentiuntur plerique omnes) hæc perhibetur esse. Phidias plastes, signum (ut dictum est) Minervæ conduxerat faciendum. Familiaritate hic Periclis usus est, plurimumque apud eum potuit; quare invidiam contraxit, ac nonnullos habuit ejus causa infestos. Alii, quo periculum in illo facerent, qualis populus in Periclem futurus judex esset, Menonem quendam, cujus opera utebatur Phidias, constituunt in foro supplicem, petentem fidem publicam dari sibi, indicaturum se & delaturum certa de Phidia. Quum populus illum admisisset, & quæstio in foro haberetur, nulla prolata furta fuerunt. Aurum enim sic a principio fuerat Periclis consilio simulacro illigatum & circumjectum, ut detrahi universum & approbari valeret ad stateram: quod ut facerent, provocavit tunc Pericles accusatores. Enimvero premebat excellentia operum Phidiam, præcipue quod in pugna Amazonica, quem finxit in clypeo Minervæ, effigiem suam expressisset, calvi senis saxum ambabus manibus sublatum tenentis; præclaram item inclusisset Periclis imaginem, manus cum Amazone conserentis. Figura autem manus, qua attollit hastam, ita erat fabrefacta, ut prætensa oculis Periclis, quasi tegere conetur utrinque elucentem similitudinem. Ac Phidias quidem in vincula

αχθεὶς, ἐτελεύτησε νοσήσας, ὡς δέ φασιν ἔνιοι φαρμάκοις ἐπὶ διαβολῇ τοῦ Περικλέους, τῶν ἐχθρῶν παρασκευασάντων. τῷ δὲ μηνυτῇ Μένωνι, γράψαντος Γλύκωνος, ἀτέλειαν ὁ δῆμος ἔδωκε, καὶ προσέταξε τοῖς στρατηγοῖς ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀσφαλείας τοῦ ἀνθρώπου.

Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀσπασία δίκην ἔφευγεν ἀσεβείας, Ἑρμίππου τοῦ κωμῳδοποιοῦ διώκοντος, καὶ προσκατηγοροῦντος ὡς Περικλεῖ γυναῖκας ἐλευθέρας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχοιτο. καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν, εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας, ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας· ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑπόνοιαν. δεχομένου δὲ τοῦ δήμου καὶ προσιεμένου τὰς διαβολάς, οὕτως ἤδη ψήφισμα κυροῦται, Δρακοντίδου γράψαντος, ὅπως οἱ λόγοι τῶν χρημάτων ὑπὸ Περικλέους εἰς τοὺς Πρυτάνεις ἀποτεθεῖεν· οἱ δὲ δικασταὶ τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες, ἐν τῇ πόλει κρίνοιεν. Ἅγνων δὲ τοῦτο μὲν ἀφεῖλε τοῦ ψηφίσματος, κρίνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις, εἴτε κλοπῆς καὶ δώρων, εἴτ' ἀδικίας βούλοιτό τις ὀνομάζειν τὴν δίωξιν. Ἀσπασίαν μὲν οὖν ἐξῃτήσατο, πολλὰ πάνυ παρὰ τὴν δίκην, ὡς Αἰσχίνης φησίν, ἀφεὶς ὑπὲρ αὐτῆς δάκρυα, καὶ δεηθεὶς τῶν δικαστῶν· Ἀναξαγόραν δὲ φοβηθεὶς ἐξέπεμψε καὶ προύπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως. ὡς δὲ διὰ Φειδίου προσέπταισε τῷ δήμῳ, φοβηθεὶς τὸ δικαστήριον, μέλλοντα τὸν πόλεμον καὶ ὑποτυφόμενον ἐξέκαυσεν, ἐλπίζων διασκεδάσειν τὰ ἐγκλήματα, καὶ ταπεινώσειν τὸν φθόνον, ἐν πράγμασι μεγάλοις καὶ κινδύνοις τῆς πόλεως ἐκείνῳ

μόνῳ

cula ductus, morbo interiit. Alii veneno volunt ab inimicis, ad invidiam Pericli movendam, sublatum. Indici Menoni, ferente ad populum Glycone, immunitas data, commendavit insuper prætoribus securitatem illius populus.

Eadem tempestate Aspasia violatæ religionis est rea facta, accusatore comœdiarum scriptore Hermippo: objecit præterea eam liberas fœminas, quibus illudebat Pericles, recipere. Ad hæc rogationem tulit Diopithes, nomina ut deferrentur eorum qui esse Deos negarent, aut qui sermones de rebus æthereis sererent, ea suspicione perstringens Anaxagoræ causa Periclem. Quum præberet his aures populus, quæstionesque reciperet, tum demum plebiscitum fit rogante Dracontide, ut rationes expensæ pecuniæ Pericles apud Prytanas deponeret, judicesque sententiam ex ara ferrent, atque in urbe hanc cognitionem exercerent. Agnon hoc ex rogatione circumduxit. Tulit autem, ut causa apud mille quingentos judices ageretur, sive peculatus & repetundarum, sive injuriæ vellet quis crimen appellare. Ac Aspasiam quidem eripuit Pericles precibus, pro qua vim lacrymarum in causa dicenda (ut scribit Æschines) profudit, obsecravitque judices: Anaxagoram trepidans ablegavit, atque ex urbe deduxit. Quum vero Phidiæ causa offendisset populum, ideoque horreret judicia, cunctanti & fumare incipienti subdidit faces bello; sperans fore ut crimina discuteret, & leniret invidiam, quum arduis in negotiis & discriminibus esset ad ipsum unum propter

au-

μόνῳ διὰ τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν δύναμιν ἀναθείσης ἑαυτήν. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι δι' ἃς οὐκ εἴασεν ἐνδοῦναι Λακεδαιμονίοις τὸν δῆμον, αὗται λέγονται· τὸ δ' ἀληθὲς, ἄδηλον.

Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι γινώσκοντες, ὡς ἐκείνου καταλυθέντος, εἰς πάντα μαλακωτέροις χρήσονται τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκέλευον αὐτοὺς τὸ ἄγος ἐλαύνειν ᾧ τὸ μητρόθεν γένος τοῦ Περικλέους ἔνοχον ἦν, ὡς Θουκυδίδης εἴρηκεν. ἡ δὲ πεῖρα περιέστη τοῖς πέμψασιν εἰς τοὐναντίον. ἀντὶ γὰρ ὑποψίας καὶ διαβολῆς, ὁ Περικλῆς ἔτι μείζονα πίστιν ἔσχε καὶ τιμὴν παρὰ τοῖς πολίταις, ὡς μάλιστα μισούντων καὶ φοβουμένων ἐκεῖνον τῶν πολεμίων. διὸ καὶ πρὶν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἀττικὴν τὸν Ἀρχίδαμον ἔχοντα τοὺς Πελοποννησίους, προεῖπε τοῖς Ἀθηναίοις, ἂν ἄρα τἆλλα δηῶν ὁ Ἀρχίδαμος, ἀπέχηται τῶν ἐκείνου, διὰ τὴν ξενίαν τὴν οὖσαν αὐτοῖς, ἢ διαβολῆς τοῖς ἐχθροῖς ἐνδιδοὺς ἀφορμὰς, ὅτι τῇ πόλει καὶ τὴν χώραν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἐπιδίδωσιν. ἐμβάλλουσιν οὖν εἰς τὴν Ἀττικὴν στρατῷ μεγάλῳ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τῶν συμμάχων, Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως ἡγουμένου. καὶ δηοῦντες τὴν χώραν, προῆλθον εἰς Ἀχαρνὰς, καὶ κατεστρατοπέδευσαν, ὡς τῶν Ἀθηναίων οὐκ ἀνεξομένων, ἀλλ' ὑπὲρ γῆς καὶ φρονήματος διαμαχουμένων πρὸς αὐτούς. τῷ δὲ Περικλεῖ δεινὸν ἐφαίνετο πρὸς ἑξακισμυρίους Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν ὁπλίτας (τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν οἱ τὸ πρῶτον ἐμβαλόντες) ὑπὲρ αὐτῆς τῆς πόλεως μάχην συνάψαι· τοὺς δὲ βουλομένους μάχεσθαι, καὶ δυσπαθοῦντας πρὸς τὰ γινόμενα, κατεπράϋνε λέγων ὡς δένδρα μὲν τμηθέντα καὶ κοπέντα φύεται ταχέως, ἀνδρῶν

δὲ

autoritatem & opes ipſius ſe civitas collatura. Hæ eſſe cauſæ referuntur quamobrem non permiſerit Lacedæmoniis populum morem gerere: veritas in obſcuro latet.

At Lacedæmonii, pro certo habentes undequaque remiſſiores ſe oppreſſo Pericle præbituros Athenienſes, juſſerunt eis piaculum ejicere, quo erat (ut tradit Thucydides) ex genere materno contactus Pericles. Verum cœptum iis qui miſerant longe aliter cecidit. Quippe pro ſuſpicione & invidia fidem & exiſtimationem Pericles ad populum multo accepit majorem, hoſtem quum cernerent eum præcipue & odiſſe & metuere. Itaque antequam Atticam incurſaret cum Peloponneſiis Archidamus, denuntiavit Athenienſibus, ſi devaſtatis cæteris, a ſuis prædiis Archidamus vim abſtineret propter jus hoſpitii quod cum illo intercedebat ſibi, aut quo malevolis ſuis anſam calumniandi præberet, agrum ſe & villas reipub. donare. Magnis igitur copiis Lacedæmonii cum ſociis Atticam, rege duce Archidamo, ineunt, fœdandoque fines Acharnas uſque progreſſi ſunt. Ibi caſtra communivere, rati non paſſuros id Athenienſes, ſed pro ſolo & gloria ſecum decertaturos. At Pericles anceps duxit cum ſexaginta millibus Peloponneſiorum & Bœotiorum peditum (hic enim numerus fuit copiarum quæ primum infuderunt ſe in Atticam) de ipſa dimicare urbe. Eos qui pugnam poſcebant, & angebantur vaſtatione agrorum, demulſit, dicens arbores cæſas & dejectas mox renaſci, virorum cæſorum iterum

non

δὲ διαφθαρέντων, αὖθις τυχεῖν οὐ ῥᾴδιόν ἐστι. τὸν δὲ δῆμον εἰς ἐκκλησίαν οὐ συνῆγε, δεδιὼς βιασθῆναι παρὰ γνώμην, ἀλλ' ὥσπερ νεὼς κυβερνήτης, ἀνέμου κατιόντος ἐν πελάγει, θέμενος εὖ πάντα καὶ κατατείνας τὰ ὅπλα, χρῆται τῇ τέχνῃ, δάκρυα καὶ δεήσεις ἐπιβατῶν ναυτιώντων καὶ φοβουμένων ἐάσας, οὕτως ἐκεῖνος, τό, τε ἄστυ συγκλείσας, καὶ καταλαβὼν πάντα φυλακαῖς πρὸς ἀσφάλειαν, ἐχρῆτο τοῖς αὐτοῦ λογισμοῖς, βραχέα φροντίζων τῶν καταβοώντων καὶ δυσχεραινόντων. καίτοι πολλοὶ μὲν αὐτοῦ τῶν φίλων δεόμενοι προσέκειντο, πολλοὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλοῦντες καὶ κατηγοροῦντες· πολλοὶ δ' ᾖδον ᾄσματα καὶ σκώμματα πρὸς αἰσχύνην, ἐφυβρίζοντες αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν, ὡς ἄνανδρον καὶ προϊεμένην τὰ πράγματα τοῖς πολεμίοις. ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων, ἤδη διὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὀργῆς τῶν πολιτῶν πορευόμενος ἐπὶ τὴν δημαγωγίαν. ὡς ἀνάπαιστα ταῦτα δηλοποιήσαντος Ἑρμίππου.

Βασιλεῦ σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις
Δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν
Περὶ πολέμου δεινοὺς παρέχης
Ψυχὴν δὲ τέλητος ὑπέστης;
Κἀγχειριδίου δ' ἀκόνη σκληρᾷ
Παραθηγομένη βρύχει κοπίδας,
Δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι.

Πλὴν ὑπ' οὐδενὸς ἐκινήθη τῶν τοιούτων ὁ Περικλῆς, ἀλλὰ πράως καὶ σιωπῇ τὴν ἀδοξίαν καὶ τὴν ἀπέχθειαν ὑφιστάμενος, καὶ νεῶν ἑκατὸν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον στόλον ἐκπέμπων, αὐτὸς οὐ συνεξέπλευσεν, ἀλλ' ἔμεινεν οἰκουρῶν

καὶ

non promptam fore facultatem. Populi concionem non habuit, veritus ne invitum de instituto depelleret suo: sed ut gubernator navis, coorta in mari tempestate, ubi prospexit omnibus, & armamenta composuit, utitur arte, lacrymas & obtestationes negligens nauseantium & trepidantium vectorum; ita ille obseratis portis omnia firmavit præsidiis ad securitatem, suaque sequens consilia, contempsit obstrepentes & stomachantes. Quamvis multi eum amici obtunderent precibus, multi minitarentur adversarii insectarenturque, multi carmina canerent & dicteria probrosa, convitiisque incesserent ejus imperium, ut molle & prodens hostibus rempub. Et vero etiam Cleon, incensam conspiciens in illum civitatem, mordebat eum, auram popularem captans: id quod hisce versibus declaravit Hermippus,

Cur ferre Satyrum rex recusas hastulam,
Mira interim loquens tamen de prælio?
At induisti animum Teletis territum,
Ensisque tu stricti atque acuti aciem extimes,
Te punxerit licet Cleon stimulis acris.

Verum istorum movit Periclem nihil: sed comiter & tacite tulit ignominiam & invidiam. Classem autem centum navium misit in Peloponnesum: hanc tamen ille non duxit, sed continuit domi se, ut civitatem

in

καὶ διὰ χειρὸς ἔχων τὴν πόλιν, ἕως ἀπηλλάγησαν οἱ Πελοποννήσιοι. θεραπεύων δὲ τοὺς πολλοὺς, ὅμως ἀσχάλλοντας ἐπὶ τῷ πολέμῳ, διανομαῖς τε χρημάτων ἀνελάμβανε, καὶ κληρουχίας ἀνέγραφεν. Αἰγινήτας γὰρ ἐξελάσας ἅπαντας, διένειμε τὴν νῆσον Ἀθηναίων τοῖς λαχοῦσιν. ἦν δέ τις παρηγορία καὶ ἀφ' ὧν ἔπασχον οἱ πολέμιοι. καὶ γὰρ οἱ περιπλέοντες τὴν Πελοπόννησον, χώραν τε πολλὴν, κώμας τε καὶ πόλεις μικρὰς διεπόρθησαν. καὶ κατὰ γῆν αὐτὸς ἐμβαλὼν εἰς τὴν Μεγαρικὴν, ἔφθειρε πᾶσαν. ᾗ καὶ δῆλον, ὅτι πολλὰ μὲν δρῶντες κακὰ τοὺς Ἀθηναίους, πολλὰ δὲ πάσχοντες ὑπ' ἐκείνων ἐκ θαλάττης, οὐκ ἂν εἰς μῆκος πολέμου τοσοῦτον προὔβησαν, ἀλλὰ ταχέως ἀπεῖπον, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ὁ Περικλῆς προηγόρευεν, εἰ μή τι δαιμόνιον ὑπηναντιώθη τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς. νῦν δὲ πρῶτον μὲν ἡ λοιμώδης ἐνέπεσε φθορὰ, καὶ κατενεμήθη τὴν ἀκμάζουσαν ἡλικίαν καὶ δύναμιν· ὑφ' ἧς καὶ τὰ σώματα κακούμενοι καὶ τὰς ψυχὰς, παντάπασιν ἠγριώθησαν πρὸς τὸν Περικλέα, καὶ καθάπερ πρὸς ἰατρὸν ἢ πατέρα τῇ νόσῳ παραφρονήσαντες, ἀδικεῖν ἐπεχείρησαν· ἀναπεισθέντες ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς τὴν μὲν νόσον ἡ τοῦ χωρικοῦ πλήθους εἰς τὸ ἄστυ συμφόρησις ἐργάζεται, θέρους ὥρᾳ πολλῶν ὁμοῦ χύδην ἐν οἰκήμασι μικροῖς καὶ σκηνώμασι πνιγηροῖς ἠναγκασμένων διαιτᾶσθαι δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἀργὸν ἀντὶ καθαρᾶς καὶ ἀναπεπταμένης τῆς πρότερον. τούτου δ' αἴτιος ὁ τῷ πολέμῳ τὸν ἀπὸ τῆς χώρας ὄχλον εἰς τὰ τείχη καταχεάμενος, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀνθρώποις τοσούτοις χρώμενος, ἀλλ'

in potestate retineret, dum se recepissent Peloponnesii. Quo plebem placaret tamen ob bellum frementem, largitionibus eam lenivit, & leges tulit de coloniis deducendis. Æginetas enim omnes ejecit, quorum insulam divisit sortito civibus Atheniensibus. Aliqua etiam ex parte hostium calamitates levabant in dolorem eorum. Classe enim Peloponnesum circumvecti, late vastarunt agrum, & vicos & modica oppida. Ipse etiam terrestri exercitu in fines Megaricos ducto, eos undequaque conculcavit. Et profecto multis ultro citroque Atheniensibus hinc illatis cladibus terra, illinc mari acceptis, in tam longum Peloponnesii non duxissent bellum, sed mox elanguissent, sicut a primordio prædixerat Pericles, ni vis quædam consiliis humanis divina obstitisset. Nunc vero pestilens lues primum invasit urbem, & florem depasta est & robur juventutis: a qua vexati corporibus, animis etiam omnino in Periclem efferati sunt. Ut autem morbo qui insaniunt in medicum vel patrem, ita violare hunc instituerunt; ab inimicis inducti, agrestem turbam, quæ in urbem confluxerat, morbum divulgare, quod tempore æstivo multi una nullo discrimine, angustis in tectis & tabernaculis coacti æstuosis, in umbra & otio marcescerent, quum ante in aere libero & laxo consuessent agere: cujus illum esse autorem, qui bello plebem intra muros rusticanam contraxisset, neque ullam ad rem tam multos viros

ἀλλ' ἐῶν ὥσπερ βοσκήματα καθειργμένους, ἀναπίμπλασθαι φθορᾶς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μηδεμίαν μεταβολὴν μηδ' ἀναψυχὴν ἐκπορίζων.

Ταῦτα βουλόμενος ἰᾶσθαι, καί τι παραλυπεῖν τοὺς πολεμίους, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ναῦς ἐπλήρου, καὶ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὁπλίτας καὶ ἱππέας ἀναβιβασάμενος, ἔμελλεν ἀνάγεσθαι, μεγάλην ἐλπίδα τοῖς πολίταις, καὶ φόβον οὐκ ἐλάττω τοῖς πολεμίοις ἀπὸ τοσαύτης ἰσχύος παρασχών. ἤδη δὲ πεπληρωμένων τῶν νεῶν, καὶ τοῦ Περικλέους ἀναβεβηκότος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ τριήρη, τὸν μὲν ἥλιον ἐκλιπεῖν συνέβη, καὶ γενέσθαι σκότος, ἐκπλαγῆναι δὲ πάντας, ὡς πρὸς μέγα σημεῖον. ὁρῶν οὖν ὁ Περικλῆς περίφοβον τὸν κυβερνήτην καὶ διηπορημένον, ἀνέσχε τὴν χλαμύδα πρὸ τῆς ὄψεως αὐτοῦ, καὶ παρακαλύψας, ἠρώτησε μή τι δεινόν, ἢ δεινοῦ τινος οἴεται σημεῖον· ὡς δ' οὐκ ἔφη, Τί οὖν, εἶπεν, ἐκεῖνο τούτου διαφέρει, πλὴν ὅτι μεῖζόν τι τῆς χλαμύδος ἐστὶ τὸ πεποιηκὸς τὴν ἐπισκότησιν; ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταῖς σχολαῖς λέγεται τῶν φιλοσόφων. ἐκπλεύσας δ' οὖν ὁ Περικλῆς, οὔτ' ἄλλό τι δοκεῖ τῆς παρασκευῆς ἄξιον δρᾶσαι· πολιορκήσας τε τὴν ἱερὰν Ἐπίδαυρον, ἐλπίδα παρασχοῦσαν ὡς ἁλωσομένην, ἀπέτυχε διὰ τὴν νόσον. ἐπιγινομένη γὰρ οὐκ αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν τῇ στρατιᾷ συμμίξαντας προσδιέφθειρεν. ἐκ τούτου χαλεπῶς διακειμένους τοὺς Ἀθηναίους πρὸς αὐτόν, ἐπειρᾶτο παρηγορεῖν καὶ ἀναθαρρύνειν. οὐ μὴν ἔλυσε τὴν ὀργήν, οὐδὲ μετέπεισε πρότερον, ἢ τὰς ψήφους λαβόντας ἐπ' αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας, καὶ γενομένους κυρίους, ἀφελέσθαι τὴν στρατηγίαν,

viros adhiberet, ſed ſineret incluſos veluti pecora mutua obrui contagione, nec loci commutationem vel refrigerium præberet ullum.

His ut mederetur, ſimulque vexaret ex parte hoſtes, naves inſtructas centum quinquaginta complevit, multiſque impoſitis & egregiis peditibus equitibuſque, ſoluturus in magnam ſpem erexit cives, atque oſtentando tantas copias, trepidationem injecit non minorem hoſtibus. Ecce autem quum jam omnes conſcendiſſent, & Pericles ſe in ſuam triremem contuliſſet, forte defecit ſol: quumque obducta nox coelo eſſet, terror, ut prodigio oblato magno, inceſſit omnes. Gubernatorem vero Pericles trepidum & ſtupentem cernens, chlamydem objecit oculis ejus, intectumque interrogavit nunquid horrendi id eſſet, aut portenderet gravius? Abnuente eo, Quid autem, inquit, inter hoc & illud intereſt, niſi quatenus illud quod caliginem invexit, chlamyde eſt grandius? Cæterum hæc in philoſophorum ſcholis referuntur. Poſtquam vela fecit, cum in hac expeditione nihil ſane eo apparatu Pericles dignum geſſit, tum obſidentem ſacram Epidaurum, quæ ſpem præbuit capi ſe poſſe, morbus diſtinuit. Hic enim non ipſos ſolum, ſed omnes quacunque de cauſa ad exercitum accedentes affecit affixitque. Commotum inde in ſe populum Athenienſem quum demitigare ſtuderet & erigere, non potuit iram ejus prius frangere tamen neque placare, quam in ſuffragia adverſus ipſum miſſi, pro arbitrio ſuo imperium ei abrogarint,

γίαν, καὶ ζημιῶσαι χρήμασιν. ὧν ἀριθμὸν οἱ τὸν ἐλάχιστον, πεντεκαίδεκα τάλαντα, πεντήκοντα δὲ, οἱ τὸν πλεῖστον γράφουσιν. ἐπεγράφη δὲ τῇ δίκῃ κατήγορος, ὡς μὲν Ἰδομενεὺς λέγει, Κλέων· ὡς δὲ Θεόφραστος, Σιμμίας. ὁ δὲ Ποντικὸς Ἡρακλείδης Λακρατίδαν εἴρηκε.

Τὰ μὲν οὖν δημόσια ταχέως ἔμελλε παύσασθαι, καθάπερ κέντρον εἰς τοῦτον ἅμα πληγῇ τὸν θυμὸν ἀφεικότων τῶν πολλῶν· τὰ δ' οἰκεῖα μοχθηρῶς εἶχεν αὐτῷ κατά τε τὸν λοιμὸν οὐκ ὀλίγους ἀποβαλόντι τῶν ἐπιτηδείων, καὶ στάσει διατεταραγμένων πόῤῥωθεν. ὁ γὰρ πρεσβύτατος αὐτοῦ τῶν γνησίων υἱῶν, Ξάνθιππος, φύσει τε δαπανηρὸς ὢν, καὶ γυναικὶ νέᾳ καὶ πολυτελεῖ συνοικῶν, Ἰσάνδρου θυγατρὶ τοῦ Ἐπιλύκου, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν, γλίσχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος. πέμψας οὖν πρός τινα τῶν φίλων, ἔλαβεν ἀργύριον, ὡς τοῦ Περικλέους κελεύσαντος. ἐκείνου δ' ὕστερον ἀπαιτοῦντος, ὁ μὲν Περικλῆς καὶ δίκην αὐτῷ προσέλαχε. τὸ δὲ μειράκιον ὁ Ξάνθιππος ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων ἐπὶ γέλωτι τὰς οἴκοι διατριβὰς αὐτοῦ, καὶ τοὺς λόγους οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν. πεντάθλου γὰρ ἵππον ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπιτιμίου τοῦ Φαρσαλίου ἀκουσίως, καὶ κτείναντος, ἡμέραν ὅλην ἀναλῶσαι μετὰ Πρωταγόρου διαποροῦντα πότερον τὸ ἀκόντιον, ἢ τὸν βαλόντα, ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον αἰτίους χρὴ τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὴν περὶ τῆς γυναικὸς διαβολὴν ὑπὸ τοῦ Ξανθίππου φησὶν ὁ Στησίμβροτος εἰς τοὺς πολλοὺς διασπαρῆναι, καὶ ὅλως ἀνήκεστον ἄχρι τῆς τε-

garint, mulctamque dixerint: cujus summam, qui minimam, quindecim talenta; quinquaginta, qui maximam, scribunt. Hoc judicio accusatorem se professus est, ut tradit Idomeneus, Cleon, ut Theophrastus, Simmias: Ponticus Heraclides Lacratidam refert.

Cæterum publica quidem, quia iram in eum plebs, ut aculeum, una cum ictu deposuerat, brevi erant quietura: res vero domestica ejus exulcerata erat. Absumpserat enim non paucos ejus familiares pestilentia, & domesticos turbaverat jampridem alienatio ab eo. Siquidem maximus justæ stirpis Xanthippus filius, cum sua sponte erat profusus, tum uxorem juvenem sumptuosamque duxerat, filiam Isandri filii Epilyci. Hunc patris offendit frugalitas, in suppeditanda minutatim pecunia restrictioris. Misit itaque ad amicum quendam, a quo patris nomine nummos accepit mutuo: quem, post quum repeteret suum, etiam in judicium Pericles vocavit. Adolescens eo facto offensus Xanthippus, in patrem maledicta conjecit. Primum ad ludibrium extulit domestica ejus oblectamenta & sermones quos habebat cum sophistis. Nam quum quinquertio equum Epitimius Pharsalius ictu jaculi interemisset imprudens, totum diem cum Protagora patrem trivisse, quærendo jaculumne, an qui misisset, an vero agonothetæ verius autores habendi ejus casus essent. Infamiam etiam a sua ipsius uxore Stesimbrotus per Xanthippum memoriæ prodidit vulgatam, atque omnino simultate adolescentem

τελευτῆς τῷ νεανίσκῳ πρὸς τὸν πατέρα παραμεῖναι τὴν διαφοράν. ἀπέθανε γὰρ ὁ Ξάνθιππος ἐν τῷ λοιμῷ νοσήσας. ἀπέβαλε δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν ὁ Περικλῆς τότε, καὶ τῶν κηδεστῶν καὶ φίλων τοὺς πλείστους καὶ χρησιμωτάτους πρὸς τὴν πολιτείαν. οὐ μὴν ἀπεῖπεν, οὐδὲ προὔδωκε τὸ φρόνημα καὶ τὸ μέγεθος τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῶν συμφορῶν· ἀλλ' οὐδὲ κλαίων, οὐδὲ κηδεύων, οὐδὲ πρὸς τάφῳ τινὸς ὤφθη τῶν ἀναγκαίων, πρίν γε δὴ καὶ τὸν περίλοιπον αὐτοῦ τῶν γνησίων ἀποβαλεῖν Πάραλον. ἐπὶ τούτῳ δὲ καμφθεὶς, ἐπειρᾶτο μὲν ἐγκαρτερεῖν τῷ ἤθει καὶ διαφυλάττειν τὸ μεγαλόψυχον· ἐπιφέρων δὲ τῷ νεκρῷ στέφανον, ἡττήθη τοῦ πάθους πρὸς τὴν ὄψιν, ὥστε κλαυθμόν τε ῥῆξαι, καὶ πλῆθος ἐκχέαι δακρύων, οὐδέποτε τοιοῦτον οὐδὲν ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ πεποιηκώς.

Τῆς δὲ πόλεως πειρωμένης τῶν ἄλλων στρατηγῶν εἰς τὸν πόλεμον καὶ ῥητόρων, ὡς οὐδεὶς βάρος ἔχων ἰσόρροπον, οὐδ' ἀξίωμα πρὸς τοσαύτην ἐχέγγυον ἡγεμονίαν ἐφαίνετο, ποθούσης δ' ἐκεῖνον καὶ καλούσης ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τὸ στρατήγιον, ἀθυμῶν καὶ κείμενος οἴκοι διὰ τὸ πένθος, ὑπ' Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων ἐπείσθη φίλων προελθεῖν. ἀπολογησαμένου δὲ τοῦ δήμου τὴν ἀγνωμοσύνην τὴν πρὸς αὐτὸν, ὑποδεξάμενος αὖθις τὰ πράγματα, καὶ στρατηγὸς αἱρεθεὶς εἰσηγήσατο λυθῆναι τὸν περὶ τῶν νόθων νόμον, ὃν αὐτὸς εἰσενηνόχει πρότερον· ὡς μὴ παντάπασιν ἐρημίᾳ διαδοχῆς, τὸν οἶκον ἐκλίποι τοὔνομα καὶ τὸ γένος. εἶχε δ' οὕτω τὰ περὶ τὸν νόμον· ἀκμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸ πάνυ πολλῶν χρόνων, καὶ παῖδας ἔχων, ὥσπερ εἴρηται, γνησίους, νόμον ἔγραψε, μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γε-

lescentem ad mortem usque atroci patrem persequutum fuisse: in pestilentia enim Xanthippum sustulit morbus. Eadem tempestate Pericles sororem amisit, præterea propinquos & amicos plerosque, quorum in repub. opera fuerat potissimum usus. Non elanguit tamen, neque submisit malis spiritus & animi magnitudinem, nec illacrymavit, neque justa fecit, immo ne accessit quidem ad cujusquam funus necessariorum, dum eum qui unus reliquus erat ex justis filiis amisit Paralum. Tunc vero fractus, quamvis conaretur gravitatem tueri & retinere animi celsitudinem, quum coronam tamen ingereret mortuo, oppressus est quum aspiceret eum, dolore, ut (quod reliqua vita nunquam fecerat) erumperet in ejulatum, & magnam vim profunderet lacrymarum.

Porro civitatem, quæ per bellum experta erat cæteros duces & oratores, ubi neminem ullum perspexit pari gravitate & autoritate quæ tanto esset imperio sustinendo, desiderium cepit Periclis, invitavitque eum ad suggestum & imperium suscipiendum. At illum, domi abjecto animo ex luctu tabescentem, Alcibiades & reliqui amici ad progrediendum excitaverunt. Ibi populo suam adversus eum ingratitudinem purgante, suscepit rursus rempub. ac lectus prætor, ne orbitate nomen familiæ suæ, & progenies semel interiret, legem de nothis, quam ipse tulerat ante, suasit antiquandam. Quod autem ad legem hanc pertinet, sic se habuit: Quum in repub. pridem floreret Pericles, succinctus (ut diximus) legitimis filiis, legem rogavit ut soli ex duobus nati Atheniensibus cives essent Athenien-

γεγονότας. ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰς τῷ δήμῳ πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους, ἔδει διανέμεσθαι τοὺς πολίτας, πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου, τέως διαλανθάνουσαι καὶ παρορώμεναι, πολλοὶ δὲ καὶ συκοφαντήμασι περιέπιπτον. ἐπράθησαν οὖν ἁλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους, οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ κριθέντες Ἀθηναῖοι, μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τεσσαράκοντα τὸ πλῆθος ἐξητάσθησαν. ὄντος οὖν δεινοῦ τὸν κατὰ τοσούτων ἰσχύσαντα τὸν νόμον ὑπ' αὐτοῦ πάλιν διαλυθῆναι τοῦ γράψαντος, ἡ παροῦσα δυστυχία τῷ Περικλεῖ περὶ τὸν οἶκον ὡς δίκην τινὰ δεδωκότι τῆς ὑπεροψίας καὶ τῆς μεγαλαυχίας ἐκείνης, ἐπέκλασε τοὺς Ἀθηναίους· καὶ δόξαντες αὐτὸν νεμεσητά τε παθεῖν, ἀνθρωπίνως τε δεῖσθαι, συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας, ὄνομα θέμενον τὸ αὐτοῦ. καὶ τοῦτον μὲν ὕστερον ἐν Ἀργινούσαις καταναυμαχήσαντα Πελοποννησίους ἀπέκτεινεν ὁ δῆμος μετὰ τῶν συστρατήγων.

Τότε δὲ τοῦ Περικλέους ἔοικεν ὁ λοιμὸς λαβέσθαι λαβὴν οὐκ ὀξεῖαν, ὥσπερ ἄλλων, οὐδὲ συντονον, ἀλλ' ἀβληχρᾷ τινι νόσῳ καὶ μῆκος ἐν ποικίλαις ἐχούσῃ μεταβολαῖς διαχρωμένην τὸ σῶμα χολαίως, καὶ ὑπερείπουσαν τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς. ὁ γοῦν Θεόφραστος ἐν τοῖς ἠθικοῖς διαπορήσας εἰ πρὸς τὰς τύχας τρέπεται τὰ ἤθη, καὶ κινούμενα τοῖς τῶν σωμάτων πάθεσιν ἐξίσταται τῆς ἀρετῆς, ἱστόρηκεν ὅτι νοσῶν ὁ Περικλῆς ἐπισκοπουμένῳ τινὶ τῶν φίλων δείξειε περίαπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν τῷ τραχήλῳ περιηρτημένον, ὡς σφόδρα κακῶς ἔχων ὁπότε καὶ ταύτην ὑπομένοι τὴν ἀβελτηρίαν. ἤδη δὲ πρὸς

nienses. Quum autem rex Ægypti dono misisset populo quadraginta millia medimnum tritici, & id dividendum civibus esset, nothis controversiæ ex eo plebiscito multæ, quæ hactenus fuerant tectæ atque neglectæ, motæ sunt, multi etiam calumniis circumventi. Convicti fuere paulo minus quinque millia, qui venditi sunt: eos qui civitatem retinuerunt, ac censiti inter cives Athenienses sunt, invenerunt quatuordecim millia quadraginta numero. Quum esset igitur res indigna, ut quæ contra tam multos vim habuerat, ab eodem lex qui tulerat eam, rursus abrogaretur; præsens Periclis clades domestica (ut qui pœnam luisse jam fastus & arrogantiæ illius suæ videretur) infregit populum Atheniensem, putavitque eum, numinis iram perpessum, esse humanitate allevandum: quare indulsit ei ut in curia sua nothus censeretur nomine paterno. Hunc post, quum apud Arginusas Peloponnesios prœlio navali prætor fudisset, una cum collegis populus morte mulctavit.

Per id tempus videtur corripuisse pestis Periclem, non perinde ut cæteros acris nec acuta, sed quæ lento morbo diuturnoque & sæpius alternante corpus ejus sensim conficeret, & vim obtunderet mentis. Scriptum reliquit in Ethicis Theophrastus, ubi disputat an mutentur cum fortuna mores, & corporis agitati affectibus desciscant a virtute, ægrum Periclem amico cuipiam, qui ipsum invisebat, amuletum ostendisse a mulieribus ex collo suo suspensum, quasi, quum eas etiam tolerarent ineptias, graviter admodum ægrotaret. Instante

πρὸς τὸ τελευτᾷν ὄντος αὐτοῦ, περικαθήμενοι τῶν πολιτῶν οἱ βέλτιστοι, καὶ τῶν φίλων οἱ περιόντες, λόγον ἐποιοῦντο τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς δυνάμεως ὅση γένοιτο, καὶ τὰς πράξεις ἀνεμετροῦντο, καὶ τῶν τροπαίων τὸ πλῆθος· ἐννέα γὰρ ἦν ἃ στρατηγῶν καὶ νικῶν ἔστησεν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ταῦτα, ὡς οὐκέτι συνιέντος, ἀλλὰ καθῃρημένου τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ, διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους· ὁ δὲ πᾶσιν ἐτύγχανε τὸν νοῦν προσεσχηκώς, καὶ φθεγξάμενος εἰς μέσον, ἔφη θαυμάζειν ὅτι ταῦτα μὲν ἐπαινοῦσιν αὐτοῦ καὶ μνημονεύουσιν, ἃ καὶ πρὸς τύχην ἐστὶ κοινά, καὶ γέγονεν ἤδη πολλοῖς στρατηγοῖς· τὸ δὲ κάλλιστον καὶ μέγιστον, οὐ λέγουσιν. Οὐδεὶς γάρ, ἔφη, δι' ἐμὲ τῶν ὄντων Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον περιεβάλετο.


Θαυμαστὸς οὖν ὁ ἀνὴρ οὐ μόνον τῆς ἐπιεικείας καὶ πρᾳότητος, ἣν ἐν πράγμασι πολλοῖς καὶ μεγάλαις ἀπεχθείαις διετήρησεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ φρονήματος, εἰ τῶν αὑτοῦ καλῶν ἡγεῖτο βέλτιστον εἶναι τὸ μήτε φθόνῳ, μήτε θυμῷ χαρίσασθαι μηδὲν ἀπὸ τηλικαύτης δυνάμεως, μηδὲ χρήσασθαί τινι τῶν ἐχθρῶν ὡς ἀνηκέστῳ. καί μοι δοκεῖ τὴν μειρακιώδη καὶ σοβαρὰν ἐκείνην προσωνυμίαν ἓν τοῦτο ποιεῖν ἀνεπίφθονον καὶ πρέπουσαν, οὕτως εὐμενὲς ἦθος, καὶ βίος ἐν ἐξουσίᾳ καθαρὸς καὶ ἀμίαντος, Ὀλύμπιον προσαγορεύεσθαι. καθάπερ τὸ τῶν Θεῶν γένος ἀξιοῦμεν, αἴτιον μὲν ἀγαθῶν, ἀναίτιον δὲ κακῶν πεφυκός, ἄρχειν καὶ βασιλεύειν τῶν ὄντων. οὐχ ὥσπερ οἱ ποιηταὶ συνταράττοντες ἡμᾶς ἀμαθεστάταις δόξαις, ἁλίσκονται τοῖς αὑτῶν ποιήμασι, τὸν μὲν τόπον ἐν ᾧ τοὺς Θεοὺς κατοικεῖν λέγουσιν, ἀσφαλὲς ἕδος καὶ ἀσάλευτον καλοῦντες, οὐ πνεύμασιν, οὐ νέφεσι χρώμενον, ἀλλ' αἰθρίᾳ μαλακῇ καὶ φωτὶ κα-

Instante jam morte, assidentes præstantissimi cives, & amici ejus, qui supererant, commemorabant quantis enituisset virtutibus & opibus, res gestas etiam recensebant, & numerum victoriarum: novem enim trophæa civitati prætor & victor excitaverat. Hæc illi inter se, quasi illo non jam intelligente & omni orbato sensu, differebant. At ille omnia attente audierat, & in medium loquutus, Miror, inquit, hæc vos celebrare & in ore habere facta mea, quorum partem fortuna vendicat, & quæ multis jam obtigerunt ducibus; præteritis autem excellentissimum & maximum: nemo enim, inquit, ex omnibus civibus mea opera pullam vestem sumpsit.


Vir igitur admiratione dignus, non solum lenitate & mansuetudine, quam multis in negotiis & inimicitiis retinuit acerbis, sed etiam ea animi sententia, qua in virtutibus suis præstantissimum existimavit, quod in tanta potentia nihil invidiæ aut iræ indulsisset, aut ulli implacabilis inimico fuisset. Et mihi quidem videtur insolentis & fastuosi cognominis, quod Olympius appellaretur, unum hoc tollere invidiam, & proprie id ei vere conciliare, nempe mite ingenium, & vita in summa potestate innocens & incruenta. Sicut dignam arbitramur Deorum gentem, quæ per se est propitia, & nullius autor mali, ut rebus præsit & moderetur: non ut poetæ ineptis nos opinionibus percellentes, suis ipsi arguuntur fabulis, dum locum quem incolere Deos aiunt, securas sedes vocant & tranquillas, non ventis, non imbribus obnoxias, sed serenitate molli & pura, per-

καθαρῷ τὸν ἅπαντα χρόνον ὁμαλῶς περιλαμπόμενον, ὡς τοιαύτης τῷ μακαρίῳ καὶ ἀθανάτῳ διαγωγῆς μάλιστα πρεπούσης· αὐτοὺς δὲ τοὺς Θεοὺς ταραχῆς καὶ δυσμενείας καὶ ὀργῆς, ἄλλων τε μεστοὺς παθῶν ἀποφαίνοντες, οὐδ᾽ ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσι προσηκόντων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἑτέρας δόξει πραγματείας εἶναι. τοῦ δὲ Περικλέους ταχεῖαν αἴσθησιν καὶ σαφῆ πόθον Ἀθηναίοις ἐνειργάζετο τὰ πράγματα. καὶ γὰρ οἱ ζῶντος βαρυνόμενοι τὴν δύναμιν ὡς ἀμαυροῦσαν αὐτοὺς, εὐθὺς ἐκποδὼν γενομένου, πειρώμενοι ῥητόρων καὶ δημαγωγῶν ἑτέρων, ἀνωμολόγουν τὸ μετριώτερον ἐν ὄγκῳ, καὶ σεμνότερον ἐν πρᾳότητι μὴ φῦναι τρόπον· ἡ δ᾽ ἐπίφθονος ἰσχὺς ἐκείνη, μοναρχία λεγομένη καὶ τυραννὶς πρότερον, ἐφάνη τότε σωτήριον ἔρυμα τῆς πολιτείας γενομένη. τοσαύτη φθορὰ καὶ πλῆθος ἐπέκειτο κακίας τοῖς πράγμασιν, ἣν ἐκεῖνος ἀσθενῆ καὶ ταπεινὴν ποιῶν ἀπέκρυπτε, καὶ κατεκώλυεν ἀνήκεστον ἐν ἐξουσίᾳ γενέσθαι.


perpetuo æque circumfulgentes luce, quod ea beatis & immortalibus maxime conveniat statio: ipsos vero Deos diffensionum, offensionum, iræ atque aliarum plenos perturbationum, abhorrentium etiam ab hominibus cordatis introducant. Verum hæc alterius fortasse commentationis sint. Porro Periclis cito Atheniensibus sensum & desiderium negotia præbuere. Quippe qui vivi offendebantur ejus potentia, tanquam ipsos obscuraret, illico eo sublato, quum alios experirentur oratores & duces multitudinis, palam agnoverunt moderatius in severitate, vel gravius in mansuetudine nullum visum ingenium: atque invidiosam illam potentiam, quæ regnum ante & tyrannis fuit appellata, tunc salutarem reipub. experti sunt arcem fuisse. Tanta post contagio, scelerumque vorago in rempub. invasit, quam ille debilitatam & prostratam tegebat, opprimebatque, ne licentia in insanabilem erumperet pestem.



ΦΑΒΙΟΣ



ΦΑΒΙΟΣ ΜΑΞΙΜΟΣ.



ΤΟΙΟΥΤΟΥ δὲ τοῦ Περικλέους ἐν τοῖς ἀξίοις μνήμης γεγονότος, ὡς παρειλήφαμεν, ἐπὶ τὸν Φάβιον τὴν ἱστορίαν μεταγάγωμεν. νυμφῶν μιᾶς λέγουσιν, οἱ δὲ γυναικὸς ἐπιχωρίας Ἡρακλεῖ μιγείσης, περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν, γενέσθαι Φάβιον, ἄνδρα πολὺ καὶ δόκιμον ἐν Ῥώμῃ τὸ Φαβίων γένος ἀπ' αὐτοῦ παρασχόντα. τινὲς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους τούτου, πρώτους τῇ δι' ὀρυγμάτων χρησαμένους ἄγρᾳ, Φοδίους ἱστοροῦσιν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιόν. οὕτω γὰρ ἄχρι νῦν αἱ διορυγαὶ, φόσσαι, καὶ φόδερε τὸ σκάψαι καλεῖται. χρόνῳ δὲ τῶν δυοῖν φθόγγων μεταπεσόντων, Φάβιοι προσηγορεύθησαν. πολλοὺς δὲ μεγάλους τῆς οἰκίας ἐξενεγκαμένης ἄνδρας, ἀπὸ Ῥύλλου τοῦ μεγίστου, καὶ διὰ τοῦτο Μαξίμου παρὰ Ῥωμαίοις ἐπονομασθέντος, τέταρτος ἦν Φάβιος Μάξιμος, περὶ οὗ τάδε γράφομεν. ἦν δ' αὐτῷ σωματικὸν μὲν παρωνύμιον, ὁ Βερρούκωσος· εἶχε γὰρ ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπάνω τοῦ χείλους ἐπι-

πε-

PERICLIS memoratu digna facta, quæ quidem ad nostram notitiam pervenere, ea sunt: nunc ad Fabii vitam describendam transeamus. Ex nympha memorant, alii ex muliere indigena, quæ cum Hercule juxta Tyberim amnem concubuerat, Fabium natum; virum qui numerosam Romæ & claram propagavit gentem Fabiorum. Alii principes hujus familiæ, quia fossis feras capiebant, Fodios tradunt olim vocatos; voces enim fossæ & fodere ad hoc usque tempus usurpantur. Hi autem postea, duabus commutatis literis, appellati Fabii sunt. Multos hæc domus præstantes viros dedit. A Rullo autem, qui ex claritate Maximi cognomen invenit, Fabius Maximus, de quo hic agimus, fuit quartus. Ei nota corporis cognomen Verrucoso dedit, quod verruca parva ei ex summo extuberavisset

πεφυκῦιαν. ὁ δὲ Ὀυικύλας σημαίνει τὸ προβάτιον· ἐτέθη δὲ πρὸς τὴν πραότητα καὶ βαρύτητα τοῦ ἤθους ἔτι παιδὸς ὄντος. τὸ γὰρ ἡσύχιον αὐτοῦ καὶ σιωπηλὸν καὶ μετὰ πολλῆς εὐλαβείας τῶν παιδικῶν ἁπτόμενον ἡδονῶν, βραδέως δὲ καὶ διαπόνως δεχόμενον τὰς μαθήσεις, εὔκολον δὲ πρὸς τοὺς συνήθεις καὶ κατήκοον, ἀβελτηρίας τινὸς καὶ νωθρότητος ὑπόνοιαν εἶχε παρὰ τοῖς ἐκτός· ὀλίγοι δ' ἦσαν οἱ τὸ δυσκίνητον ὑπὸ βάθους, καὶ τὸ μεγαλόψυχον καὶ λεοντῶδες ἐν τῇ φύσει καθορῶντες αὐτοῦ. ταχὺ δὲ τοῦ χρόνου προϊόντος, ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐγειρόμενος, διεσήμαινε καὶ τοῖς πολλοῖς ἀπάθειαν μὲν οὖσαν, τὴν δοκοῦσαν ἀπραγίαν, εὐβουλίαν δὲ, τὴν εὐλάβειαν· τὸ δὲ πρὸς μηδὲν ὀξὺ μηδ' εὐκίνητον, ἐν πᾶσι μόνιμον καὶ βέβαιον. ὁρῶν δὲ καὶ τῆς πολιτείας τὸ μέγεθος, καὶ τῶν πολέμων τὸ πλῆθος, ἤσκει τὸ μὲν σῶμα πρὸς τοὺς πολέμους, ὥσπερ ὅπλον σύμφυτον, τὸν δὲ λόγον, ὄργανον πειθοῦς πρὸς τὸν δῆμον, εὖ μάλα πρεπόντως τῷ βίῳ κατακεκοσμημένον. οὐ γὰρ ἐπῆν ὡραϊσμὸς, οὐδὲ κενὴ καὶ ἀγοραῖος χάρις, ἀλλὰ νοῦς ἴδιον καὶ περιττὸν ἐν γνωμολογίαις σχῆμα καὶ βάθος ἔχων, ἃς μάλιστα ταῖς Θουκυδίδου προσεοικέναι λέγουσι. διασώζεται γὰρ αὐτοῦ λόγος, ὃν εἶπεν ἐν τῷ δήμῳ, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ μεθ' ὑπατείαν ἀποθανόντος ἐγκώμιον.

Πέντε δ' ὑπατειῶν ἃς ὑπάτευσεν, ἡ πρώτη τὸν ἀπὸ Λιγύων θρίαμβον ἔσχεν. ἡττηθέντες γὰρ ὑπ' αὐτοῦ μάχῃ, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, εἰς τὰς Ἄλπεις ἀνεστάλησαν, καὶ τὴν πρόσοικον ἐπαύσαντο τῆς Ἰταλίας λῃζόμενοι καὶ κακῶς ποιοῦντες. ἐπεὶ δὲ Ἀννίβας ἐμβαλὼν εἰς Ἰταλίαν, καὶ μάχῃ πρῶτον περὶ τὸν

set labio. Ovicula puer etiamnum dictus est, ex mansuetis & gravibus moribus. Quippe sedatum ingenium ejus & taciturnitas, magnaque in fruendis puerilibus oblectamentis cautio, tarditas ac labor in percipiendis literis, facilitas & obsequium adversus sodales, stultitiæ opinionem ei apud ignotos & ignaviæ præbuit. Stabilem vero altamque ejus indolem, & animi magnitudinem atque celsitudinem, pauci fuere qui perspicerent. At brevi inde cum ætate republica gerenda excitatus, quam securitatem alii rebantur, immotum ostendit cuilibet animum esse, cautionem, prudentiam, tarditatem, & cunctationem, constantiam & firmitudinem animi. Qui quum videret, hinc reipub. molem, hinc bellorum frequentiam, corpus ad bella, ut arma subegit a natura data: orationem autem pro instrumento ad ducendum populum, quam præclare ad vitæ composuit tenorem; alienam ab omni fuco & vana popularique jactatione, plenam autem solidæ prudentiæ cum singulari præstantique lumine & gravitate sententiarum, quas cum Thucydidis sententiis imprimis componunt. Extat oratio funebris ejus, quam publice in laudem filii habuit, qui obiit post consulatum.

Ex quinque consulatibus quos gessit, in primo triumphavit de Liguribus: qui signis collatis ab eo fusi, intra Alpes sunt multis amissis coacti, repressique a populanda & vexanda proxima Italiæ ora. Ut vero cum exercitu Annibal in Italiam irrupit, victorque primum ad

τὸν Τρεβίαν ποταμὸν ἐπικρατήσας, αὐτὸς μὲν ἤλαυνε διὰ Τυρρηνίας, πορθῶν τὴν χώραν, ἔκπληξιν δὲ δεινὴν καὶ φόβον εἰς τὴν Ῥώμην ἐνέβαλε. σημεῖα δὲ τὰ μὲν, συνήθη Ῥωμαίοις, ἀπὸ κεραυνῶν, τὰ δ᾽ ὅλως ἐξηλλαγμένα καὶ πολλὴν ἀτοπίαν ἔχοντα προσέπιπτε. θυρεούς τε γὰρ ἀφ᾽ αὑτῶν αἵματι γενέσθαι διαβρόχους ἐλέχθη, καὶ θέρη σταχύων περὶ Ἄντιον ἔναιμα κείρεσθαι, καὶ λίθους μὲν ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους καὶ φλεγομένους φέρεσθαι, τοῦ δ᾽ ὑπὲρ Φαλερίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα, καὶ τούτων ἐνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν, ΑΡΗΣ ΤΑ ΕΑΥΤΟΥ ΟΠΛΑ ΣΑΛΕΥΕΙ. τὸν μὲν ὕπατον Γάϊον Φλαμίνιον οὐδὲν ἤμβλυνε τούτων, ἄνδρα πρὸς τῷ φύσει θυμοειδεῖ καὶ φιλοτίμῳ, μεγάλαις ἐπαιρόμενον εὐτυχίαις, ἃς πρόσθεν ηὐτύχησε παραλόγως, τῆς τε βουλῆς ἀποκαλούσης, καὶ τοῦ συνάρχοντος ἐνισταμένου, συμβαλὼν βίᾳ τοῖς Γαλάταις καὶ κρατήσας. Φάβιον δὲ τὰ μὲν σημεῖα, καίπερ ἁπτόμενα πολλῶν, ἧττον ὑπέθραττε, διὰ τὴν ἀλογίαν. τὴν δὲ ὀλιγότητα τῶν πολεμίων καὶ τὴν ἀχρηματίαν πυνθανόμενος, καρτερεῖν παρεκάλει τοὺς Ῥωμαίους, καὶ μὴ μάχεσθαι πρὸς ἄνθρωπον ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ διὰ πολλῶν ἀγώνων ἠσκημένῃ στρατιᾷ χρώμενον· ἀλλὰ τοῖς συμμάχοις ἐπιπέμπειν τὰς βοηθείας, καὶ τὰς πόλεις διὰ χειρὸς ἔχοντας, αὐτὴν ἐᾶν περὶ αὐτὴν μαραίνεσθαι τὴν ἀκμὴν τοῦ Ἀννίβου, καθάπερ φλόγα λάμψασαν ἀπὸ μικρᾶς καὶ κούφης δυνάμεως.

Οὐ μὴν ἔπεισε τὸν Φλαμίνιον, ἀλλὰ φήσας οὐκ ἀνέξεσθαι προσιόντα τῇ Ῥώμῃ τὸν πόλεμον, οὐδ᾽ ὥσπερ ὁ παλαιὸς Κάμιλλος, ἐν τῇ πόλει διαμα-

ad Trebiam flumen per Hetruriam populabundus agmen duxit, ſtuporque ipſam Romam ingens & terror inceſſit; prodigia autem partim ſolita Romanis fulgura, partim nova fœdaque admodum ſunt nuntiata, (ſcuta enim ſanguinem ſua ſponte ferebant ſudaſſe, cruentas Antii ſpicas demeſſas, lapides ignitos ardenteſque cœlo cecidiſſe, quum cœlum ſupra Falerios fiſſum videretur, decidiſſe paſſimque disjectas fuiſſe frequentes ſortes, in una ſcriptum ad verbum apparuiſſe, MAVORS ARMA SUA CONCUTIT) nihil his conſul commotus C. Flaminius eſt, vir, cui ſua ſponte feroci fervidoque ſecundæ res, quas ante præter expectationem inſignes geſſerat, quum, inhibente ſenatu & collega reluctante, acie Gallos fudit fugavitque, animos fecerant. Fabium vero portenta, quum pleroſque moverent, quod nulla illis ineſſet ratio, minus terrebant. Sed quum hoſtes intelligeret & paucos eſſe, & difficultate laborare ſtipendii, cunctandum cenſuit Romanis, nec pugnandum cum homine qui exercitum haberet multis ad id ipſum duratum prœliis, cæterum ſubmittenda ſociis auxilia, oppidaque in poteſtate tenenda, dum vigor ille per ſe Annibalis, ſicut flamma exigua & levi excitata vi, marceſceret.

Non flexit Flaminium tamen. Enimvero ille non permiſſurum ſe dicebat, urbi bellum ut admoveretur, neque, ut olim Camillus, ut intra

μαχεῖσθαι περὶ αὐτῆς, τὸν μὲν στρατὸν ἐξάγειν ἐκέλευσε τοὺς χιλιάρχους, αὐτὸς δ' ἐπὶ τὸν ἵππον ἀλλόμενος, ἐξ οὐδενὸς αἰτίου προδήλου παραλόγως ἐντρόμου τοῦ ἵππου γενομένου καὶ πτυρέντος, ἐξέπεσε, καὶ κατενεχθεὶς ἐπὶ κεφαλὴν, ὅμως οὐδὲν ἔτρεψε τῆς γνώμης, ἀλλ' ὡς ὥρμησεν ἐξ ἀρχῆς ἀπαντῆσαι τῷ Ἀννίβᾳ, περὶ τὴν καλουμένην Θρασυμενίαν λίμνην τῆς Τυῤῥηνίας παρετάξατο. τῶν δὲ στρατιωτῶν συμβαλόντων εἰς χεῖρας, ἅμα τῷ καιρῷ τῆς μάχης συνέπεσε σεισμὸς, ὑφ' οὗ καὶ πόλεις ἀνετράπησαν, καὶ ῥεύματα ποταμῶν ἐξ ἕδρας μετέστη, καὶ κρημνῶν ὑπώρειαι περιεῤῥάγησαν. ἀλλὰ καίπερ οὕτω γενομένου βιαίου πάθους, οὐδεὶς τὸ παράπαν ᾔσθετο τῶν μαχομένων. αὐτὸς μὲν οὖν ὁ Φλαμίνιος, πολλὰ καὶ τόλμης ἔργα καὶ ῥώμης ἐπιδεικνύμενος ἐξέπεσε, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ κράτιστοι· τῶν δ' ἄλλων τραπέντων πολὺς ἦν φόνος, καὶ πεντακισχίλιοι πρὸς μυρίοις κατεκόπησαν, καὶ ἑάλωσαν ἕτεροι τοσοῦτοι. τὸ δὲ Φλαμινίου σῶμα φιλοτιμούμενος θάψαι καὶ κοσμῆσαι δι' ἀρετὴν ὁ Ἀννίβας, οὐχ εὗρεν ἐν τοῖς νεκροῖς, ἀλλ' ἠγνόει τὸ παράπαν ὅπως ἠφανίσθη. τὴν μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ Τρεβίου γενομένην ἧτταν οὔθ' ὁ γράψας στρατηγὸς, οὔθ' ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος ἀπ' εὐθείας ἔφρασεν, ἀλλ' ἐψεύσατο τὴν νίκην ἐπίδικον αὐτοῖς καὶ ἀμφίδοξον γενέσθαι. περὶ δὲ ταύτης ὡς πρῶτον ἤκουσεν ὁ στρατηγὸς Πομπώνιος, συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸν δῆμον, οὐ περιπλοκὰς, οὐδὲ παραγωγὰς, ἀλλ' ἄντικρυς ἔφη προσελθὼν, Νενικήμεθα ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μεγάλῃ μάχῃ, καὶ διέφθαρται τὸ στρατόπεδον, καὶ Φλαμίνιος ὕπατος ἀπόλωλεν. ἀλλὰ βουλεύεσθε περὶ σωτηρίας αὐτῶν καὶ ἀσφαλείας. οὗτος μὲν οὖν ὥσπερ πνεῦμα τὸν λόγον ἐμβαλὼν εἰς πέλαγος τοσούτου δήμου, συνε-

τάρα-

intra mœnia de ea dimicaret. Itaque legiones educere tribunis jubet. In equum vero insilientem equus nulla certa de causa repente tremens perculsusque lapsum super caput effudit. Neque eum hæc res avertit tamen a proposito. Quare ut initio occurrere statuerat Annibali, ad lacum Hetruriæ, quem Trasimenum vocant, aciem instruxit. Interea dum manus conferunt milites, terræ motus multa oppida prostravit, avertitque cursu suo amnes. Dorsa montium ingenti lapsu proruit: hanc tamen nemo præliantium tantam vim sensit. Ipse animosissime ac fortissime dimicans cecidit Flaminius, & circa eum optimi quique. Reliquis in fugam conversis, ingens edita strages, quindecim millia cæsa, totidemque alii capti. Flaminii corpus, ut funeraret id decoraretque virtutis causa, magna cum cura inter cadavera Annibal inquisitum non invenit, neque constitit quid eo esset factum. Adversam pugnam ad Trebiam, nec dux aperte scripsit, nec retulit nuntius, sed ancipiti ambiguoque diremptam mentitus est Marte. Ad hujus primum nuntium cladis prætor Pomponius vocato ad concionem populo, aperte sine ambagibus aut circuitione, Pugna, inquit, Quirites, magna victi sumus, exercitus deletus est, consul cecidit Flaminius, vos de vestra salute & incolumitate deliberate. His, sicut vento, in tantam multitudinem instar maris jactatis, ita perculit civitatem ut præ

ter-

ταράξει τὴν πόλιν, οὐδ' ἑστάναι πρὸς τοσαύτην ἔκπληξιν οἱ λογισμοὶ καὶ διαμένειν ἐδύναντο. πάντες δ' εἰς μίαν γνώμην συνήχθησαν, ἀνυπευθύνου δεῖσθαι τὰ πράγματα μοναρχίας, ἣν δικτατωρείαν καλοῦσιν, καὶ τοῦ μεταχειριουμένου ταύτην ἀθρύπτως καὶ ἀδεῶς ἀνδρός· εἶναι δὲ τοῦτον ἕνα Φάβιον Μάξιμον, ἰσόρροπον ἔχοντα τῷ μεγέθει τῆς ἀρχῆς τὸ φρόνημα καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἤθους, ἡλικίας τε κατὰ τοῦτο γεγενημένον, ἐν ᾧ συνέστηκεν ἔτι πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς βουλεύματα τὸ σῶμα τῇ ῥώμῃ, καὶ συγκέκραται τῷ φρονίμῳ τὸ θαρραλέον.

Ὡς οὖν ταῦτ' ἔδοξεν, ἀποδειχθεὶς δικτάτωρ Φάβιος, καὶ ἀποδείξας αὐτὸς ἵππαρχον Λεύκιον Μινούκιον, πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον, ἵππῳ χρῆσθαι παρὰ τὰς στρατείας. οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατά δή τινα νόμον παλαιόν, εἴτε τῆς ἀλκῆς τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι, καὶ μὴ προλείπειν· εἴθ' ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τἄλλα καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστίν, ἔν γε τούτῳ βουλομένων τὸν δικτάτωρα τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Φάβιος, εὐθὺς ἐνδείξασθαι θέλων τῆς ἀρχῆς τὸ μέγεθος καὶ τὸν ὄγκον, ὡς μᾶλλον ὑπηκόοις χρῷτο καὶ πειθηνίοις τοῖς πολίταις, προῆλθε συνενεγκάμενος εἰς ταὐτὸ ῥαβδουχίας εἰκοσιτέσσαρας· καὶ τοῦ ἑτέρου τῶν ὑπάτων ἀπαντῶντος αὐτῷ, τὸν ὑπηρέτην πέμψας, ἐκέλευσε τοὺς ῥαβδούχους ἀπαλλάξαι, καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποθέμενον, ἰδιώτην ἀπαντᾶν. μετὰ δὲ ταῦτα καλλίστην ἀρχόμενος ἐκ θεῶν ἀρχήν, καὶ διδάσκων τὸν δῆμον ὡς ὀλιγωρίᾳ καὶ περιφρονήσει τοῦ στρατηγοῦ πρὸς τὸ δαιμόνιον, οὐ μοχθηρίᾳ

τῶν

terrore consistere animi & in gradu permanere nequirent. Conveniunt igitur in unam sententiam, libero & soluto reipub. opus esse imperio, quod vocant Dictaturam, & viro qui severe eam & intrepide administret: Fabium eum esse, qui pares majestati imperii ejus animos gravitatemque habeat morum, & id sit ætatis, qua mentis consiliis adhuc vividæ corporis vires respondeant, & attemperatus ad prudentiam sit fervor.

Ubi ea sententia placuit, dicitur Fabius dictator: qui, magistro equitum M. Minutio dicto, primum a senatu postulat ut sibi in bello uti equo liceat; quod fas non erat, sed lege quadam vetere interdixerant, vel quod maximum robur ponerent in pedite, & ob id duci censerent in acie apud eum permanendum, neque deserendum hunc; vel quia nimia alioqui & ingens ejus imperii potestas foret, quod hac re saltem vellent ut populi esse indigens videretur. At Fabius ipse, ut illico imperii sui populo vim speciemque ostentaret, quo magis obsequentibus uteretur, & dicto audientibus civibus, processit in unum collatis viginti quatuor fascibus. Quum autem alter consul ad ipsum progrederetur, misso apparitore dimittere jussit ei lictores, & insignibus depositis imperii, privati more sibi occurrere. Mox rite a Diis immortalibus orsus, quum doceret populum, negligentia & contemptu ceremoniarum a consule peccatum esse, non ignavia militum, admonuit,

nuit,

τῶν ἀγωνισαμένων σφαλέντα, προὔτρεπε μὴ δεδιέναι τοὺς ἐχθρούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς Θεοὺς ἐξευμενίζεσθαι καὶ τιμᾶν· οὐ δεισιδαιμονίαν ἐργαζόμενος, ἀλλὰ θαρρύνων εὐσεβείᾳ τὴν ἀρετήν, καὶ ταῖς παρὰ τῶν Θεῶν ἐλπίσι τὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων φόβον ἀφαιρῶν καὶ παραμυθούμενος. ἐκινήθησαν δὲ τότε πολλαὶ καὶ τῶν ἀπορρήτων καὶ χρησίμων αὐτοῖς βίβλων, ἃς σιβυλλείους καλοῦσι· καὶ λέγεται συνδραμεῖν ἔνια τῶν ἀποκειμένων ἐν αὐταῖς λογίων πρὸς τὰς τύχας καὶ τὰς πράξεις ἐκείνας. καὶ τὸ μὲν γνωσθὲν οὐκ ἦν ἑτέρῳ πυθέσθαι. προσελθὼν δὲ ὁ δικτάτωρ εἰς τὸν ὄχλον, ηὔξατο τοῖς Θεοῖς ἐνιαυτοῦ μὲν αἰγῶν καὶ συῶν καὶ προβάτων καὶ βοῶν ἐπιγονήν, ὅσην Ἰταλίας ὄρη καὶ πεδία καὶ ποταμοὶ καὶ λειμῶνες εἰς ὥραν ἐσομένην θρέψουσι, καταθύσειν ἅπαντα· θέας δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄξειν ἀπὸ σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ἔτι τριτημορίου προσόντος. τοῦτο τὸ κεφάλαιόν ἐστιν, ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν, καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς, καὶ δύο ὀβολοί. λόγον δὲ τῆς εἰς τοῦτο τοῦ πλήθους ἀκριβείας καὶ διανομῆς χαλεπόν ἐστιν εἰπεῖν· εἰ μή τις ἄρα βούλοιτο τῆς τριάδος ὑμνεῖν τὴν δύναμιν, ὅτι καὶ φύσει τέλειος, καὶ πρῶτος τῶν περιττῶν, ἀρχή τε πλήθους ἐν αὐτῷ, τάς τε πρώτας διαφορὰς, καὶ τὰ παντὸς ἀριθμοῦ στοιχεῖα μίξας καὶ συναρμόσας εἰς ταυτὸν ἀνείληφε.

Τῶν μὲν οὖν πολλῶν ὁ Φάβιος τὴν γνώμην ἀπαρτήσας πρὸς τὸ θεῖον, ἡδίω πρὸς τὸ μέλλον ἐποίησε. αὐτὸς δὲ πάσας θέμενος ἐν αὐτῷ τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας, ὡς καὶ τοῦ Θεοῦ τὰς εὐπραξίας δι' ἀρετῆς καὶ φρονήσεως παραδι-

δόν-

nuit ut ne hostes timerent, at Deos placarent colerentque: non ille quidem quo superstitione animos implicaret, immo ut virtutem confirmaret pietate, & spe divinæ opis formidinem eximeret, & elevaret hostilem. Eodem tempore multos arcanos & utiles ipsis libros consuluit, quos Sibyllinos appellant. Et perhibent sortes nonnullas iis libris proditas, illius tempestatis fuisse casibus & gestis consonas. Quod cognitum fuerat ex illis libris, fari ad alios nefas erat. Itaque convocato dictator populi concilio, vovit Diis immortalibus, quod eo anno ver attulisset ex caprino, suillo, ovillo, bovillo grege, intra fines Italiæ, campos, flumina, prata natum, id omne se immolaturum. Simul ludi magni voti trecentis triginta tribus millibus nummum, & trecentis triginta tribus denariis triente. Hæc summa quadrat cum octoginta tribus millibus, quingentis octoginta tribus drachmis, & duobus obolis. Rationem hujus summæ ita præcise definitæ & distributæ haud facile sit inire, nisi ternarii numeri celebrare vim velis, quod per se perfectus, & imparium sit primus, principiumque multitudinis, primas intra se differentias, & cujusvis numeri elementa simul confusa, copulataque complectatur.

Postquam igitur animos vulgi Fabius religione impletos, ad meliorem spem in futurum erexit, ipse quidem omnem victoriæ spem in se reponens, quod secundas res Dii tribuere

virtuti

δοῦλος, τρέπεται πρὸς Ἀννίβαν, οὐχ ὡς διαμαχούμενος, ἀλλὰ χρόνῳ τὴν ἀκμὴν αὐτοῦ, καὶ χρήμασι τὴν ἀπορίαν, καὶ πολυανθρωπίᾳ τὴν ὀλιγότητα τρίβειν καὶ ὑπαναλίσκειν βεβουλευμένος. ὅθεν αἰεὶ μετέωρος ἀπὸ τῆς ἵππου τῶν πολεμίων ἐν τόποις ὀρεινοῖς στρατοπεδεύων ἐπῃωρεῖτο, καθημένων μὲν, ἡσυχάζων, κινουμένων δὲ κατὰ τῶν ἄκρων κύκλῳ περιιὼν καὶ περιφαινόμενος ἐκ διαστήματος ὅσον ἄκοντι μὴ βιασθῆναι μάχεσθαι καὶ φόβον ὡς μαχησόμενος τοῖς πολεμίοις ἀπὸ τῆς μελλήσεως αὐτοῖς παρέχειν. οὕτω δὲ παραγαγὼν τὸν χρόνον, ὑπὸ πάντων κατεφρονεῖτο, καὶ κακῶς μὲν ἤκουεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, κομιδῇ δὲ τοῖς πολεμίοις ἄτολμος ἐδόκει, καὶ τὸ μηδὲν εἶναι, πλὴν ἑνὸς Ἀννίβου. μόνος δ' ἐκεῖνος αὐτοῦ τὴν δεινότητα καὶ τὸν τρόπον ᾧ πολεμεῖν ἐγνώκει συνιδὼν, καὶ διανοηθεὶς ὡς πάσῃ τέχνῃ καὶ βίᾳ κινητέος ἐστὶν εἰς μάχην ὁ ἀνὴρ, ἢ διαπέπρακται τὰ Καρχηδονίων, οἷς μὲν εἰσι κρείττους ὅπλοις, χρήσασθαι μὴ δυναμένων, οἷς δὲ λείπονται, σώμασι καὶ χρήμασιν, ἐλαττουμένων καὶ δαπανωμένων εἰς τὸ μηδὲν, ἐπὶ πᾶσαν ἰδέαν στρατηγικῶν σοφισμάτων καὶ παλαισμάτων τρεπόμενος, καὶ πειρώμενος, ὥσπερ δεινὸς ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν, προσέβαλλε καὶ διετάραττε, καὶ μετῆγε πολλαχόσε τὸν Φάβιον, ἐκστῆσαι τῶν ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας λογισμῶν βουλόμενος. τῷ δ' ἡ μὲν κρίσις πίστιν ἔχοντι τοῦ συμφέροντος, ἐν ἑαυτῇ βέβαιος εἱστήκει καὶ ἀμετάπτωτος· ἠνώχλει δ' αὐτὸν ὁ ἵππαρχος Μινούκιος, φιλομαχῶν ἀκαίρως καὶ θρασυνόμενος, καὶ δημαγωγῶν τὸ στράτευμα, μανικῆς φορᾶς καὶ κενῶν ἐλπίδων ὑπ' αὐτοῦ πεπληρωμένον· οἱ τὸν μὲν Φάβιον σκώπτοντες καὶ καταφρονοῦντες, Ἀννίβου παιδαγωγὸν ἀπεκάλουν, τὸν δὲ Μινού-

κιον,

virtuti & prudentiæ soleant, ad Annibalem convertit se, certus non dimicare, sed temporis spatio vigorem ejus, pecunia inopiam, paucitatem copia militum attriturus & accisurus. Itaque ut ab equitatu hostium tutus esset, semper locis montosis & altis castra muniit, unde hosti immineret; quietus, si castris ille se contineret, sin moveret, summis montibus circumvolans undique, & ex tanto adhærens intervallo, ne pugnare invitus cogeretur, & tamen terrorem hostibus ita cunctando tanquam pugnaturus præberet. Ita tempore extrahendo omnibus contemptui esse, a militibus lacerari maledictis, imbellis supra modum & ignavus hostibus, unum præter Annibalem, videri. Solus ille consilium Fabii & rationem, qua bellum gerere in animo haberet, animadvertit. Statuit igitur omni arte & vi ad pugnam eum elicere, alioquin de Pœnis actum ratus esse: qui, quibus præstent, non valeant armis uti, quibus vero impares sint, milites & pecuniam nequicquam consumant & impendant. Ergo in omnem speciem se vertit astus & luctæ militaris, nihil non movens, ut eximius athleta, dum ansam quærit qua prehendat Fabium, nunc instat, nunc terret, alias hac illac trahit, ut a tutis eum suis avertat consiliis. Huic tamen sua sententia utilitate nixo, immota constitit & inconcussa. Sed molestus admodum fuit ei magister equitum Minutius: qui dum rapidus fertur ad dimicandum, ferox concitat exercitum, furoreque eum ac spe implet inani. Quare milites Fabium irridere, ac ludibrio pædagogum appellare Annibalis,

Minutium

κὸν, καὶ μέγαν ἄνδρα, καὶ τῆς Ῥώμης ἄξιον ἡγεῖτο στρατηγόν. ὁ δὲ μᾶλλον εἰς φρόνημα καὶ θράσος ἀνειμένος, ἐχλεύαζε μὲν τὰς ἐπὶ τῶν ἄκρων στρατοπεδείας, ὡς καλὰ θέατρα τοῦ δικτάτορος ἀεὶ παρασκευαζομένου θεωρήσουσι πορθουμένην καὶ φλεγομένην τὴν Ἰταλίαν. ἠρώτα δὲ τοὺς φίλους τοῦ Φαβίου, πότερον εἰς τὸν οὐρανὸν ἄρας ἀναφέρει τὸν στρατὸν, ὡς τῆς γῆς ἀπεγνωκὼς, ἢ νέφη καὶ ὁμίχλας προβαλλόμενος, ἀποδιδράσκει τοὺς πολεμίους. ταῦτα τῶν φίλων πρὸς τὸν Φάβιον ἀπαγγελλόντων, καὶ τὴν ἀδοξίαν τῷ κινδύνῳ λῦσαι παραινούντων, Οὕτω μὲν τ᾽ ἂν, ἔφη, δειλότερος ἢ νῦν εἶναι δοκῶ γενοίμην, εἰ σκώμματα, καὶ λοιδορίας φοβηθεὶς, ἐκπέσοιμι τῶν ἐμαυτοῦ λογισμῶν. καίτοι τὸ μὲν ὑπὲρ πατρίδος, οὐκ αἰσχρὸν δέος· ἡ δὲ πρὸς δόξαν ἀνθρώπων, καὶ διαβολὰς καὶ ψόγους ἔκπληξις, οὐκ ἀξίου τηλικαύτης ἀρχῆς ἀνδρὸς, ἀλλὰ δουλεύοντος ὧν κρατεῖν αὐτὸν καὶ δεσπόζειν κακῶς φρονούντων προσήκει.

Μετὰ ταῦτα γίνεται διαμαρτία τοῦ Ἀννίβου. βουλόμενος γὰρ ἀποσπάσαι τοῦ Φαβίου πορρωτέρω τὸ στράτευμα, καὶ πεδίων ἐπιλαβέσθαι προνομὰς ἐχόντων, ἐκέλευσε τοὺς ὁδηγοὺς μετὰ δεῖπνον εὐθὺς ἡγεῖσθαι πρὸς τὸ Κασινάτον. οἱ δὲ τῆς φωνῆς διὰ βαρβαρισμὸν οὐκ ἐξακούσαντες ἀκριβῶς, ἐμβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν φέροντες εἰς τὰ καταλήγοντα τῆς Καμπανίας εἰς πόλιν Κασιλῖνον, ἣν τέμνει διὰ μέσης ῥέων ὁ Λοθρόνος ποταμὸς ὃν Οὐατούρνον οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἔστι δ᾽ ἡ χώρα, τὰ μὲν ἄλλα περιστεφὴς ὄρεσιν, αὐλὼν δ᾽ ἀναπέπταται πρὸς τὴν θάλατταν, ἔνθα τὰ ἕλη καταδίδωσι τοῦ ποταμοῦ περι-

Minutium ad cœlum tollere, & dignum Romanis ducem habere. Hinc spiritus Minutio & audacia crescunt, dictatoremque, quod in cacuminibus montium castra perpetuo habeat, tanquam egregium spectaculum pararet vastitatem & incendium Italiæ visuris, insectatur. Amicos autem Fabii rogat, num in cœlum, tanquam terra complorata, rapturus sit exercitum, an vero nubes & nebulas, quo recipiat se, hosti objecturus. Quæ quum ad Fabium referrent amici, suaderentque ut periculo subeundo liberaret se ignominia, Næ ego, inquit, quam nunc videor, timidior sim, si probri & contumeliæ metu a rationibus abducar meis. Atqui pro patria haud turpe fuerit timere, at expavescere ad hominum opinionem, calumnias & opprobria, non tanto digni imperio viri, sed servientis est illis quibus imperare ipsum & male consultos deceat reprimere.

Sub hæc incidit in errorem Annibal. Nam a Fabio dum cupit longius exercitum abducere atque occupare campos ubi frumentari & populari valeat, imperat viæ ducibus ut extemplo a cœna in agrum Casinatem ducant. Illi nomen propter Punicam a Latina lingua abhorrentem non recte assequuti, conjiciunt copias ejus in oppidum Casilinum, ad extremam oram situm Campaniæ, quod intermeat Lothronus fluvius, quem Romani Vulturnum vocant. Regio est cætera cincta montibus, vallis autem ad mare usque porrigitur, ubi paludes effuso-

περιεχομένην, καὶ θῖνας ἄμμου βαθείας ἔχει, καὶ τελευτᾷ πρὸς αἰγιαλὸν κυματώδη καὶ δύσορμον. ἐνταῦθα καταβαίνοντος τοῦ Ἀννίβου, περιελθὼν ἐμπειρίᾳ τῶν ὁδῶν ὁ Φάβιος, τὴν μὲν διέξοδον, ὁπλίτας τετρακισχιλίους ἐπιστήσας, ἐνέφραξε· τὸν δ' ἄλλον στρατὸν ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἄκρων ἐν καλῷ καθίσας, διὰ τῶν ἐλαφροτάτων καὶ προχειροτάτων ἐνέβαλε τοῖς ἐσχάτοις τῶν πολεμίων, καὶ συνετάραξεν ἅπαν τὸ στράτευμα· διέφθειρε δὲ περὶ ὀκτακοσίους. ἐκ τούτου βουλόμενος Ἀννίβας ἀπαγαγεῖν τὸ στράτευμα, καὶ τὴν διαμαρτίαν τοῦ τόπου νοήσας καὶ τὸν κίνδυνον, ἀνεσταύρωσε μὲν τοὺς ὁδηγοὺς, ἐκβιάζεσθαι δὲ τοὺς πολεμίους καὶ προσμάχεσθαι τῶν ὑπερβολῶν ἐγκρατεῖς ὄντας ἀπεγίνωσκε. δυσθύμως δὲ καὶ περιφόβως διακειμένων ἁπάντων, καὶ περιεστάναι σφᾶς πάντοθεν ἀφύκτους ἡγουμένων ἀπορίας, ἔγνω δολοῦν ἀπάτῃ τοὺς πολεμίους. ἦν δὲ τοιόνδε· βοῦς ὅσον δισχιλίας ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐκέλευσε συλλαβόντας, ἀναδῆσαι δᾷδας πρὸς ἕκαστον κέρας, ἢ λύγων ἢ φρυγάνων αὔων φάκελον· εἶτα νυκτὸς ὅταν ἀρθῇ σημεῖον, ἀνάψαντας ἐλαύνειν ἐπὶ τὰς ὑπερβολὰς, παρὰ τὰ στενὰ καὶ τὰς φυλακὰς τῶν πολεμίων. ἅμα δὲ ταῦτα παρεσκεύαζον οἷς προστέτακτο, καὶ τὸν ἄλλον αὐτὸς ἀναστήσας στρατὸν ἤδη σκότους ὄντος, ἦγε σχολαίως. αἱ δὲ βόες ἄχρι μὲν τὸ πῦρ ὀλίγον ἦν, καὶ περιέκαιε τὴν ὕλην, ἀτρέμα προσεχώρουν ἐλαυνόμεναι πρὸς τὴν ὑπώρειαν· καὶ θαῦμα τοῖς καθορῶσι νομεῦσιν ἀπὸ τῶν ἄκρων καὶ βουκόλοις ἦσαν αἱ φλόγες ἄκροις ἐπιλάμπουσαι τοῖς κέρασιν, ὡς στρατοπέδου καθ' ἕνα κόσμον ὑπὸ λαμπάδων πολλῶν βαδίζοντος. ἐπεὶ δὲ πυρούμενον τὸ κέρας ἄχρι ῥίζης διέδωκε τῇ σαρκὶ

τὴν

effuso flumine edit, habetque altos arenæ cumulos, demum littore clauditur undoso importuosoque. Eo ubi Annibal se demisit, viarum Fabius gnarus, circumducto exercitu, exitum quatuor millium armatorum statione obsepit, reliquas copias aliis jugis in tuto collocat, tum expeditissimis promptissimisque quibusque immissis, extremum hostium agmen carpens totum conturbat exercitum, occidit ad octingentos. Inde quum educere Annibal copias pararet, & errorem loci periculumque adverteret, in crucem sustulit viæ duces. Sed quia rejicere hostes & impugnare eos qui tenerent claustra montium desperabat, totumque exercitum torpor & pavor occupaverat, putantium perplexitate inevitabili undique circumventos se, neque ullum patere receptum, struere dolum hostibus instituit. Itaque sic facit: Boum duo ferme millia de præda jubet comprehendi, ac singulis cornibus faces præligari, aut virgultorum sarmentorumve aridorum fasces: inde ut sub noctem, quum datum signum esset, accensis ad montes agerent, qua stationes hostium saltus insidebant. Dum hæc parant quibus id negotii datum erat, castra ipse primis tenebris silentio movet. Boves, dum modicus fuit ignis & materiam adurebat, sedato gradu ad vertices montium acti succedunt. Flammæ ex summis micantes cornibus, quia exercitus uno ordine ad multas faces progredientis speciem præbebant, ex cacuminibus montium despicientes pastores & bubulcos obstupefecere. At ubi accensis cornibus ad ima & ad vivum pene-

pene-

τὴν αἴσθησιν, καὶ πρὸς τὸν πόνον διαφέρουσαι καὶ τινάσσουσαι τὰς κεφαλὰς ἀνεπίμπλαντο πολλῆς ἐπ' ἀλλήλων φλογὸς, οὐκ ἐνέμειναν τῇ τάξει τῆς πορείας, ἀλλ' ἔκφοβοι καὶ περιαλγεῖς οὖσαι, δρόμῳ κατὰ τῶν ὀρῶν ἐφέροντο, λαμπόμεναι μὲν οὐρὰς ἄκρας καὶ μέτωπα, πολλὴν δὲ τῆς ὕλης δι' ἧς ἔφευγον ἀνάπτουσαι. δεινὸν οὖν ἦν θέαμα τοῖς παραφυλάττουσι τὰς ὑπερβολὰς Ῥωμαίοις. καὶ γὰρ αἱ φλόγες ἐώκεσαν ὑπ' ἀνθρώπων θεόντων διαφερομέναις λαμπάσι· καὶ θόρυβος ἦν ἐν αὐτοῖς πολὺς καὶ φόβος, ἀλλαχόθεν ἄλλους ἐπιφέρεσθαι τῶν πολεμίων σφίσι, καὶ κυκλοῦσθαι πανταχόθεν ἡγουμένων. διὸ μένειν οὐκ ἐτόλμων, ἀλλὰ πρὸς τὸ μεῖζον ἀνεχώρουν στρατόπεδον, προέμενοι τὰ στενά. καὶ κατὰ τοῦτο δὲ καιροῦ προσμίξαντες οἱ ψιλοὶ τοῦ Ἀννίβου, τὰς ὑπερβολὰς κατεῖχον· ἡ δ' ἄλλη δύναμις ἤδη προσέβαινεν ἀδεῶς, πολλὴν καὶ βαρεῖαν ἐφελκομένη λείαν.

Τῷ δὲ Φαβίῳ συνέβη μὲν ἔτι νυκτὸς αἰσθέσθαι τὸν δόλον· φεύγουσαι γὰρ ἔνιαι τῶν βοῶν σποράδες ἧκον αὐτῷ εἰς χεῖρας· ἐνέδρας δὲ δεδιὼς σκοταίους, ἀτρέμα τὴν δύναμιν ἐν τοῖς ὅπλοις εἶχεν. ὡς δ' ἦν ἡμέρα, διώκων ἐξήπτετο τῶν ἐσχάτων, καὶ συμπλοκαὶ περὶ τὰς δυσχωρίας ἐγίνοντο, καὶ θόρυβος ἦν πολὺς, ἕως παρ' Ἀννίβου τῶν ὀρειβατεῖν δεινῶν Ἰβήρων ἄνδρες ἐλαφροὶ καὶ ποδώκεις, πεμφθέντες ἀπὸ τοῦ στόματος, εἰς βαρεῖς ὁπλίτας τοὺς Ῥωμαίους ἐνέβαλον, καὶ διαφθείραντες οὐκ ὀλίγους, ἀπέστρεψαν τὸν Φάβιον. τότε δὴ μάλιστα κακῶς ἀκοῦσαι καὶ καταφρονηθῆναι συνέβη τὸν Φάβιον. τῆς γὰρ ἐν τοῖς ὅπλοις τόλμης ὑφιέμενος, ὡς γνώμῃ καὶ προνοίᾳ καταπολεμήσων τὸν Ἀννίβαν,

netravit sensus, & dolore agitati discursu & capitum inquietatione se invicem multa respersetunt flamma, tum nullo itineris servato ordine consternati, stimulante dolore in adversos montes feruntur, relucentes extremis caudis & frontibus, virgultaque qua fugiebant frequentia accendentes. Tetrum igitur id spectaculum erat claustra montium servantibus Romanis: præbebant enim hominum cum facibus discurrentium flammæ imaginem, oppidoque pavidi & perculsi, undique invadi se atque cingi ab hostibus arbitrabantur. Itaque faucibus relictis, concitant se in fugam, & majora petunt castra. Ibi levis armatura Annibalis incurrit ac claustra occupat; hinc reliquæ copiæ trahentes multam & gravem prædam sine metu sequuntur.

Dolum hunc etiam nocte senserat Fabius: boves enim aliquot palantes inciderunt in eum; sed quia nocturnas insidias timebat, tenuit in castris suos in armis instructos. Luce prima in persequendo extremum agmen carpebat, & levia prœlia in saltu fiebant, atque ingens ciebatur tumultus, donec a primo agmine cohortem Hispanorum Annibal assuetiorem montibus immisit. Ea levior & ad concursandum habilior, in gravem armis Romanum statariumque incurrit, ac non paucis oppressis, Fabium repulit: quæ Fabium res tum calumniantibus exposuit & contemptum reddidit gravissime. Nam quum dimicandi audacia concederet Annibali, quasi consilio & providentia eum debellaturus,

νίβαν, αὐτὸς ἡττημένος τούτοις καὶ κατεστρατηγημένος ἐφαίνετο. βουλόμενος δὲ μᾶλλον ἐκκαῦσαι τὴν πρὸς αὐτὸν ὀργὴν τῶν Ῥωμαίων ὁ Ἀννίβας, ὡς ἦλθεν ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ, τὰ μὲν ἄλλα πάντα καίειν καὶ διαφθείρειν ἐκέλευσεν, ἐκείνων δ' ἀπεῖπεν ἅπτεσθαι μόνων, καὶ παρακατέστησε φυλακὴν οὐδὲν ἐῶσαν ἀδικεῖν οὐδὲ λαμβάνειν ἐκεῖθεν. ταῦτα προσδιέβαλλεν εἰς Ῥώμην ἀναγγελθέντα· καὶ πολλὰ μὲν αὐτοῦ πρὸς τὸν ὄχλον οἱ δήμαρχοι κατεβόων, ἐπάγοντος μάλιστα Μετιλίου καὶ παροξύνοντος, οὐ κατὰ τὴν πρὸς Φάβιον ἔχθραν, ἀλλ' οἰκεῖος ὢν Μινουκίου τοῦ ἱππάρχου, τιμὴν ᾤετο καὶ δόξαν ἐκείνῳ φέρειν τὰς τούτου διαβολάς. ἐγεγόνει δὲ καὶ τῇ βουλῇ δι' ὀργῆς, οὐχ ἥκιστα μεμφομένῃ τὰς περὶ τῶν αἰχμαλώτων πρὸς Ἀννίβαν ὁμολογίας. ὡμολογήκει γὰρ αὐτοῖς, ἄνδρα μὲν ἀνδρὶ λύεσθαι τῶν ἁλισκομένων, εἰ δὲ πλείους οἱ ἕτεροι γένοιντο, διδόναι δραχμὰς ὑπὲρ ἑκάστου τῶν κομιζομένων πεντήκοντα καὶ διακοσίας. ὡς οὖν γενομένης τῆς κατ' ἄνδρα διαμείψεως, εὑρέθησαν ὑπόλοιποι Ῥωμαίων παρ' Ἀννίβᾳ τεσσαράκοντα καὶ διακόσιοι, τούτων ἡ σύγκλητος ἔγνω τὰ λύτρα μὴ πέμπειν· καὶ προσητιᾶτο τὸν Φάβιον ὡς οὐ πρεπόντως, οὔτε λυσιτελῶς ἄνδρας ὑπὸ δειλίας πολεμίων ἄγραν γενομένους, ἀνακομιζόμενον. ταῦτ' ἀκούσας ὁ Φάβιος, τὴν μὲν ὀργὴν ἔφερε πρᾴως τῶν πολιτῶν, χρήματα δ' οὐκ ἔχων, διαψεύσασθαι δὲ τὸν Ἀννίβαν καὶ προέσθαι τοὺς πολίτας οὐχ ὑπομένων, ἔπεμψε τὸν υἱὸν εἰς Ῥώμην, κελεύσας ἀποδόσθαι τοὺς ἀγρούς, καὶ τὸ ἀργύριον εὐθὺς ὡς αὐτὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον κομίζειν. ἀποδομένου δὲ τοῦ νεανίσκου τὰ χωρία, καὶ ταχέως ἐπανελθόντος,

laturus, tunc victum his artibus ipsum ac circumventum videre. Annibal ut cumularet invidiam apud cives dictatoris, quum ad agrum ejus venisset, omnibus circa exustis soloque aequatis, ab uno eo vim omnem abstineri jussit, atque apposuit custodes qui inviolatum & integrum servarent. Et cum haec crimini ei Romam nuntiata dabantur, tum tribuni plebis multifariam eum ad populum accusabant: cujus rei autor & fax Metilius praecipua fuit, non ille quidem odio Fabii adductus, sed amicitia magistri equitum Minutii, quicquid de Fabii laude detrahebatur, ad gloriam & nomen accedere ducebat illius. Offendit etiam senatum, qui pactiones ejus de captivis cum Annibale vehementer improbabat. Convenerat enim inter eos de permutandis captivis, & quae pars plures recepisset, ea ut ducentas & quinquaginta drachmas in militem praestaret. Ut itaque facta commutatione in capita reliqui apud Annibalem Romani CCXL fuerunt, argentum pro his debitum negavit senatus mittere. Insuper castigavit Fabium, quod non recte nec ordine neque e republica, homines, qui ignavia sua hosti praedae fuissent, liberaret. His Fabius auditis, moderate tulit iram civium; verum quum pecunia deficeretur, neque fallere Annibalem, nec cives sustineret negligere, misit Romam filium, agrum ut venderet, & argentum ad se in castra confestim ferret. Adolescens, praediis distractis, propere redit. Tum

θόντος, ἀπέπεμψε τὰ λύτρα τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλαβε· καὶ πολλῶν ἀποδιδόντων ὕστερον, παρ' οὐδενὸς ἔλαβεν, ἀλλ' ἀφῆκε πᾶσι.

Μετὰ δὲ ταῦτα, τῶν ἱερέων καλούντων αὐτὸν εἰς Ῥώμην ἐπί τινας θυσίας, παρέδωκε τῷ Μινουκίῳ τὴν δύναμιν, ὑπὲρ τοῦ μὴ μάχεσθαι μηδὲ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις, οὐ μόνον ὡς αὐτοκράτωρ διαγορεύσας, ἀλλὰ καὶ παραινέσεις καὶ δεήσεις πολλὰς αὐτοῦ ποιησάμενος. ὧν ἐκεῖνος ἐλάχιστα φροντίσας, εὐθὺς ἐνέκειτο τοῖς πολεμίοις· καί ποτε παραφυλάξας τὸν Ἀννίβαν τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς ἐπὶ σιτολογίας ἀφεικότα, καὶ προσβαλὼν, τῶν ὑπολειπομένων κατέῤῥαξεν εἰς τὸν χάρακα, καὶ διέφθειρεν οὐκ ὀλίγους· καὶ φόβον περιέστησε πᾶσιν ὡς πολιορκησομένοις ὑπ' αὐτοῦ. καὶ συλλεγομένης αὖθις εἰς τὸ στρατόπεδον τῷ Ἀννίβᾳ τῆς δυνάμεως, ἀσφαλῶς ἀνεχώρησεν, αὐτόν τε μεγαλαυχίας ἀμέτρου, καὶ θράσους τὸ στρατιωτικὸν ἐμπεπληκώς. ταχὺ δὲ τοῦ ἔργου λόγος μείζων διεφοίτησεν εἰς Ῥώμην· καὶ Φάβιος μὲν ἀκούσας, ἔφη μᾶλλον τοῦ Μινουκίου φοβεῖσθαι τὴν εὐτυχίαν. ὁ δὲ δῆμος ἤρετο, καὶ μετὰ χαρᾶς εἰς ἀγορὰν συνέτρεχε· καὶ Μετίλιος ὁ δήμαρχος ἐπὶ τοῦ βήματος καταστὰς ἐδημηγόρει, μεγαλύνων τὸν Μινούκιον, τοῦ δὲ Φαβίου κατηγορῶν οὐ μαλακίαν, οὐδ' ἀνανδρίαν, ἀλλ' ἤδη προδοσίαν· συναιτιώμενος ἅμα καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν τοὺς δυνατωτάτους καὶ πρώτους ἐπαγαγέσθαι τὸν πόλεμον ἐξ ἀρχῆς, ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου, τήν τε πόλιν ἐμβαλεῖν εὐθὺς εἰς μοναρχίαν ἀνυπεύθυνον· ἣ διατρίβουσα τὰς πράξεις, ἵδρυσιν Ἀννίβᾳ παρέξει καὶ χρόνον αὖθις ἐκ Λιβύης ἑτέραν δύναμιν προσγενέσθαι, ὡς κρατοῦντι τῆς Ἰταλίας. Ἐπεὶ

tum pretium ille Annibali mittit, & recipit captivos: idque postea restituere quum multi vellent, a nemine accepit, sed condonavit omnibus.

Inde a sacerdotibus sacrorum quorundam caussa Romam revocatus, præficit Minutium castris, non pro imperio tantum, sed consilio etiam & precibus cum eo agens, ut pugna & dimicatione abstineret. Quibus ille plane contemptis illico institit hostibus. Et quum Annibalem quadam die advertisset magnam exercitus partem frumentatum misisse, adortus relictos, cædendo redegit eos in castra, multisque interfectis, conterruit omnes velut eos circumsessurus; ac, dum copias Annibal in castra iterum cogit, nemine instante recepit se. Qua ex re ingentes spiritus ille tulit, & ferocia implevit exercitum. Mox hujus rei, majore etiam quam factum esset, fama Romam perlata, Fabius quum rescivisset, Minutii ait se successum etiam atque etiam formidare. Populus vero arrectus & lætus in forum concurrit. Tribunus plebis Metilius pro concione verba faciens Minutium extollere, Fabium appellare non jam mollem aut timidum, sed proditorem. Accusat insuper nobilitatem & principes bellum initio in Italiam accersisse ad opprimendam plebem, & civitatem illico imperio effrænato subjecisse unius, qui ducendo bello liberum otium Annibali & spatium largiatur, dum aliæ ei ex Africa copiæ, ut Italiæ domitori, summittantur.

Ἐπεὶ δ' ὁ Φάβιος προσελθὼν ἀπολογεῖσθαι μὲν οὐδὲν ἐμέλλησε πρὸς τὸν δήμαρχον, ἔφη δὲ τάχιστα τὰς θυσίας καὶ τὰς ἱερουργίας γενέσθαι, ὥστ' ἐπὶ τὸ στράτευμα βαδιεῖσθαι τῷ Μινουκίῳ δίκην ἐπιθήσων, ὅτι κωλύσαντος αὐτοῦ τοῖς πολεμίοις συνέβαλε, θόρυβος διῆξε τοῦ δήμου πολύς, ὡς κινδυνεύσαντος τοῦ Μινουκίου. καὶ γὰρ εἶρξαι τῷ δικτάτωρι καὶ θανατῶσαι πρὸ δίκης ἔξεστι. καὶ τοῦ Φαβίου τὸν θυμὸν ἐκ πολλῆς πρᾳότητος κεκινημένον, ᾤοντο βαρὺν εἶναι καὶ δυσπαραίτητον. ὅθεν οἱ μὲν ἄλλοι καταδείσαντες ἡσυχίαν ἦγον· ὁ δὲ Μετίλιος, ἔχων τὴν ἀπὸ τῆς δημαρχίας ἄδειαν (μόνη γὰρ αὕτη δικτάτωρος αἱρεθέντος ἡ ἀρχὴ τὸ κράτος οὐκ ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ μένει, τῶν ἄλλων καταλυθεισῶν) ἐνέκειτο τῷ δήμῳ πολύς, μὴ προέσθαι δεόμενος τὸν Μινούκιον, μηδ' ἐᾶσαι παθεῖν ἃ Μάλλιος Τορκουάτος ἔδρασε τὸν υἱόν, ἀριστεύσαντος καὶ στεφανωθέντος ἀποκόψας πελέκει τὸν τράχηλον· ἀφελέσθαι δὲ τοῦ Φαβίου τὴν τυραννίδα, καὶ τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ σώζειν ἐπιτρέψαι τὰ πράγματα. τοιούτοις λόγοις κινηθέντες οἱ ἄνθρωποι, τὸν μὲν Φάβιον οὐκ ἐτόλμησαν ἀναγκάσαι καταθέσθαι τὴν μοναρχίαν, καίπερ ἀδοξοῦντα, τὸν δὲ Μινούκιον ἐψηφίσαντο, τῆς στρατηγίας ὁμότιμον ὄντα, διέπειν τὸν πόλεμον ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας τῷ δικτάτωρι· πρᾶγμα μὴ πρότερον ἐν Ῥώμῃ γεγονός, ὀλίγῳ δ' ὕστερον αὖθις γενόμενον, μετὰ τὴν ἐν Κάνναις ἀτυχίαν. καὶ γὰρ τότ' ἐπὶ τῶν στρατοπέδων Μάρκος ἦν Ἰούνιος δικτάτωρ, καὶ κατὰ πόλιν τὸ βουλευτικὸν ἀναπληρῶσαι δεῆσαν, ἅτε δὴ πολλῶν ἐν τῇ μάχῃ συγκλητικῶν ἀπολωλότων, ἕτερον εἵλοντο δικτάτωρα, Φάβιον

Horum Fabius nihil purgavit, ſed denuntiavit inſuper ſacra, quantum fieri poſſet, maturanda, quo rediret ad caſtra, ad ſumendum de Minutio, quod contra edictum ſuum cum hoſte pugnaſſet, ſupplicium. Ad ea ingenti concitatus tumultu populus eſt. Metuit Minutio, quia in vincula dare dictatori & punire indicta cauſa jus eſt, & leniſſimum Fabii ingenium exiſtimavit irritatum, efferatum eſſe neque placari facile poſſe. Itaque metu plerique attoniti ſilent. Metilius pro jure tribunatus liberior (nam hæc dictatore dicto poteſtas, quum cæteræ redigantur omnes in ordinem, autoritatem ſuam retinet una integram) inſtigat quantum poteſt populum, obſecratque ne dictatori prodant Minutium, ut quod in filium Manlius Torquatus exemplum ediderat, qui victorem & laurea inſignem ſecuri percuſſit, perpetretur in Minutium: detrahant Fabio tyrannidem, eique qui & poſſit & velit ſervare, credant rempublicam. Hac oratione commota concio, Fabio (quamvis adverſo rumore foret) non ſuſtinuit abrogare dictaturam, ſed æquato magiſtri equitum & dictatoris jure, ſcivit ut paribus auſpiciis gererent bellum: id quod ſine ullo exemplo hic Romæ uſurpatum eſt, paulo tamen poſt cladem Cannenſem repetitum, quo tempore ad exercitum M. Junius dictator fuit. Quum autem ſupplendus in urbe ſenatus eſſet, multis in acie cæſis ſenatoribus, alterum dictatorem creavere Fabium Buteo-

βιον Βουτεῶνα. πλὴν οὗτος μὲν, ἐπεὶ προῆλθε, κατέλεξε τοὺς ἄνδρας καὶ συνεπλήρωσε τὴν βουλὴν, αὐθημερὸν ἀφεὶς τοὺς ῥαβδούχους, καὶ διαφυγὼν τοὺς προάγοντας, εἰς τὸν ὄχλον ἐμβαλὼν καὶ καταμίξας ἑαυτὸν, ἤδη τι τῶν ἑαυτοῦ διοικῶν καὶ πραγματευόμενος, ὥσπερ ἰδιώτης ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀνεστρέφετο.

Τὸν δὲ Μινούκιον ἐπὶ τὰς αὐτὰς τῷ δικτάτωρι πράξεις ἀποδείξαντες, ᾤοντο κεκολοῦσθαι καὶ γεγονέναι ταπεινὸν παντάπασιν ἐκεῖνον, οὐκ ὀρθῶς στοχαζόμενοι τοῦ ἀνδρός. οὐ γὰρ αὐτοῦ συμφορὰν ἡγεῖτο τὴν ἐκείνων ἄγνοιαν, ἀλλ' ὥσπερ Διογένης ὁ σοφὸς, εἰπόντος τινὸς πρὸς αὐτὸν, οὗτοί σου καταγελῶσιν, ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, οὐ καταγελῶμαι· μόνους ἡγούμενος καταγελᾶσθαι τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα διαταραττομένους· οὕτω Φάβιος ἔφερεν ἀπαθῶς καὶ ῥᾳδίως, ὅσον ἐπ' αὐτῷ, τὰ γινόμενα, συμβαλλόμενος ἀπόδειξιν τῶν φιλοσόφων τοῖς ἀξιοῦσι μήτε ὑβρίζεσθαι μήτε ἀτιμοῦσθαι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ σπουδαῖον. ἠνία δ' αὐτὸν ἡ τῶν πολλῶν ἀβουλία διὰ τὰ κοινὰ, δεδωκότων ἀφορμὰς ἀνδρὸς οὐχ ὑγιαινούσῃ φιλοτιμίᾳ πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ δεδοικὼς μὴ παντάπασιν ἐκμανεὶς ὑπὸ κενῆς δόξης καὶ ὄγκου, φθάσῃ τι κακὸν ἀπεργασάμενος, λαθὼν ἅπαντας ἐξῆλθε· καὶ παραγενόμενος εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ καταλαβὼν τὸν Μινούκιον οὐκέτι καθεκτὸν, ἀλλὰ βαρὺν καὶ τετυφωμένον, καὶ παρὰ μέρος ἄρχειν ἀξιοῦντα, τοῦτο μὲν οὐ συνεχώρησε, τὴν δὲ δύναμιν διενείματο πρὸς αὐτόν, ὡς μέρους μόνον ἄρχειν βέλτιόν τι ὂν, ἢ πάντων παρὰ μέρος. καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῶν ταγμάτων καὶ τέταρτον αὐτὸς ἔλαβε, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον ἐκείνῳ παρέδωκεν, ἐπίσης καὶ

Buteonem. Cæterum hic eodem quo in publicum progressus senatum legit die, dimissis lictoribus, & persequentium rejecta turba, mediæ plebi se injecit atque immiscuit, suasque res agens & curans in foro privati more versatus est.

Minutii autem comparato cum dictatore imperio, rebantur illum animo plane fracto & abjecto redditum: cæterum non satis noverant eum. Neque enim calamitosam sibi inscitiam eorum ducebat, verum, sicut Diogenes ille sapiens, quum ei quidam diceret, isti derident te, ego enimvero, inquit, non derideor, illos derideri solos existimans, quos obstupefacerent & terrerent ista; ita moderate Fabius illam injuriam leniterque, quantum ad se attineret, tulit, præbuitque argumentum ad probandum id philosophorum placitum, qui virum bonum & sapientem negant contumelia affici vel probro. Sed angebat eum reipub. tamen gratia vulgi temeritas, quod hominis efferatæ ad bellum ferociæ tantam fenestram aperuisset. Quare veritus ne insania hominem ex vana gloria & arrogantia, nimium cito ad mali quid designandum auferret, clam omnibus profectus est. In castra ut venit, offendit Minutium nihil jam modice præ se ferentem, sed tumidum & inflatum, imperiumque postulantem alternis diebus. Id haudquaquam placuit ei, sed divisit cum illo copias: præstare enim ut parti solus præesset, quam vicissim universis. Primam igitur & quartam legionem sibi sumit, secundam & tertiam attribuit Minutio, sociorum item

καὶ τῶν συμμαχικῶν διανεμηθέντων. σεμνυνομένου δὲ τοῦ Μινουκίου, καὶ χαίροντος ἐπὶ τῷ τὸ πρόσχημα τῆς ἀκροτάτης καὶ μεγίστης ἀρχῆς ὑφεῖσθαι καὶ προπεπηλακίσθαι δι᾽ αὐτὸν, ὑπεμίμνησκεν ὁ Φάβιος, ὡς οὐκ ὄντος αὐτῷ πρὸς Φάβιον, ἀλλ᾽ εἰ σωφρονεῖ, πρὸς Ἀννίβαν τοῦ ἀγῶνος· εἰ δὲ καὶ πρὸς τὸν συνάρχοντα φιλονεικεῖ, σκοπεῖν ὅπως τοῦ νενικημένου καὶ καθυβρισμένου παρὰ τοῖς πολίταις, ὁ τετιμημένος καὶ νενικηκὼς οὐ φανεῖται μᾶλλον ὀλιγωρῶν τῆς σωτηρίας αὐτῶν καὶ τῆς ἀσφαλείας.

Ὁ δὲ ταῦτα μὲν εἰρωνείαν ἡγεῖτο γεροντικὴν, παραλαβὼν δὲ τὴν ἀποκληρωθεῖσαν δύναμιν, ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ἐστρατοπέδευσεν, οὐδὲν ἀγνοοῦντος τοῦ Ἀννίβου τῶν γινομένων, ἀλλὰ πᾶσιν ἐφεδρεύοντος. ἦν δὲ λόφος κατὰ μέσον, καταληφθῆναι μὲν οὐ χαλεπὸς, ὀχυρὸς δὲ καταληφθεὶς στρατοπέδῳ, καὶ διαρκὴς εἰς ἅπαντα. τὸ δὲ πέριξ πεδίον, ὀφθῆναι μὲν ἄπωθεν, ὁμαλὸν διὰ ψιλότητα καὶ λεῖον, ἔχον δέ τινας οὐ μεγάλας τάφρους ἐν αὐτῷ, καὶ κοιλότητας ἄλλας. διὸ καὶ τὸν λόφον ἐκ τοῦ ῥᾴστου κρύφα κατασχεῖν παρὸν, οὐκ ἠθέλησεν ὁ Ἀννίβας, ἀλλ᾽ ἀπέλιπε μάχης ἐν μέσῳ πρόφασιν. ὡς δ᾽ εἶδε κεχωρισμένον τοῦ Φαβίου τὸν Μινούκιον, νυκτὸς μὲν εἰς τὰς τάφρους καὶ τὰς κοιλότητας κατέσπειρε τῶν στρατιωτῶν τινάς· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ, φανερῶς ἔπεμψεν οὐ πολλοὺς καταληψομένους τὸν λόφον, ὡς ἐπάγοιτο συμπεσεῖν περὶ τοῦ τόπου τὸν Μινούκιον. ὃ δὴ καὶ συνέβη. πρῶτον μὲν γὰρ ἀπέστειλε τὴν κούφην στρατιὰν, ἔπειτα τοὺς ἱππεῖς, τέλος δ᾽ ὁρῶν τὸν Ἀννίβαν παραβοηθοῦντα τοῖς ἐπὶ λόφου, πάσῃ τῇ δυνάμει κατέβαινε συντεταγμένος· καὶ μάχην

item auxilia pari numero partiti sunt. Enimvero gloriari Minutius & exultare, quod summi imperii maximique majestas in ordinem coacta propter ipsum atque diminuta esset. Ibi admonet eum Fabius, non cum Fabio ipsi, sed certamen esse, si sapiat, cum Annibale. Quod si cum collega quoque contendendum sibi putet; videndum etiam atque etiam ei, ut dejecto & contempto apud cives honoratus ipse & victor non videatur in servandis tuendisque illis solutior.

Ille hac cavillatione pro senili contempta, & copiis quæ ei sorte evenerant acceptis, separatim castra cepit. Nihil horum Annibalem, qui in omnem imminebat occasionem, fefellit. Tumulus erat in medio, qui & occupari facile poterat, & occupatus tutam castris stationem commodamque erat ad omnia præbiturus. Ager circumjectus a longe contemplanti æquabilis & nudus, habebat tamen interjectas fossas non magnas, & cavernas quasdam alias. Hunc tumulum quum tenere ex facili clam posset Annibal, nolebat, sed caussam in medio relinquebat certaminis. Ubi jam a Fabio sejunctum videt Minutium, nocte in hos specus & latebras certum numerum militum condit, & quo alliciat ad certamen de loco eo contrahendum Minutium, paucos prima luce ad tumulum aperte capiendum mittit: itaque evenit. Primum enim dimittit ille levem armaturam, deinde equites; postremo quum ad tumulum auxilia cernit Annibalem quoque submittentem, instructis omnibus copiis procedit, & acri pugna

χὴν καρτερὰν θέμενος, ἠμύνετο τοὺς ἐπὶ τοῦ λόφου βάλλοντας, συμπλεκόμενος καὶ ἴσα φερόμενος. ἄχρις οὗ καλῶς ἠπατημένον ὁρῶν ὁ Ἀννίβας, καὶ γυμνὰ παρέχοντα τοῖς ἐνεδρεύουσι τὰ νῶτα, τὸ σημεῖον αἴρει. πρὸς δὲ τοῦτο πολλαχόθεν ἐξανισταμένων ἅμα καὶ μετὰ κραυγῆς προσφερομένων, καὶ τοὺς ἐσχάτους ἀποκτιννύντων, ἀδιήγητος κατεῖχε ταραχὴ καὶ πτοία τοὺς Ῥωμαίους· αὐτοῦ τε τοῦ Μινουκίου τὸ θράσος κατακέκλαστο, καὶ πρὸς ἄλλον ἄλλοτε τῶν ἡγεμόνων διεπάπταινεν, οὐδενὸς ἐν χώρᾳ μένειν τολμῶντος, ἀλλὰ πρὸς φυγὴν ὠθουμένων οὐ σωτήριον. οἱ γὰρ Νομάδες ἤδη κρατοῦντες κύκλῳ περιήλαυνον τὸ πεδίον, καὶ τοὺς ἀποσκιδναμένους ἔκτεινον.

Ἐν τοσούτῳ δὲ κακῷ τῶν Ῥωμαίων ὄντων, οὐκ ἔλαθεν ὁ κίνδυνος τὸν Φάβιον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον, ὡς ἔοικε, ἤδη προειληφὼς, τήν τε δύναμιν συντεταγμένην εἶχεν ἐπὶ τῶν ὅπλων, καὶ τὰ πραττόμενα γινώσκειν ἐφρόντιζεν, οὐ δι' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτὸς ἔχων κατασκοπὴν πρὸ τοῦ χάρακος. ὡς οὖν κατεῖδε κυκλούμενον καὶ ταραττόμενον τὸ στράτευμα, καὶ κραυγὴ προσέπιπτεν οὐ μενόντων, ἀλλ' ἤδη πεφοβημένων καὶ τρεπομένων, μηρόν τε πληξάμενος καὶ στενάξας μέγα, πρὸς μὲν τοὺς παρόντας εἶπεν, Ὦ Ἡράκλεις, ὡς τάχιον μὲν ἢ ἐγὼ προσεδόκων, βράδιον δ' ἢ αὐτὸς ἔσπευδε, Μινούκιος ἑαυτὸν ἀπολώλεκε. τὰς δὲ σημαίας ἐκφέρειν κατὰ τάχος, καὶ τὸν στρατὸν ἕπεσθαι κελεύσας, ἀνεβόησε, Νῦν τις, ὦ στρατιῶται, Μάρκου Μινουκίου μεμνημένος ἐπειγέσθω· λαμπρὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ φιλόπατρις. εἰ δέ τι, σπεύδων ἐξελάσαι τοὺς πολεμίους, ἥμαρτεν, αὖθις αἰτιασόμεθα. πρῶτος μὲν οὖν

pugna adoritur eos qui castra in tumulo ponebant. Mars erat anceps & utrinque dubius, donec satis circumventum conspiciens Annibal, & terga insidiantibus nuda patere, signum dat. Tum exorti undique cum clamore simul incursant, postremosque cædunt. Romanos plane perculit ingens tumultus & clamor, ipsius concidit ferocia Minutii, & nunc ad hunc, nunc ad illum legatum circumtulit oculos. At nemo pugnæ memor, in fugam pestiferam inclinabat: quippe Numidæ jam victores undique campos obequitabant, interficiebantque effusos.

His obrutorum malis Romanorum non latuit discrimen Fabium, sed quum imminentem cladem haud dubie animo prospexisset, tenebat legiones sub signis instructas, eventumque cognoscere pugnæ studebat, non per nuntios, sed pro vallo speculabatur ipse ex edito. Ut ergo circumveniri turbarique conspexit aciem, & clamor ad aures ejus accidit, non jam in pugna stantium, sed trepidantium & fugientium, tum percusso femore atque ingenti edito suspirio ad circumstantes, O Dii immortales, (inquit) quanto celerius quam timui, serius tamen quam cupivit, perdidit semetipse Minutius! Et quum efferri raptim signa & sequi jussisset legiones, exclamavit, Nunc milites, siquis memoriam habet M. Minutii, properet; egregius est enim vir & amans patriæ: quod siquid, dum festinat ejicere hostem offensavit, aliud erit succensendi tempus. Primus

οὖν ἐπιφανεὶς τρέπεται καὶ διασκίδνησι τοὺς ἐν τῷ πεδίῳ περιελαύνοντας Νομάδας· εἶτα πρὸς τοὺς μαχομένους, καὶ κατὰ νώτου τῶν Ῥωμαίων ὄντας ἐχώρει, καὶ τοὺς ἐμποδὼν ἔκτεινεν, οἱ δὲ λοιποὶ, πρὶν ἀποληφθῆναι, καὶ γενέσθαι περιπετεῖς οἷς αὐτοὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐποίησαν, ἐκκλίναντες ἔφυγον. ὁρῶν δ' ὁ Ἀννίβας τὴν μεταβολὴν, καὶ τὸν Φάβιον εὐρώστως παρ' ἡλικίαν διὰ τῶν μαχομένων ὠθούμενον ἄνω πρὸς τὸν Μινούκιον εἰς τὸν λόφον, ἐπέσχε τὴν μάχην, καὶ τῇ σάλπιγγι σημήνας ἀνάκλησιν, ἀπῆγεν εἰς τὸν χάρακα τοὺς Καρχηδονίους, ἀσμένως καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀναστρεφομένων. λέγεται δ' αὐτὸν ἀπιόντα, περὶ τοῦ Φαβίου πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν τι τοιοῦτον μετὰ παιδιᾶς, Οὐκ ἐγὼ μέντοι προὔλεγον ὑμῖν πολλάκις τὴν ἐπὶ τῶν ἄκρων ταύτην καθημένην νεφέλην, ὅτι μετὰ ζάλης ποτὲ καὶ καταιγίδων ὄμβρον ἐκρήξει.

Μετὰ δὲ τὴν μάχην Φάβιος μὲν ὅσους ἔκτεινε τῶν πολεμίων σκυλεύσας ἀνεχώρησεν, οὐδὲν ὑπερήφανον οὐδ' ἐπαχθὲς εἰπὼν περὶ τοῦ συνάρχοντος· Μινούκιος δὲ τὴν αὐτοῦ στρατιὰν ἀθροίσας, Ἄνδρες, ἔφη, συστρατιῶται, τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπόν ἐστι· τὸ δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πταίσμασιν διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ νοῦν ἔχοντος. ἐγὼ μὲν οὖν ὁμολογῶ μικρὰ μεμφόμενος τὴν τύχην, περὶ μειζόνων ἐπαινεῖν. ἃ γὰρ οὐκ ᾐσθόμην χρόνον τοσοῦτον, ἡμέρας μέρει μικρῷ πεπαίδευμαι, γνοὺς ἐμαυτὸν οὐκ ἄρχειν ἑτέρων δυνάμενον, ἀλλ' ἄρχοντος ἑτέρου δεόμενον, καὶ μὴ φιλοτιμούμενον νικᾶν ὑφ' ὧν

νικᾶσθαι

mus igitur Fabii conſpectus fugat ac diſſipat in campo circumvagantes Numidas. Tum in eos qui in acie ſtabant & terga Romanorum cædebant, infert ſigna. Siqui ſe offerunt, hos interficit; reliqui, priuſquam a ſuis intercluderentur, ne quod intulerant Romanis mali, id in ſe verteret, terga dantes capeſſunt fugam. Cernens pugnam inclinatam Annibal, Fabiumque præter ætatem valida per infeſtos hoſtes impreſſione facta adverſo tumulo contendere ad Minutium, remiſit prœlium, ſignoque receptui dato Pœnos in caſtra reduxit. Receperunt ſe Romani quoque haud inviti. Fertur, quum ſe reciperet, de Fabio Annibal tale quippiam ad amicos dixiſſe jocans, nonne ſæpius vobis prædixi ego, hanc in jugis montium ſedentem nubem cum turbine aliquando & procella imbrem effuſuram?

Secundum prœlium Fabius, lectis cæſorum ſpoliis, in caſtra regreſſus eſt, nec ullum ei ſuperbum adverſus collegam vel iratum excidit dictum. At Minutius convocata ſuorum concione, In arduis rebus, inquit, commilitones, nihil offendere, ſupra ſortem humanam eſt; ut vero peccata pro exemplo proponas in futurum, id boni viri ſit & prudentis. Fateor quidem ego eſſe nonnihil quod incuſem fortunam, ſed majores me tamen ei gratias agere. Nam hactenus quæ me fefellere, didici paucis horis: doctus ſum enim non eum eſſe me, imperare qui valeam aliis, ſed opus habeam altero qui mihi imperet, nec eſſe contendendum vincere eos, quibus cedere

præ-

νικᾶσθαι κάλλιον. ὑμῖν δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐστὶν ἄρχων ὁ δικτάτωρ· τῆς δὲ πρὸς ἐκεῖνον εὐχαριστίας αὐτὸς ἡγεμὼν ἔσομαι, πρῶτον ἐμαυτὸν εὐπειθῆ καὶ ποιοῦντα τὸ κελευόμενον ὑπ' ἐκείνου παρεχόμενος. ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τοὺς αἰετοὺς ἄρασθαι κελεύσας, καὶ πάντας ἀκολουθεῖν, ἦγε πρὸς τὸν χάρακα τοῦ Φαβίου. καὶ παρελθὼν ἐντὸς, ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν στρατηγικὴν σκηνὴν, ὥστε θαυμάζειν καὶ διαπορεῖν πάντας. προελθόντος δὲ τοῦ Φαβίου, θέμενος ἔμπροσθεν τὰς σημαίας, αὐτὸς μὲν ἐκεῖνον πατέρα μεγάλῃ φωνῇ, οἱ δὲ στρατιῶται τοὺς στρατιώτας, πάτρωνας ἠσπάζοντο. τοῦτο δ' ἐστὶ τοῖς ἀπελευθέροις προσφώνημα πρὸς τοὺς ἀπελευθερώσαντας. ἡσυχίας δὲ γενομένης, ὁ Μινούκιος εἶπε, Δύο νίκας, ὦ δικτάτωρ, τῇ σήμερον ἡμέρᾳ νενίκηκας, ἀνδρείᾳ μὲν τοὺς πολεμίους, εὐβουλίᾳ δὲ καὶ χρηστότητι τὸν συνάρχοντα· καὶ δι' ἧς μὲν σέσωκας ἡμᾶς, δι' ἧς δὲ πεπαίδευκας, ἡττωμένους μὲν αἰσχρὰν ἧτταν ὑπ' ἐκείνου, καλὴν δὲ καὶ σωτήριον ὑπὸ σοῦ. πατέρα δή σε χρηστὸν προσαγορεύω, τιμιωτέραν οὐκ ἔχων προσηγορίαν, ἐπεὶ τῆς γε τοῦ τεκόντος μείζων ἡ παρὰ σοῦ χάρις αὕτη. ἐγεννήθην μὲν γὰρ ὑπ' ἐκείνου μόνος, σώζομαι δὲ ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων. ταῦτ' εἰπὼν καὶ περιβαλὼν τὸν Φάβιον, ἠσπάζετο. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοὺς στρατιώτας ἦν ὁρᾶν πράττοντας· ἐνεφύοντο γὰρ ἀλλήλοις καὶ κατεφίλουν, ὥστε μεστὸν εἶναι χαρᾶς καὶ δακρύων ἡδίστων τὸ στρατόπεδον.

Ἐκ τούτου Φάβιος μὲν ἀπέθετο τὴν ἀρχὴν, ὕπατοι δ' αὖθις ἀπεδείκνυντο. καὶ τούτων οἱ μὲν πρῶτοι διεφύλαξαν ἣν ἐκεῖνος ἰδέαν τοῦ πολέμου κατέστησε, μάχεσθαι μὲν ἐκ παρατάξεως φεύγοντες πρὸς Ἀννίβαν, τοῖς δὲ συμ-

μάχοις

præstet. Vester quidem ad cætera imperator est dictator, gratitudinis vero adversus illum dux ego ero, me primum obedientem ac dicto ei audientem præstando. Hæc fatus, quum signa tolli imperasset & omnes sequi, agmine ad dictatoris castra proficiscitur. In castris, ubi ad prætorium recta contendit, convertit omnes in admirationem & stuporem. Ante progressum Fabium constitutis signis, parentem ipse eum alta voce, exercitus milites ejus patronos appellavit. Ita enim qui libertate donantur dominos appellant. Silentio facto Minutius, Geminam victoriam, inquit, obtinuisti, dictator, hodierno die, virtute de hostibus, consilio & humanitate de collega: illa nos servasti, hac erudivisti; nosque, quum turpiter essemus ab Annibale superati, honeste sumus abs te & salubriter victi. Quare, quando nomen venerabilius non habeo, mitem te appello parentem, quum tamen beneficium mihi abs te hoc quam a parente majus extiterit: illi enim vitam solus, tibi cum meam vitam tum omnium horum debeo. His dictis amplexus Fabium & osculatus est. Idem erat cernere per totum exercitum: nam complexu sese mutuo & osculo exceperunt; unde in lætitiam tota castra effusa, ut præ gaudio omnibus lacrymæ manarent.

Secundum hæc dictaturam deposuit Fabius, & creati consules. Quorum primi Fabii artibus bellum administraverunt, ut conferre cum Annibale vitarent signa, sed sociis suppetias fer-

μάχοις ἐπιβοηθοῦντες, καὶ τὰς ἀποστάσεις κωλύοντες. Τερέντιος δὲ Βάρρων εἰς τὴν ὑπατείαν προαχθεὶς ἀπὸ γένους ἀσήμου, βίου δὲ διὰ δημοκοπίαν καὶ προπέτειαν ἐπισήμου, δῆλος ἦν εὐθὺς ἀπειρίᾳ καὶ θρασύτητι τὸν περὶ τῶν ὅλων ἀναρρίψων κύβον. ἐβόα γὰρ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, μενεῖν τὸν πόλεμον ἄχρις οὗ Φαβίοις χρῆται στρατηγοῖς ἡ πόλις, αὐτὸς δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὄψεσθαί τε καὶ νικήσειν τοὺς πολεμίους. ἅμα δὲ τούτοις τοῖς λόγοις συνῆγε καὶ κατέγραφε δύναμιν τηλικαύτην ἡλίκην πρὸς οὐδένα πώποτε τῶν πολεμίων ἐχρήσαντο Ῥωμαῖοι. μυριάδες γὰρ ἐννέα δισχιλίων ἀνδρῶν δέουσαι συνετάχθησαν εἰς τὴν μάχην, μέγα δέος Φαβίῳ καὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι Ῥωμαίων· οὐ γὰρ ἤλπιζον ἕξειν ἀναφορὰν τὴν πόλιν ἐν τοσαύτῃ σφαλεῖσαν ἡλικίᾳ. διὸ καὶ τὸν συνάρχοντα τοῦ Τερεντίου Παῦλον Αἰμίλιον, ἄνδρα πολέμων ἔμπειρον, οὐκ ἀρεστὸν δὲ τῷ δήμῳ, καὶ καταπλῆγα πολλῶν, ἔκ τινος καταδίκης πρὸς τὸ δημόσιον αὐτῷ γεγενημένης, ἀνέστη καὶ παρεθάρρυνεν ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς ἐκείνου μανίας· διδάσκων ὡς οὐ πρὸς Ἀννίβαν αὐτῷ μᾶλλον ἢ πρὸς Τερέντιον ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὁ ἀγὼν ἔσοιτο. σπεύσειν γὰρ μάχην γενέσθαι τὸν μὲν οὐκ αἰσθανόμενον τῆς δυνάμεως, τὸν δ' αἰσθανόμενον τῆς περὶ αὐτὸν ἀσθενείας. Ἐγὼ δ', εἶπεν, ὦ Παῦλε, Τερεντίου πιστεύεσθαι δικαιότερός εἰμι, περὶ τῶν Ἀννίβου πραγμάτων διαβεβαιούμενος, ὡς εἰ μηδεὶς αὐτῷ μαχεῖται τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, ἀπολεῖται μένων ὁ ἀνὴρ, ἢ φεύγων ἄπεισιν· ᾧ γε καὶ νῦν νικᾶν καὶ κρατεῖν δοκοῦντι, τῶν μὲν πολεμίων οὐδεὶς προσκεχώρηκε, τῆς δ' οἴκο-

θεν

ferrent, & prohiberent defectiones. Postquam vero Terentius Varro natalium humilitate quidem obscurus, sed popularibus artibus & ferocia satis notus ad consulatum adspiravit, illico præ se tulit imperitia & præcipitantia de summa se rerum jacturum aleam. Vociferabatur enim in concionibus, donec Fabiis civitas ducibus utatur, nunquam debellatum iri; se, quo die hostem vidisset, bellum profligaturum: simulque cum dictis tantum delectum habuit, tantasque conscripsit copias, quantis nullo unquam bello usi ante Romani fuerant. Octoginta octo millia militum sub signis habuit. Quæ res in magnum terrorem Fabium cæterosque prudentiores conjecit: neque enim, si quid in tanto juventutis flore sit titubatum, ullam videbant spem se recuperandi. Itaque collegam Varronis Paulum Æmilium, virum rebus bellicis exercitatum, sed invisum populo & paventem plebis, eo quod judicio publico damnato lis æstimata fuerat, excitavit Fabius, adhortatusque est ut reprimeret hominis insaniam, admonuitque non plus ei contra Annibalem quam contra collegam pro aris & focis certaminis propositum esse: quippe ad pugnam properaturum hunc, quod vires suas non intelligat, illum, quod intelligat suam imbecillitatem. Equidem de rebus Annibalis, Paule Æmili, inquit, majorem quam Varroni habendam fidem merito mihi censeam, asseveranti, nisi pugnæ hoc anno copiam ei facias, aut actum de eo fuerit, si hæreat hic, aut fuga se subduxerit; quando nunc, vel quum vincere & superior videtur esse, nemo ad eum defecit hostis, & copiarum, quas

θεν δυνάμεως οὐδ' ἡ τρίτη μοῖρα πάνυ περίεστι. πρὸς ταῦτα λέγεται τὸν Παῦλον εἰπεῖν, Ἐμοὶ μὲν ὦ Φάβιε, τὰ ἐμαυτοῦ σκοποῦντι κρεῖττόν ἐστι τοῖς τῶν πολεμίων ὑποπεσεῖν δόρασιν, ἢ πάλιν ταῖς ψήφοις τῶν πολιτῶν· εἰ δ' οὕτως ἔχει τὰ δημόσια πράγματα, πειράσομαι μᾶλλόν σοι δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι στρατηγὸς, ἢ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τἀναντία βιαζομένοις. ταύτην ἔχων τὴν προαίρεσιν ὁ Παῦλος, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν πόλεμον.

Ἀλλ' ὁ Τερέντιος ἐμβαλὼν αὐτὸν εἰς τὸ παρ' ἡμέραν ἄρχειν, καὶ τῷ Ἀννίβα παραστρατοπεδεύσας περὶ τὸν Αὐφίδιον ποταμὸν καὶ τὰς λεγομένας Κάννας, ἅμ' ἡμέρᾳ τὸ τῆς μάχης σημεῖον ἐξέθηκεν· ἔστι δὲ χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος· ὥστε καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξ ἀρχῆς διαταραχθῆναι, τήν τε τόλμαν τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὸ τοῦ στρατοπέδου πλῆθος ὁρῶντας, αὐτοὺς δ' οὐδ' ἥμισυ μέρος ὄντας. Ἀννίβας δὲ τὴν δύναμιν ἐξοπλίζεσθαι κελεύσας, αὐτὸς ἱππότης μετ' ὀλίγων ὑπὲρ λόφου τινὸς μαλακοῦ κατεσκόπει τοὺς πολεμίους ἤδη καθισταμένους εἰς τάξιν. εἰπόντος δέ τινος τῶν περὶ αὐτὸν ἀνδρὸς ἰσοτίμου, τοὔνομα Γίσκωνος, ὡς θαυμαστὸν αὐτῷ φαίνεται τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, συναγαγὼν τὸ πρόσωπον ὁ Ἀννίβας, Ἕτερον, εἶπεν, ὦ Γίσκων, λέληθέ σε τούτου θαυμασιώτερον. ἐρομένου δὲ τοῦ Γίσκωνος τὸ ποῖον, Ὅτι, ἔφη, τούτων ὄντων τοσούτων, οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς Γίσκων καλεῖται. γενομένου δὲ παρὰ δόξαν αὐτοῖς τοῦ σκώμματος, ἐμπίπτει γέλως πᾶσι· καὶ κατέβαινον ἀπὸ τοῦ λόφου, τοῖς ἀπαντῶσιν ἀεὶ τὸ πεπαιγμένον ἀπαγγέλλοντες, ὥστε διὰ πολλῶν πολὺν εἶναι τὸν γέλωτα, καὶ μηδ'

quas in Italiam traduxit, ne tertia quidem pars superſit. Ad ea fertur reſpondiſſe Paulus, Quod ad me, Q. Fabi, attinet, hoſtium me telis potius quam ſuffragiis civium iterum objicere caput certum eſt. Quod ſi in eo eſt ſtatu reſpub. enitar, ut bonus dux tibi potius videar eſſe, quam omnibus aliis in diverſum trahentibus. Hoc animo ad bellum eſt Paulus profectus.

Terentius autem, quum extorſiſſet ei alternis ut imperarent, caſtra caſtris Annibalis conjungit ad vicum Cannas, qua Aufidius fluit amnis, & ſimulatque diluxit, propoſuit ſignum pugnæ. Sagum eſt coccinum, quod ſupra prætorium expanditur. Pœnos initio, conſulis audaciam & multitudinem contemplantes hoſtium, quum dimidio eſſent ipſi pauciores, invaſit pavor. Annibal autem, quum edixiſſet ut arma caperent milites, cum paucis ipſe equo vectus hoſtes ex molli clivo jam in ordines euntes ſpeculatur. Ibi quum ex comitibus quidam qui pari erat dignitate (Giſconem appellabant) admirari ſe diceret tantas hoſtium copias; fronte Annibal contracta, Aliud Giſco, inquit, fugit te, eo magis mirandum. Quidnam illud eſſet requirente Giſcone, Quod nimirum tanto in numero, inquit, ne unus quidem ſit qui Giſco vocetur. Hoc dictum nec opinantibus oblatum, omnibus riſum movit. Itaque de clivo digredientes, ut quiſque occurrebat, illum narrarunt jocum, tantuſque per multos motus riſus eſt, ut qui

μηδ' ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς δύνασθαι τοὺς περὶ Ἀννίβαν. τοῦτο τοῖς Καρχηδονίοις ἰδοῦσι θάρρος παρέστη, λογιζομένοις ἀπὸ πολλοῦ καὶ ἰσχυροῦ τοῦ καταφρονοῦντος ἐπιέναι γελᾶν οὕτω ὡς καὶ παίζειν τῷ στρατηγῷ παρὰ τὸν κίνδυνον.

Ἐν δὲ τῇ μάχῃ στρατηγήμασιν ἐχρήσατο, πρώτῳ μὲν, τῷ ἀπὸ τοῦ τόπου, ποιησάμενος κατὰ νώτου τὸν ἄνεμον. πρηστῆρι γὰρ ἐοικὼς φλέγοντι κατερρήγνυτο, καὶ τραχὺν ἐκ πεδίων ὑφάμμων καὶ ἀναπεπταμένων αἴρων κονιορτὸν, ὑπὲρ τὴν φάλαγγα τῶν Καρχηδονίων ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐώθει, καὶ προσέβαλλε τοῖς προσώποις ἀποστρεφομένοις καὶ συνταραττομένοις. δευτέρῳ δὲ, τῷ περὶ τὴν τάξιν· ὃ γὰρ ἦν ἰσχυρότατον αὐτῶν καὶ μαχιμώτατον τῆς δυνάμεως ἑκατέρωσε τοῦ μέσου τάξας, τὸ μέσον αὐτὸς συνεπλήρωσεν ἐκ τῶν ἀχρειοτάτων, ἐμβόλῳ τούτῳ προέχοντι πολὺ τῆς ἄλλης φάλαγγος χρησάμενος. εἴρητο δὲ τοῖς κρατίστοις, ὅταν τούτους διακόψαντες οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φερόμενοι πρὸς τὸ εἶκον, ἐκ φερομένου τοῦ μέσου καὶ κόλπον λαμβάνοντος, ἐντὸς γένωνται τῆς φάλαγγος, ὀξέως ἑκατέρωθεν ἐπιστρέψαντας, ἐμβαλεῖν τε πλαγίοις, καὶ περιπτύσσειν, ὄπισθεν συγκλείοντας. ὃ δὴ καὶ δοκεῖ τὸν πλεῖστον ἀπεργάσασθαι φόνον. ὡς γὰρ ἐνέδωκε τὸ μέσον, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐδέξαντο διώκοντας, ἡ δὲ φάλαγξ τοῦ Ἀννίβου μεταβαλοῦσα τὸ σχῆμα μηνοειδὴς ἐγεγόνει, καὶ τῶν ἐπιλέκτων οἱ ταξίαρχοι, ταχὺ τοὺς μὲν ἐπ' ἀσπίδα, τοὺς δ' ἐπὶ δόρυ κλίναντες, προσέπεσον κατὰ τὰ γυμνὰ, πάντας, ὅσοι μὴ τὴν κύκλωσιν ἐπεκκλίναντες ἔφθασαν, ἐν μέσῳ κατειργάσαντο καὶ διέφθειραν. λέγεται δὲ καὶ τοῖς ἱππεῦσι τῶν Ῥωμαίων σύμπτωμα παράλογον γενέσθαι. τὸν γὰρ Παῦλον, ὡς ἔοικε,

qui Annibalem comitarentur, continere se non valerent. Quod Pœnis cernentibus animum confirmavit, ex magno & insigni contemptu motum arbitrantibus cum risum, ut etiam ipse instante dux discrimine jocos cieret.

Astuta consilia adhibuit ad pugnam. Primum ex loco, ut a tergo ventum haberet, molitus est. Procelloso enim urentique turbini similis erumpens, & asperum ex arenosis atque patentibus campis impellens pulverem supra Pœnorum aciem in ipsa volvit ora Romanorum, prospectumque ademit faciem avertentibus, & conturbavit eos. Alterum ex instruenda acie: quod roboris in exercitu esset, ac fortissimos quosque in cornibus locat, mediam aciem turba replet ignavissimorum: eo usus est longe ante reliquam aciem prominente cuneo. Edictum præstantissimis erat, ubi hos impulissent Romani, ac pedem referentibus instantes vacuo medio & sinum dante in mediam aciem irruissent, ut propere reductis alis transversos invaderent, & circumfusi clauderent a tergo. Id quod potissimum tantæ fuit stragis causa. Ut enim media acies pedem retulit atque incurrentes excepit Romanos, & figuram Annibalis acies ad modum lunæ commutavit, delectorumque ductores alis circumductis adorti aversos sunt, cunctos, qui antequam coirent hostium cornua non receperunt se, circumventos cædunt contrucidantque. Ad hæc error equitibus est mirus oblatus. Paulum equus vulneratus, ut con-

ἔοικε, τρωθεὶς ὁ ἵππος ἀπεσείσατο, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἄλλος καὶ ἄλλος ἀπολιπὼν τὸν ἵππον, πεζὸς τῷ ὑπάτῳ προσήμυνε. τοῦτο δ' ἱππεῖς ἰδόντες, ὡς παραγγέλματος κοινοῦ δεδομένου, πάντες ἀποπηδήσαντες, πεζοὶ συνεπλέκοντο τοῖς πολεμίοις. ἰδὼν δὲ Ἀννίβας, Τοῦτ', ἔφη, μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ τὰς διεξοδικὰς γράψαντες ἱστορίας ἀπηγγέλκασι. τῶν δ' ὑπάτων, ὁ μὲν Βάρρων ὀλιγοστὸς ἀφίππευσεν εἰς Οὐενουσίαν πόλιν· ὁ δὲ Παῦλος ἐν τῷ βυθῷ καὶ κλύδωνι τῆς φυγῆς ἐκείνης, βελῶν τε πολλῶν ἐπὶ τοῖς τραύμασιν ἐγκειμένων ἀνάπλεως τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν πένθει τοσούτῳ βαρυνόμενος, πρός τινι λίθῳ καθῆστο, τὸν ἐπισφάξοντα τῶν πολεμίων ἀναμένων. ἦν δὲ δι' αἵματος πλῆθος, ᾧ συνεπέφυρτο τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον, οὐ πολλοῖς διάδηλος, ἀλλὰ καὶ φίλοι καὶ θεράποντες αὐτὸν ὑπ' ἀγνοίας παρῆλθον. μόνος δὲ Κορνήλιος Λέντλος εὐπατρίδης νέος ἰδὼν καὶ προνοήσας, ἀπεπήδησε τοῦ ἵππου, καὶ προσαγαγὼν παρεκάλει χρῆσθαι καὶ σώζειν αὐτὸν τοῖς πολίταις, ἄρχοντος ἀγαθοῦ τότε μάλιστα χρῄζουσιν. ὁ δὲ ταύτην μὲν ἀπετρέψατο τὴν δέησιν, καὶ τὸ μειράκιον αὖθις ἠνάγκασεν ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβῆναι δακρύον· εἶτα δὲ τὴν δεξιὰν ἐμβαλὼν, καὶ συνεξαναστάς, Ἀπάγγελλε, εἶπεν, ὦ Λέντλε Φαβίῳ Μαξίμῳ, καὶ γενοῦ μάρτυς αὐτὸς, ὅτι Παῦλος Αἰμίλιος ἐνέμεινεν αὐτοῦ τοῖς λογισμοῖς ἄχρι τέλους, καὶ τῶν ὁμολογηθέντων πρὸς ἐκεῖνον οὐδὲν ἔλυσεν, ἀλλ' ἐνικήθη πρότερον ὑπὸ Βάρρωνος, εἶθ' ὑπὸ Ἀννίβου. τοσαῦτ' ἐπιστείλας, τὸν μὲν Λέντλον ἀπέπεμψεν, αὐτὸς δὲ ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τοὺς φονευομένους,

conjicio, excusserat. Tum ex cohorte ejus alius post alium omissis equis, ut consulem protegeret, ad pedes descenderunt. Id quum reliqui equites conspexissent, tanquam signo omnibus dato, ex equis omnes devolantes congrediuntur cum hostibus. Quo viso Annibal, Hoc, inquit, malim quam si vincti mihi traderentur. Verum hæc, qui historias fusius prodiderunt, prosequuti sunt. Consul Varro cum paucis equitibus profugit Venusiam: Paulus illo in æstu & fluctu fugientium magna telorum vi, toto corpore in vulneribus hærentium, confixus, doloreque ex tanto oppressus luctu sedebat in saxo, aliquem operiens ex hostibus qui interficeret se. Quia vero caput ejus erat & facies cruore oppleta, omnibus fere incognitum & necessarii & clientes prætervehebant. Unus vero ex pube patritia, conspecto & agnito, Cornelius Lentulus, equo delapsus, admotum eum capere jubet, & se servare civibus, qui tum ut quum maxime bono consule haberent opus. Ille huic refragatus petitioni, coegit adolescentem equum rursus ascendere cum lacrimis. Tum data ei dextera, quum se erexisset, Nuntia (inquit) Fabio Maximo, & ipse esto testis, præceptorum ejus Paulum Æmilium memorem usque ad mortem extitisse: neque pacta cum eo ulla ex parte rupisse, sed victum esse primum a Varrone, deinde ab Annibale. Cum his mandatis dimittit Lentulum. Mox quum in mediam stragem se invexisset,

μένους, ἀπέθανε. λέγονται δὲ πεσεῖν μὲν ἐν τῇ μάχῃ Ῥωμαίων πεντακισμύριοι, ζῶντες δ' ἁλῶναι τετρακισχίλιοι· καὶ μετὰ τὴν μάχην οἱ ληφθέντες ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς στρατοπέδοις, μυρίων οὐκ ἐλάττους.

Τὸν δ' Ἀννίβαν ἐπὶ τηλικούτῳ κατορθώματι τῶν φίλων παρορμώντων ἅμ' ἕπεσθαι τῇ τύχῃ, καὶ συνεπεισπεσεῖν ἅμα τῇ φυγῇ τῶν πολεμίων εἰς τὴν πόλιν, πεμπταῖον γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐν Καπιτωλίῳ δειπνήσειν, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν ὅστις ἀπέτρεψε λογισμός· ἀλλὰ μᾶλλον δαίμονός ἢ θεοῦ τινος ἐμποδὼν στάντος ἔοικεν ἔργον, ἡ πρὸς τοῦτο μέλλησις αὐτοῦ καὶ δειλίασις γενέσθαι. διὸ καὶ Βάρκαν τὸν Καρχηδόνιον εἰπεῖν μετ' ὀργῆς πρὸς αὐτὸν λέγουσι, σὺ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. καίτοι τοσαύτην μεταβολὴν ἡ νίκη περὶ αὐτὸν ἐποίησεν, ὡς πρὸ τῆς μάχης, οὐ πόλιν, οὐκ ἐμπόριον, οὐ λιμένα τῆς Ἰταλίας ἔχοντα, χαλεπῶς δὲ καὶ μόλις τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ δι' ἁρπαγῆς κομιζόμενον, ὁρμώμενον ἀπ' οὐδενὸς βεβαίου πρὸς τὸν πόλεμον, ἀλλ' ὥσπερ ληστηρίῳ μεγάλῳ τῷ στρατοπέδῳ πλανώμενον καὶ περιφερόμενον, τότε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν ὑφ' αὐτῷ ποιήσασθαι τὴν Ἰταλίαν. τὰ γὰρ πλεῖστα καὶ μέγιστα τῶν ἐθνῶν αὐτῷ προσεχώρησεν ἑκούσια, καὶ Καπύην, ἣ μέγιστον ἔχει μετὰ Ῥώμην ἀξίωμα τῶν πόλεων, προσθεμένην κατέσχεν. οὐ μόνον δ' ἦν ἄρα τὸ φίλων πεῖραν λαβεῖν, ὡς Εὐριπίδης φησίν, οὐ σμικρὸν κακόν, ἀλλὰ καὶ τὸ φρονίμων στρατηγῶν. ἡ γὰρ πρὸ τῆς μάχης Φαβίου δειλία καὶ ψυχρότης λεγομένη, μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς οὐδ' ἀνθρώπινος ἐδόκει λογισμός, ἀλλὰ θεῖόν τι χρῆμα διανοίας καὶ δαιμόνιον, ἐκ τοσούτου τὰ μέλλοντα προορωμένης, ἃ μόλις

vexiſſet, oppreſſus eſt. Dicuntur in hac pugna Romanorum quinquaginta millia cæſa, quatuor millia capta, & poſt pugnam in utriſque caſtris non minus decem millia.

Annibalem a tanta victoria quum amici, ut inſiſteret fortunæ, unoque agmine cum fugientibus hoſtibus irrumperet in urbem, incitarent: (die quinto enim victorem in Capitolio epulaturum) haud facile quæ averterit ineas rationem; quin potius fortuna vel Deus quiſpiam, qui illi obſtaret, eam ei injeciſſe cunctationem & dubitationem videatur. Quare Barcam Pœnum ferunt indignatum ei dixiſſe, Vincere ſcis Annibal, victoria uti neſcis. Atqui tantam ea victoria converſionem fecit Annibalis rerum, ut qui ante hoc prœlium non urbem, non forum, non portum haberet in Italia, ſed difficulter & ægre neceſſaria ſuppeditaret ſuis rapiendo, nullo firmo ad bellum gerendum parato ſubſidio, ſed palans caſtra in modum ingentis latronum catervæ huc illuc circumferret, totam tunc pene Italiam ditionis fecerit ſuæ. Quippe ad eum cum plurimæ & maximæ gentes ultro defecerunt, tum cujus plurimum ſecundum Romam pollebant opes, Capuam ſuarum fecit partium. Nempe eſt non ſolum, quum amicorum faciendum eſt periculum, (ut ait Euripides) non leve malum, ſed etiam quum prudentium imperatorum. Siquidem quæ vocabatur ante hanc pugnam timiditas Fabii & ſegnities, mox poſt conflictum humana major ſapientia habita eſt, & divini præſtantiſque miraculum conſilii tanto ante proſpicientis inſequentia, quæ animo

λις ἦν πιςὰ τοῖς πάχυσιν. ὅθεν εὐθὺς εἰς ἐκεῖνον ἡ Ῥώμη συνενεχθεῖσα τὰς λοιπὰς ἐλπίδας, καὶ προσφυγοῦσα τῇ γνώμῃ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἱερῷ καὶ βωμῷ, πρώτην καὶ μεγίστην αἰτίαν ἔσχε τοῦ μεῖναι καὶ μὴ διαλυθῆναι τὴν ἐκείνου φρόνησιν, καθάπερ ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσιν. ὁ γὰρ ἐν οἷς οὐδὲν ἐδόκει δεινὸν εἶναι καιροῖς εὐλαβὴς φαινόμενος καὶ δυσέλπιςος, τότε πάντων καταβεβληκότων ἑαυτοὺς εἰς ἀπέραντα πένθη καὶ ταραχὰς ἀπράκτους, μόνος ἐφοίτα διὰ τῆς πόλεως πράῳ βαδίσματι καὶ προσώπῳ καθεςῶτι καὶ φιλανθρώπῳ προσαγορεύσει, κοπετούς τε γυναικείους ἀφαιρῶν, καὶ συςάσεις εἴργων τῶν εἰς τὸ δημόσιον ἐπὶ κοινοῖς ὀδυρμοῖς ἐκφερομένων. βουλὴν τε συνελθεῖν ἔπεισε καὶ παρεθάρσυνε τὰς ἀρχὰς, αὐτὸς ὢν καὶ ῥώμη καὶ δύναμις ἀρχῆς ἁπάσης πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλεπούσης.

Ταῖς μὲν οὖν πύλαις ἐπέστησε τοὺς τὸν ἐκπίπτοντα καὶ προλείποντα τὴν πόλιν ὄχλον ἀπείρξοντας· πένθους δὲ καὶ τόπον καὶ χρόνον ὥρισε, κατ᾽ οἰκίαν ἀποθρηνεῖν κελεύσας ἐφ᾽ ἡμέρας τριάκοντα τὸν βουλόμενον· μετὰ δὲ ταύτας ἔδει πᾶν πένθος λύεσθαι, καὶ καθαρεύειν τῶν τοιούτων τὴν πόλιν. ἑορτῆς τε Δήμητρος εἰς τὰς ἡμέρας ἐκείνας καθηκούσης, βέλτιον ἐφάνη παραλιπεῖν ὅλως τάς τε θυσίας καὶ τὴν πομπὴν, ἢ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ὀλιγότητι καὶ κατηφείᾳ τῶν συνερχομένων ἐλέγχεσθαι· καὶ γὰρ τὸ θεῖον ἥδεσθαι τιμώμενον ὑπὸ τῶν εὐτυχούντων. ὅσα μέντοι πρὸς ἱλασμοὺς θεῶν, ἢ τεράτων ἀποτροπὰς συνηγόρευον οἱ μάντεις, ἐπράττετο. καὶ γὰρ εἰς Δελφοὺς ἐπέμφθη θεοπρόπος Πίκτωρ συγγενὴς Φαβίου, καὶ τῶν Ἑστιάδων παρθένων δύο διεφθαρμένας

mo concipere vix valebant ii quibus evenerant. Itaque mox in illo civitas reliquam opem ponens, & ad ejus mentem tanquam ad sacrarium & aram confugiens, salutem suam, & quod non undequaque dissiparetur, sicut urbe a Gallis oppressa factum erat, unius acceptum ferebat consiliis Fabii. Ille enim qui, quum res apparerent securæ, timidus habebatur & pusillanimis, tunc omnibus immenso luctu inanique oppressis trepidatione solus per urbem placido incedebat gradu, vultuque intrepido & benigno alloquio planctus muliebres sedabat, cœtus arcebat eorum qui ad communem luctum in publicum prorumpebant. Autor etiam fuit senatui conveniendi; magistratus, quorum in uno eo positum erat robur & opes, quemque respiciebant omnes, confirmavit.

Ad portas posuit custodes, qui prohiberent profugientem multitudinem egredi urbe; luctus locum & spatium definivit, domi lugere triginta dies quemque jubens, iis terminari omnem luctum & defungi civitatem. Quum sacrum Cereris in eos dies incideret, placuit omnino intermitti sacra pompamque, ne cladis magnitudinem paucitas & mœror argueret celebrantium festum. Etenim fortuna utentium secunda gratiorem Diis cultum esse. Quæ ad eos placandos & ad procuranda prodigia jusserant aruspices, sedulo exequuti sunt. Et Fabius Pictor, Maximi propinquus, Delphos legatus est ad oraculum: duæ vestales stupri

τας εὑρόντες, τὴν μὲν, ὥσπερ ἐστὶν ἔθος, ζῶσαν κατώρυξαν, ἡ δ' ὑφ' ἑαυτῆς ἀπέθανε. μάλιστα δ' ἄν τις ἠγάσατο τὸ φρόνημα καὶ τὴν πρᾳότητα τῆς πόλεως, ὅτε τοῦ ὑπάτου Βάρρωνος ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐπανιόντος, ὡς ἄν τις αἴσχιστα καὶ δυσποτμότατα πεπραγὼς ἐπανίοι, ταπεινοῦ καὶ κατηφοῦς, ἀπήντησεν αὐτῷ περὶ τὰς πύλας ἥτε βουλὴ καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἀσπαζόμενοι. οἱ δ' ἐν τέλει καὶ πρῶτοι τῆς γερουσίας, ὧν καὶ Φάβιος ἦν, ἡσυχίας γενομένης, ἐπήνεσαν ὅτι τὴν πόλιν οὐκ ἀπέγνω μετὰ δυστυχίαν τηλικαύτην, ἀλλὰ πάρεστιν ἄρξων ἐπὶ τὰ πράγματα, καὶ χρησόμενος τοῖς νόμοις καὶ τοῖς πολίταις, ὡς σώζεσθαι δυναμένοις.

Ἐπεὶ δὲ Ἀννίβαν ἐπύθοντο μετὰ τὴν μάχην ἀποτετράφθαι πρὸς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν, ἀναθαρρήσαντες ἐξέπεμπον ἡγεμόνας καὶ στρατεύματα. τούτων δ' ἐπιφανέστατοι, Φάβιός τε Μάξιμος, καὶ Κλαύδιος Μάρκελλος ἦσαν, ἀπὸ τῆς ἐναντίας σχεδὸν προαιρέσεως θαυμαζόμενοι παραπλησίως. ὁ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ γεγραμμένοις εἴρηται, περιλαμπὲς τὸ δραστήριον ἔχων καὶ γαῦρον, ἅτε δὴ καὶ κατὰ χεῖρα πλήκτης ἀνὴρ καὶ φύσει τοιοῦτος ὤν, οἵους Ὅμηρος μάλιστα καλεῖ φιλοπτολέμους καὶ ἀγερώχους, ἐν τῷ παραβόλῳ καὶ ἰταμῷ καὶ πρὸς ἄνδρα τολμηρὸν τὸν Ἀννίβαν ἀντιτολμῶντι τῷ τρόπῳ τοῦ πολέμου συνίστατο τοὺς πρώτους ἀγῶνας· Φάβιος δὲ, τῶν πρώτων ἐχόμενος λογισμῶν ἐκείνων, ἤλπιζε μηδενὸς μαχομένου, μηδ' ἐρεθίζοντος τὸν Ἀννίβαν, αὐτὸν ἐπηρεάσειν ἑαυτῷ, καὶ κατατριβήσεσθαι περὶ τὸν πόλεμον, ὥσπερ ἀθλητικοῦ σώματος, τῆς δυνάμεως ὑπερτόνου γενομένης καὶ καταπό-

pri compertæ, altera ſub terram viva de more defoſſa, altera ſibimet ipſa mortem conſcivit. Liceat autem ante omnia admirari civitatis magnanimitatem & lenitatem, quod conſuli Varroni ex fuga redeunti, ut qui fœdiſſime & infœliciſſime rebus geſtis revertebatur, humili & abjecto obviam itum ad portam honoris cauſa a ſenatu & univerſo populo ſit. Magiſtratus & principes ſenatus, in quibus erat Fabius, ſilentio facto laudarunt eum quod de repub. a clade tanta non deſperaviſſet, ſed adeſſet ad curam ejus ſuſcipiendam, & ad utendum legibus civibuſque, ut nondum deploratis.

Annibalem ut nuntiatum eſt ad alias Italiæ partes a pugna divertiſſe, reſumptis animis duces cum legionibus dimittunt. Clariſſimi horum Fabius Maximus & Claudius Marcellus ex contrariis propemodum inſtitutis in pari erant laude. In hoc enim (ut in vita ejus demonſtravimus) ſtrenuitas eminebat & alacritas, quum & manu fortis, & ingenio eſſet talis, quales Homerus præcipue φιλοπτολέμους & ἀγερώχους id eſt bellaces & feroces vocat. Itaque intrepide & ferociter, & adverſus hominem projecta audacia Annibalem, parem ad bellum adferens audaciam prima certamina aggreſſus eſt. Fabius priſtinis ſuis inſiſtens conſiliis, ſpem conceperat, ſi nemo illi inſtaret vel irritaret, fore ut ſemet ipſe attereret & elangueſceret bello, ſicut athleticum corpus, ubi vires nimium confectæ ſunt & fa-

πόνου, ταχύτατα τὴν ἀκμὴν ἀποβάλλοντα. διὸ τοῦτον μὲν ὁ Ποσειδώνιός φησι θυρεὸν, τὸν δὲ Μάρκελλον, ξίφος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖσθαι· κιρναμένην δὲ τὴν Φαβίου βεβαιότητα καὶ ἀσφάλειαν τῇ Μαρκέλλου συνηθείᾳ σωτήριον γενέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. ὁ δ' Ἀννίβας τῷ μὲν ὡς ῥέοντι σφόδρα ποταμῷ πολλάκις ἀπαντῶν, ἀπεσείετο, καὶ παρερρηγνύετο τὴν δύναμιν· ὑφ' οὗ δὲ καὶ κατὰ μικρὸν ὑπορρέοντος ἀψοφητὶ καὶ παρεμπίπτοντος ἐνδελεχῶς, ὑπερειπόμενος καὶ δαπανώμενος ἐλάνθανε. καὶ τελευτῶν εἰς ἀπορίαν κατέστη τοσαύτην, ὥστε Μαρκέλλῳ μὲν ἀποκαμεῖν μαχόμενον, Φάβιον δὲ φοβεῖσθαι μὴ μαχόμενον. τὸ γὰρ πλεῖστον, ὡς εἰπεῖν, τοῦ χρόνου τούτοις διεπολέμησεν ἢ στρατηγοῖς, ἢ ἀνθυπάτοις, ἢ ὑπάτοις ἀποδεικνυμένοις. ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν πεντάκις ὑπάτευσεν. ἀλλὰ Μάρκελλον μὲν, ὑπατεύοντα τὸ πέμπτον, ἐνέδρᾳ περιβαλὼν, ἔκτεινε· Φαβίῳ δὲ πᾶσαν ἀπάτην καὶ διάπειραν ἐπάγων πολλάκις, οὐδὲν ἐπέραινε, πλὴν ἅπαξ ὀλίγον παρακρουσάμενος, ἔσφηλε τὸν ἄνδρα. συνθεὶς γὰρ ἐπιστολὰς παρὰ τῶν ἐν Μεταποντίῳ δυνατῶν καὶ πρώτων, ἔπεμψε πρὸς τὸν Φάβιον, ὡς τῆς πόλεως ἐνδοθησομένης, εἰ παραγένοιτο, καὶ τῶν τοῦτο πραττόντων ἐκεῖνον ἐλθεῖν καὶ φανῆναι πλησίον ἀναμενόντων. ταῦτ' ἐκίνησε τὸν Φάβιον τὰ γράμματα, καὶ λαβὼν μέρος τι τῆς στρατιᾶς, ἔμελλεν ὁρμήσειν διὰ νυκτός. εἶτα χρησάμενος ὄρνισιν οὐκ αἰσίοις, ἀπετράπη, καὶ μετὰ μικρὸν ἐπεγνώσθη τὰ γράμματα πρὸς αὐτὸν ὑπ' Ἀννίβου δόλῳ συντεθέντα, κἀκεῖνος ἐνεδρεύων αὐτὸν ὑπὸ τὴν πόλιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄν τις εὐνοίᾳ Θεῶν ἀναθείη.

Τὰς

fatiſcunt, ocyſſime amiſſurus vigorem. Quamobrem refert Poſidonius, ſcutum hunc a Romanis, Marcellum enſem vocatum, temperatamque cum Marcelli moribus ſtabilitatem & maturitatem Fabii, fuiſſe populo Romano ſalutarem. Itaque huic ſe Annibal, ſicut rapido amni, ſæpe objiciens propellebatur, atterebatque copias ſuas; ab altero vel languide & paulatim ſubterfluente & interlabente aſſidue imprudens abluebatur, carpebaturque. Hinc in eam adductus perplexitatem eſt, ut Marcellus eum pugnando fatigaret, Fabius vero non pugnando terreret. Atque cum his duobus fere, vel prætoribus, vel conſulibus, vel proconſulibus bellum geſſit: fuit enim uterque horum quinquies conſul. Verum Marcellum in quinto conſulatu circumventum inſidiis occidit: Fabio luſit operam ſæpius omnes dolos & technas machinatus, ſemel duntaxat eum in levem induxit errorem. Miſit ad Fabium cum literis fictis nobilium & principum Metapontinorum, ſi acceſſiſſet, urbem prodituros, eoſque qui hoc conſilii cepiſſent, dum ille moviſſet propius, expectaturos. His motus literis cum parte copiarum conſtituit Fabius nocte illuc proficiſci: verum auſpicanti quum aves non addixiſſent, mutavit ſententiam; nec multo poſt intellexit ſcriptas ad ſe fraude Annibalis literas, locataſque ab eo prope illam urbem inſidias. Verum hæc Deorum benignitati adſcribas fortaſſe.

Τὰς δ' ἀποστάσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰ κινήματα τῶν συμμάχων ὁ Φάβιος μᾶλλον ᾤετο δεῖν ἠπίως ὁμιλοῦντα καὶ πρᾴως, ἀνείργειν καὶ δυσωπεῖν, μὴ πᾶσαν ὑπόνοιαν ἐλέγχοντα, καὶ χαλεπὸν ὄντα παντάπασι τοῖς ὑπόπτοις. λέγεται γὰρ ὅτι στρατιώτην ἄνδρα Μάρσον, ἀνδρείᾳ καὶ γένει τῶν συμμάχων πρῶτον, αἰσθόμενος διειλεγμένον τισὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ περὶ ἀποστάσεως, οὐ διηρέθισεν, ἀλλ' ὁμολογήσας ἠμελῆσθαι παρ' ἀξίαν αὐτὸν, νῦν μὲν ἔφη τοὺς ἡγεμόνας αἰτιᾶσθαι, πρὸς χάριν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀρετὴν τὰς τιμὰς νέμοντας· ὕστερον δ' ἐκεῖνον αἰτιάσεσθαι μὴ φράζοντα μηδ' ἐντυγχάνοντα πρὸς αὐτὸν, εἴ του δέοιτο. καὶ ταῦτ' εἰπὼν, ἵππον τε πολεμιστὴν ἐδωρήσατο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀριστείοις ἐκόσμησεν, ὥστε πιστότατον ἐξ ἐκείνου καὶ προθυμότατον εἶναι τὸν ἄνδρα. δεινὸν γὰρ ἡγεῖτο τοὺς μὲν ἱππικοὺς καὶ κυνηγετικοὺς, ἐπιμελείᾳ καὶ συνηθείᾳ καὶ τροφῇ, μᾶλλον ἢ μάστιξι καὶ κλοιοῖς τὴν χαλεπότητα τῶν ζώων καὶ τὸ θυμούμενον καὶ τὸ δυσκολαῖνον ἐξαιρεῖν· τὸν δ' ἀνθρώπων ἄρχοντα μὴ τὸ πλεῖστον ἐν χάριτι καὶ πρᾳότητι τῆς ἐπανορθώσεως τίθεσθαι, σκληρότερον δὲ προσφέρεσθαι καὶ βιαιότερον ἤπερ οἱ γεωργοῦντες ἐρινεοῖς καὶ ἀχράσι καὶ κοτίνοις προσφέρονται, τὰ μὲν εἰς ἐλαίας, τὰ δ' εἰς ἀπίους, τὰ δ' εἰς συκᾶς ἐξημεροῦντες καὶ τιθασσεύοντες. ἕτερον τοίνυν τῷ γένει Λουκανὸν ἄνδρα προσήγγειλαν οἱ λοχαγοὶ ῥεμβόμενον ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, καὶ τὴν τάξιν ἐκλείποντα πολλάκις. ὁ δ' ἠρώτησε τἄλλα ποῖόν τινα τὸν ἄνθρωπον εἰδεῖεν ὄντα. μαρτυρούντων δὲ πάντων ὅτι ῥᾳδίως ἕτερος οὐκ εἴη στρατιώτης τοιοῦτος, ἅμα τ' αὐτοῦ τινὰς ἀνδραγαθίας ἐπιφανεῖς καὶ πράξεις λεγόν-

Defectiones civitatum, novasque res socios molientes, blande agendo censebat & comitate prohibendos atque flectendos, non quavis excutienda suspicione, neque sævitia adversus suspectos exercenda. Dicitur Fabius, quum militem quendam Marsum animadvertisset, acrem virum & nobilem inter primos sociorum, milites nonnullos ad transeundum solicitasse, non exacerbavisse eum, sed neglectum immerito fassus, nunc quidem, dixisse, duces incuso, qui magis pro suo studio honores habent quam pro virtutis merito. Posthac si qua tibi re erit opus, nisi me alloquaris & appelles, te insimulabo. Sub his dictis, equum eximium donat & aliis eum decorat præmiis. Hinc fidelissimum eum & promptissimum habuit. Turpe enim ducebat, si quum equitandi & venandi studiosi, cura & assuetudine & educatione malint quam flagellis & catenis sævitiam bestiarum ferociamque & contumaciam domare; hominibus qui præsit, is non studeat benevolentia & lenitate potissimum eos corrigere, sed asperius tractet & durius quam caprificos, piros sylvestres, oleastros agricolæ, quos in ficus, piros, oleas cicurant mansuefaciuntque. Alium, natione Lucanum manipulares detulerunt, extra castra vagari & signa sæpe relinquere. Fabius, qualisnam alias esset rogavit. Quum omnes confirmarent nemini militum secundum esse, simulque eximia quædam ejus decora atque facta commemorarent: cau-

γόνων, αἰτίαν τ̃ ἀταξίας ζητῶν, εὗρεν ἔρωτι παιδίσκης κατεχόμενον τὸν ἄνδρα, καὶ κινδυνεύοντα μακρὰς ὁδοὺς ἑκάστοτε φοιτῶντα πρὸς ἐκείνην ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου. πέμψας οὖν τινὰς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, καὶ συλλαβὼν τὸ γύναιον, ἔκρυψεν ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ καλέσας τὸν Λευκανὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν, Οὐ λέληθας, ἔφη, παρὰ τὰ τῶν Ῥωμαίων πάτρια καὶ τοὺς νόμους ἀπονυκτερεύων τοῦ στρατοπέδου πολλάκις, ἀλλ' οὐδὲ χρηστὸς ὢν πρότερον ἐλελήθεις. τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα σοὶ λελύσθω τοῖς ἠνδραγαθημένοις, τὸ δὲ λοιπὸν, ἐφ' ἑτέρῳ ποιήσομαι τὴν φρουράν. θαυμάζοντος δὲ τοῦ στρατιώτου, προαγαγὼν τὴν ἄνθρωπον ἐνεχείρισεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν, Αὕτη μὲν ἐγγυᾶταί σε μένειν ἐν τῷ στρατοπέδῳ μεθ' ἡμῶν· σὺ δ' ἔργῳ δείξεις, εἰ μὴ δι' ἄλλην τινὰ μοχθηρίαν ἀπέλιπες, ὁ δ' ἔρως καὶ αὕτη, πρόφασις ἦν λεγομένη. ταῦτα μὲν περὶ τούτων ἱστοροῦσι.

Τὴν δὲ Ταραντίνων πόλιν ἔσχεν ἁλοῦσαν ἐκ προδοσίας τὸν τρόπον τοῦτον. ἐστρατεύετο παρ' αὐτῷ νεανίας Ταραντῖνος ἔχων ἀδελφὴν ἐν Τάραντι, πιστῶς πάνυ καὶ φιλοστόργως διακειμένην πρὸς αὐτόν. ἤρα δὲ ταύτης ἀνὴρ Βρέττιος τῶν τεταγμένων ὑπ' Ἀννίβου τὴν πόλιν φρουρεῖν ἐφ' ἡγεμονίας. τοῦτο πράξεως ἐλπίδα τῷ Ταραντίνῳ παρέσχε, καὶ τοῦ Φαβίου συνειδότος εἰς τὴν πόλιν ἀφείθη, λόγῳ δ' ἀποδεδρακέναι πρὸς τὴν ἀδελφήν. αἱ μὲν οὖν πρῶται τῶν ἡμερῶν ἦσαν, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Βρέττιος ἀνεπαύετο, λανθάνειν τὸν ἀδελφὸν οἰομένης ἐκείνης. ἔπειτα λέγει πρὸς αὐτὴν ὁ νεανίας, καὶ μὴν ἐκεῖ λόγος ἐφοίτα πολὺς ἀνδρί σε τῶν δυνατῶν καὶ μεγάλων συνεῖναι. τίς οὗτός ἐστιν; εἰ γὰρ εὐδόκιμός τις, ὥς φασιν, ἀρετῇ καὶ λαμπρὸς, ἐλάχιστα φρον-

causam ubi ejus absentiæ perquisivit, amore mulierculæ invenit captum, & illius fruendæ gratia longum quotidie iter & periculorum plenum a castris commeare. Mittit igitur certos clam milite, a quibus attractam puellam in tentorio suo occuluit. Lucano inde remotis arbitris accersito, Non me fefellit, inquit, contra disciplinam militarem te & contra leges Romanas crebro extra castra pernoctasse, nec vero etiam virtutes ignoravi tuas. Factis itaque tuis strenuis quam commisisti condonabo fraudem: posthac alteri mandabo tui custodiam. Stupente milite producit mulierem, atque ei tradit, additque, Hæc spondet te in castris nobiscum mansurum, tu vero re ostendes, num quod aliud ob facinus castra deserueris, cujus causæ amorem & hanc prætexueris. Ad hunc modum proditum de his memoriæ est.

Tarento hac ratione potitus est, quæ capta urbs proditione fuit. In exercitu ejus adolescens merebat Tarentinus, in quem sororis, quæ commorabatur Tarenti, summa fides & pietas extabat. Ejus amore Brutius quidam, præsidii quod Tarento Annibal imposuerat, præfectus deperibat, unde spem concepit Tarentinus rei conficiendæ. Itaque re cum Fabio communicata, in urbem ad sororem contulit se sub prætextu transfugæ. Primum Brutius, quod ignorare de se fratrem illa existimaret, continuit se a muliere. Post injicit apud eam juvenis sermonem, Enimvero ferebatur, inquit, vulgo consuetudine te frui potentis viri & magni: quisnam ille est? Si enim præstans virtute (ut fertur) & insignis vir est, nihil moratur,

φροντίζει γένους ὁ πάντα συμμιγνὺς πόλεμος. αἰσχρὸν δὲ μετ' ἀνάγκης οὐδέν, ἀλλ' εὐτυχία τις ἐν καιρῷ τὸ δίκαιον ἀσθενὲς ἔχοντι, πρᾳοτάτῳ χρήσασθαι τῷ βιαζομένῳ. ἐκ τούτου μεταπέμπεται μὲν ἡ γυνὴ τὸν Βρέττιον, καὶ γνωρίζει τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ. ταχὺ δὲ συμπράττων τὴν ἐπιθυμίαν ἐκεῖνος, καὶ μᾶλλον ἢ πρότερον εὔνουν καὶ χειροήθη τῷ βαρβάρῳ δοκῶν παρέχειν τὴν ἀδελφήν, ἔσχε πιστῶς, ὥστε μὴ χαλεπῶς ἐρῶντος ἀνθρώπου μισθοφόρου μεταστῆσαι διάνοιαν ἐπ' ἐλπίσι δωρεῶν μεγάλων, ἃς ἐπηγγέλλετο παρέξειν αὐτῷ τὸν Φάβιον. ταῦτα μὲν οὖν οἱ πλεῖστοι γράφουσι περὶ τούτων, ἔνιοι δὲ τὴν ἄνθρωπον ὑφ' ἧς ὁ Βρέττιος μετήχθη, φασὶν οὐ Ταραντίνην, ἀλλὰ Βρεττίαν τὸ γένος οὖσαν, τῷ δὲ Φαβίῳ παλλακευομένην, ὡς ᾔσθετο πολῖτιν καὶ γνώριμον ὄντα τὸν τῶν Βρεττίων ἄρχοντα τότε, Φαβίῳ φράσαι, καὶ συνελθοῦσαν εἰς λόγους ὑπὸ τὸ τεῖχος, ἐκπεῖσαι καὶ κατεργάσασθαι τὸν ἄνθρωπον.

Πραττομένων δὲ τούτων, ὁ Φάβιος περισπάσαι τὸν Ἀννίβαν τεχνάζων, ἐπέστειλε τοῖς ἐν Ῥηγίῳ στρατιώταις τὴν Βρεττίαν καταδραμεῖν, καὶ Καυλωνίαν ἐξελεῖν κατὰ κράτος στρατοπεδευσάντας ὀκτακισχιλίους ὄντας, αὐτομόλους δὲ τοὺς πολλούς, καὶ τῶν ἐκ Σικελίας ὑπὸ Μαρκέλλου κεκοσμημένων ἀτίμων τοὺς ἀχρηστοτάτους, καὶ μετ' ἐλαχίστης τῇ πόλει λύπης καὶ βλάβης ἀπολλυμένους. ἤλπιζε γάρ, τούτους προέμενος τῷ Ἀννίβᾳ καὶ δελεάσας, ἀπάξειν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Τάραντος. ὃ καὶ συνέβαινεν. εὐθὺς γὰρ ἐκεῖ διώκων ὁ Ἀννίβας ἐρρύη μετὰ τῆς δυνάμεως. ἡμέρᾳ δ' ἕκτῃ τοὺς Ταραντίνους τοῦ Φαβίου περι-

στρα-

ratur, qui universa miscuit, Mars cujas sit. Nihil in necessitate probrosum: immo fœlicitas est quædam, si quo tempore parum in jure præsidii est, ex ipsa vi trahere queas lenitatem. Inde Brutium accersit mulier, eique fratrem conciliat. Mox adjutor hic in amore, quum magis quam ante facilem illi & tractabilem videretur præstare sororem, ita eum devinxit sibi, ut non difficulter mercenarii viri mulierculam amantis animum magnorum spe præmiorum, quæ Fabium ostendit donaturum, perpelleret ad proditionem. Ita fere tradunt hæc historici. Alii, mulierem, a qua fuit ad proditionem tractus Brutius, non Tarento, sed ex Brutiis tradunt oriundam. Eam, quum Fabii concubina esset, ubi popularem esse & familiarem rescivit Brutiorum præfectum, re ad Fabium relata, congressam submœnibus induxisse hominem & corrupisse.

Dum hæc parantur, Annibalem distinere Fabius moliens, mandat per litteras militibus, qui Rhegii in præsidio erant, ut Brutiorum agrum depopularentur, & Cauloniam obsiderent summaque vi oppugnarent. Erant octo millia hominum, perfugæ magna ex parte, & eorum qui deportati ex Sicilia, a Marcello fuerant ignominiosa militia notati, ignavissimi, quorum jactura minime luctuosa vel damnosa reipub. foret. Existimavit enim hanc objectam sicut escam, a Tarento Annibalem (id quod evenit) abstracturam. Quippe statim captans eam Annibal, movit eo cum copiis. Sexto autem die quam obsidere Tarentum Fabius cæpit, juve-

στρατοπεδεύσαντος, ὁ προδιειλεγμένος τῷ Βρεττίῳ μετὰ τῆς ἀδελφῆς νεανίσκος ἧκε νύκτωρ πρὸς αὐτὸν, εἰδὼς ἀκριβῶς καὶ καθεωρακὼς τὸν τόπον ἐφ᾽ οὗ παραφυλάττων ὁ Βρέττιος ἔμελλεν ἐνδώσειν καὶ παρήσειν τοῖς προσβάλλουσιν. οὐ μὴν ἁπλῶς γε τῆς προδοσίας ἐξήρτησεν ὁ Φάβιος τὴν πρᾶξιν, ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν ἐκεῖσε παρελθὼν ἡσυχίαν ἦγεν, ἡ δ᾽ ἄλλη στρατιὰ προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ἅμα ποιοῦσα πολλὴν κραυγὴν καὶ θόρυβον· ἄχρις οὗ τῶν πλείστων Ταραντίνων ἐκεῖ βοηθούντων καὶ συμφερομένων τοῖς τειχομαχοῦσιν, ἐσήμηνε τῷ Φαβίῳ τὸν καιρὸν ὁ Βρέττιος, καὶ διὰ κλιμάκων ἀναβὰς ἐκράτησε τῆς πόλεως. ἐνταῦθα μέντοι δοκεῖ φιλοτιμίας ἥττων γενέσθαι· τοὺς γὰρ Βρεττίους πρώτους ἀποσφάττειν ἐκέλευσεν, ὡς μὴ προδοσίᾳ τὴν πόλιν ἔχων φανερὸς γένοιτο. καὶ ταύτης τε διήμαρτε τῆς δόξης, καὶ διαβολὴν ἀπιστίας προσέλαβε καὶ ὠμότητος. ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ τῶν Ταραντίνων· οἱ δὲ πραθέντες, ἐγένοντο τρισμύριοι, καὶ τὴν πόλιν ἡ στρατιὰ διήρπασεν· ἀνηνέχθη δ᾽ εἰς τὸ δημόσιον τρισχίλια τάλαντα. πάντων δὲ τῶν ἄλλων ἀγομένων καὶ φερομένων, λέγεται τὸν γραμματέα πυθέσθαι τοῦ Φαβίου περὶ τῶν Θεῶν τι κελεύει, τὰς γραφὰς οὕτω προσαγορεύσαντα καὶ τοὺς ἀνδριάντας· τὸν οὖν Φάβιον εἰπεῖν, ἀπολείπωμεν τοὺς Θεοὺς Ταραντίνοις κεχολωμένους. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν κολοσσὸν τοῦ Ἡρακλέους μετακομίσας ἐκ Τάραντος, ἔστησεν ἐν Καπιτωλίῳ, καὶ πλησίον ἔφιππον εἰκόνα χαλκῆν ἑαυτοῦ· πολὺ Μαρκέλλου φανεὶς ἀτοπώτερος περὶ ταῦτα, μᾶλλον δ᾽ ὅλως ἐκεῖνον ἄνδρα πρᾳότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ θαυμαστὸν ἀποδείξας, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται.

Αν-

juvenis qui ante cum Brutio rem, adhibita sorore, composuerat, venit ad eum noctu, diligenter considerato & explorato loco, ubi in statione Brutius positus locum daturus aggredientibus, ac recepturus eos erat. Non in totum tamen fretus consul proditione hac est rem aggressus, sed ipse eo profectus silentio continuit suos. Reliquæ copiæ pariter terra marique adortæ mœnia sunt, simul clamor ingens cum tumultu sublatus; quoad plerisque Tarentinis ad subsidium ferendum eo concurrentibus, manusque cum iis, qui urbem oppugnabant, conserentibus, quum signum accepisset a Brutio aggrediendi, Fabius cepit scalis urbem. Cæterum non videtur hic crimine vacasse ambitionis: nam ad famam extinguendam, ne proditione captum Tarentum videretur, ante omnes Brutios trucidari imperavit. Cæterum eum cum hæc frustrata est gloria, tum perfidiæ nota & crudelitatis insuper aspersus est. Multi præterea cæsi sunt Tarentini, sub hasta vendita triginta millia. Urbem exercitus diripuit: in ærarium relata talenta tria millia. Quum agerentur omnia ferrenturque, traditur interroganti scribæ, quid fieri de Diis vellet, tabulas & signa significanti, respondisse Fabius, Deos iratos Tarentinis relinquamus. Herculis tamen signum ingentis magnitudinis Tarento avectum posuit in Capitolio, juxtaque statuam equestrem suam ex ære. Atque in his quidem longe videtur rudiori ingenio fuisse quam Marcellus, immo vero effecit ut illius viri facilitas & humanitas mirabilior videretur, ut in ejus vita ostendimus.

a

Anni-

Ἀννίβαν δὲ λέγεται διώκοντα τεσσαράκοντα μόνοις ἀπολειφθῆναι σταδίοις, καὶ φανερῶς μὲν εἰπεῖν, Ἦν ἄρα καὶ Ῥωμαίοις Ἀννίβας τις ἕτερος· ἀπεβάλομεν γὰρ τὴν Ταραντίνων πόλιν ὥσπερ ἐλάβομεν· ἰδίᾳ δὲ τὸ πρῶτον αὐτῷ παραστῆναι πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν, ὡς πάλαι μὲν ἑώρα χαλεπὸν αὐτοῖς, νῦν δ᾽ ἀδύνατον, κρατεῖν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων Ἰταλίας. τοῦτον δεύτερον θρίαμβον ἐθριάμβευσε λαμπρότερον τοῦ προτέρου Φάβιος, ὥσπερ ἀθλητὴς ἀγαθὸς ἐπαγωνιζόμενος τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ ῥᾳδίως ἀπολυόμενος αὐτοῦ τὰς πράξεις, ὥσπερ ἅμματα καὶ λαβὰς οὐκέτι τὸν αὐτὸν ἐχούσας τόνον. ἡ μὲν γὰρ ἀνεῖτο τῆς δυνάμεως αὐτῷ διὰ τρυφὴν καὶ πλοῦτον, ἡ δ᾽ ὥσπερ ἐξημβλύνετο καὶ κατατέτριπτο τοῖς ἀλωφήτοις ἀγῶσιν. ἦν δὲ Μάρκος Λίβιος, οὗ τὸν Τάραντα φρουροῦντος ὁ Ἀννίβας ἀπέστησεν, ὅμως δὲ τὴν ἄκραν κατέχων, οὐκ ἐξεκρούσθη, καὶ διεφύλαξεν ἄχρι τοῦ πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίοις γενέσθαι τοὺς Ταραντίνους. τοῦτον ἠνία Φάβιος τιμώμενος, καί ποτε πρὸς τὴν σύγκλητον, ὑπὸ φθόνου καὶ φιλοτιμίας ἐξενεχθεὶς εἶπεν, ὡς οὐ Φάβιος, ἀλλ᾽ αὐτὸς αἴτιος γένοιτο τοῦ τὴν Ταραντίνων ἁλῶναι· γελάσας οὖν ὁ Φάβιος, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν· εἰ μὴ γὰρ σὺ τὴν πόλιν ἀπέβαλες, οὐκ ἂν ἐγὼ παρέλαβον.

Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τά τ᾽ ἄλλα τῷ Φαβίῳ προσεφέροντο λαμπρῶς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Φάβιον ἀνέδειξαν ὕπατον. παραλαβόντος δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ καὶ διοικοῦντός τι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον, ὁ πατὴρ εἴτε διὰ γῆρας καὶ ἀσθένειαν, εἴτε διαπειρώμενος τοῦ παιδὸς, ἀναβὰς ἐφ᾽ ἵππον, προσήει διὰ τῶν ἐντυγχανόντων, καὶ περιεστώτων. ὁ δὲ νεανίας κατιδὼν πόῤῥωθεν, οὐκ ἠνέσχετο, πέμ-

Annibalem ferunt raptim agmine facto quadraginta tantum stadiis tum a Tarento abfuisse, ac propalam dixisse, Et Romani suum Annibalem habent: eadem qua ceperamus arte, Tarentum amisimus. Confiteri vero privatim apud amicos tum primum sustinuit, jampridem grave ipsis fore se animadvertisse, nunc vero impossibile, ut præsentibus subsidiis domarent Italiam. Fabius iterum triumphavit, sed majore quam ante gloria: quod cum Annibale ut strenuus athleta decertaret, ejusque conatus tanquam nodos ansasque minus jam firmas facile resolveret. Partim enim remissus vigor exercitus ejus luxu & opulentia fuerat, partim assiduis prœliis quasi retusus attritusque. M. Livius, quo præfecto Tarentum Annibali proditum fuerat, quum in arcem recepisset se, non fuit inde depulsus, sed, dum Romani recepissent, tutatus est eam. Hic anxius honoribus Fabii in senatu aliquando præ invidia & ambitione erupit, ut jactaret non Fabii sed sua opera Tarentum receptum. Ridens hic Fabius, Recte, inquit, ais: nam nisi tu amisisses, ego non recepissem.

Fabio populus Romanus cum alios habuit eximios honores, tum filium ejus consulem designavit. Quum iniisset ille magistratum, & in negotio quopiam ad bellum pertinente esset intentus, pater vel præ senio & imbecillitate, vel tentandi gratia filii, equo per appellantes & circumstantes consulem advehebatur. Quod juvenis ut vidit, non tulit, sed

πέμψας δ' ὑπηρέτην, ἐκέλευσε καταβῆναι τὸν πατέρα, καὶ δι' αὐτοῦ προσελθεῖν, εἰ δή τι τυγχάνει τῆς ἀρχῆς δεόμενος. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἠνίασε τὸ ἐπίταγμα, καὶ σιωπῇ πρὸς τὸν Φάβιον ὡς ἀνάξια πάσχοντα τῆς δόξης ἀπέβλεψαν· αὐτὸς δ' ἐκεῖνος ἀποπηδήσας κατὰ τάχος, θᾶσσον ἢ βάδην πρὸς τὸν υἱὸν ἐπειχθεὶς καὶ περιβαλὼν καὶ ἀσπασάμενος, Εὖ γε, εἶπεν, ὦ παῖ φρονεῖς καὶ πράττεις, αἰσθόμενος τίνων ἄρχεις, καὶ πηλίκης μέγεθος ἀνείληφας ἀρχῆς. οὕτω καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ πρόγονοι τὴν Ῥώμην ηὐξήσαμεν, ἐν δευτέρῳ καὶ γονεῖς καὶ παῖδας ἀεὶ τῶν τῆς πατρίδος καλῶν τιθέμενοι. λέγεται δ' ὡς ἀληθῶς τοῦ Φαβίου τὸν πρόπαππον ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει μεγίστῃ Ῥωμαίων γενόμενον, πεντάκις μὲν ὑπατεῦσαι καὶ θριάμβους ἐκ πολέμων μεγίστων ἐπιφανεστάτους καταγαγεῖν· ὑπατεύοντι δ' υἱῷ πρεσβευτὴν συνελθεῖν ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἐν δὲ τῷ θριάμβῳ, τὸν μὲν εἰσελαύνειν ἐπὶ τεθρίππῳ, τὸν δ' ἵππον ἔχοντα μετὰ τῶν ἄλλων ἐπακολουθεῖν, ἀγαλλόμενον ὅτι τοῦ μὲν υἱοῦ κύριος, τῶν δὲ πολιτῶν μέγιστος καὶ ὤν, καὶ προσαγορευόμενος, ὕστερον αὑτὸν τοῦ νόμου καὶ τοῦ ἄρχοντος τίθησιν. ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνος οὐκ ἀπὸ τούτων μόνον θαυμαστὸς ἦν. τοῦ δὲ Φαβίου τὸν υἱὸν ἀποθανεῖν συνέβη, καὶ τὴν μὲν συμφορὰν, ὡς ἀνήρ τε φρόνιμος καὶ πατὴρ χρηστός, ἤνεγκε μετριώτατα· τὸ δ' ἐγκώμιον, ὃ ταῖς ἐκκομιδαῖς τῶν ἐπιφανῶν οἱ προσήκοντες ἐπιτελοῦσιν, αὐτὸς εἶπε καταστὰς ἐν ἀγορᾷ, καὶ γράψας τὸν λόγον, ἐξέδωκεν.

Ἐπεὶ δὲ Σκηπίων Κορνήλιος εἰς Ἰβηρίαν πεμφθεὶς, Καρχηδονίους μὲν ἐξήλασε μάχαις πολλαῖς κρατήσας, ἔθνη δὲ πάμπολλα καὶ πόλεις μεγάλας

καὶ

ſed miſſo lictore ut deſcenderet ex equo pater juſſit, &, ſi quid conſulem vellet, pedibus accederet. Et movit quidem alios imperium, tacitique oculos in Fabium tanquam præter dignitatem violata ejus majeſtate, conjecerunt. At ille confeſtim deſiliens, citato gradu properavit ad filium, complexuſque eum & data ſalute, Macte conſilio, inquit, & virtute fili es: ſentis quibus imperas, & quam ingentem ſuſcepiſti magiſtratum: his artibus nos quoque & majores rempub. auximus, dum parentibus liberiſque priorem reipub. dignitatem habemus. Et ſane tradunt Fabii proavum, qui ſine controverſia maxima gloria Romæ atque autoritate floruit, quinquies fuit conſul, clariſſimos triumphos ex graviſſimis bellis duxit, cum filio conſule in provinciam profectum legatum: in cujus triumpho quum curru ille quadrijugo inveheretur, equo ipſe incedens cum reliquis ſequutus eſt, glorians quod qui in poteſtate filium haberet, atque inter cives maximus & eſſet & diceretur, ſubjiceret legibus ſe & magiſtratui. Cæterum illius laudes non intra hæc tantum ſtetere. Quum autem Fabio contigit hunc filium amittere, dolorem, ut vir prudens & pius pater, tulit moderatiſſime. Orationem, quam habent in clarorum virorum funere propinqui, ipſe in foro egit, quam poſt edidit ſcriptis mandatam.

Poſtquam P. Cornelius Scipio proconſul in Hiſpaniam miſſus, Pœnos multis profligatos prœliis ex ea provincia expulit, compluribuſque

na-

καὶ πράγματα λαμπρὰ Ῥωμαίοις κτησάμενος, εὔνοιαν εἶχε καὶ δόξαν ἐπανελθών, ὅσην ἄλλος οὐδείς· ὕπατος δὲ κατασταθείς, καὶ τὸν δῆμον αἰσθόμενος μεγάλην ἀπαιτοῦντα καὶ προσδεχόμενον πρᾶξιν αὐτοῦ, τὸ μὲν αὐτόθι συμπλέκεσθαι πρὸς Ἀννίβαν, ἀρχαῖον ἡγεῖτο λίαν καὶ πρεσβυτικόν, αὐτὴν δὲ Καρχηδόνα καὶ Λιβύην εὐθὺς ἐμπλήσας ὅπλων καὶ στρατευμάτων, διενοεῖτο πορθεῖν, καὶ τὸν πόλεμον ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκεῖ μεθιστάναι, καὶ πρὸς τοῦτο παντὶ τῷ θυμῷ συνεξώρμα τὸν δῆμον. ἐνταῦθα δὴ Φάβιος ἐπὶ πᾶν δέος ἄγων τὴν πόλιν, ὡς ὑπ' ἀνδρὸς ἀνοήτου καὶ νέου φερομένην εἰς τὸν ἔσχατον καὶ μέγιστον κίνδυνον, οὔτε λόγου φειδόμενος οὔτ' ἔργου δοκοῦντος ἀποτρέψειν τοὺς πολίτας, τὴν μὲν βουλὴν ἔπειθε, τῷ δὲ δήμῳ διὰ φθόνον ἐδόκει τοῦ Σκηπίωνος εὐημεροῦντος ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ δεδιέναι μή τι μέγα καὶ λαμπρὸν ἐξεργασαμένου, καὶ τὸν πόλεμον ἢ παντάπασιν ἀνελόντος, ἢ τῆς Ἰταλίας ἐκβαλόντος, αὐτὸς ἀργὸς φανῇ καὶ μαλακὸς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ διαπεπολεμηκώς. ἔοικε δ' ὁρμῆσαι μὲν ἐξ ἀρχῆς ὁ Φάβιος πρὸς τὸ ἀντιλέγειν ὑπὸ πολλῆς ἀσφαλείας καὶ προνοίας, μέγαν ὄντα δεδιὼς τὸν κίνδυνον· ἐντεῖναι δέ πως μᾶλλον ἑαυτὸν καὶ πορρωτέρω προαχθῆναι, φιλοτιμίᾳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ κωλύων τοῦ Σκηπίωνος τὴν αὔξησιν, ὅς γε καὶ Κράσσον ἔπειθε τὸν συνυπατεύοντα τῷ Σκηπίωνι μὴ παρεῖναι τὴν στρατηγίαν, μηδ' ὑπείκειν, ἀλλ' αὐτόν, εἰ δόξειεν, ἐπὶ Καρχηδονίους περαιοῦσθαι καὶ χρήματα δοθῆναι πρὸς τὸν πόλεμον οὐκ εἴασε. χρήματα μὲν οὖν Σκηπίων ἑαυτῷ πο-

ρίζειν

nationibus & urbibus subactis ingentibus, ac præclaris facinoribus in reipub. commodum gestis, gratissimus civibus & summo cum honore reversus est, mox consul designatus quum populum intelligeret non vulgarem postulare a se & ipsis spondere consulatum; ut in Italia congrederetur cum Annibale, obsoletum id nimium & senile arbitratus esse, ipsam Carthaginem statuit & Africam statim implere armis legionibusque, atque eam oppugnare, & ex Italia omnem vim illuc convertere belli. Ad hanc rem omnibus nervis annisus est ut populum impelleret. Hic varium metum Fabius civitati proposuit, præcipitem clamitans ab amente juvene in extremum & summum periculum ferri: neque oratione pepercit vel facto quo deterrere se ab isto consilio cives putabat posse. Et senatum quidem in suam traduxit sententiam, populo invidia videbatur adductus, Scipionis fœlicitati obtrectare, vererique, siquid præclari gessisset ille, & bellum aut finivisset aut summovisset ex Italia, segnis ipse mollisque, bellum qui tam duxisset diu, videretur. Equidem a primo quidem Fabium putem ad impediendum Scipionem, studio securitatis & providentia adductum, quod discrimen tam grande horreret; ambitione vero quadam & æmulatione, ut crescentem Scipionem detraheret, incubuisse in id acrius atque ulterius progressum fuisse. Nam & collegæ Scipionis suasit Crasso, provinciam ne permitteret ei cederetve, & Carthaginem ipse, si ei videretur, exercitum transportaret. Obstitit etiam ne pecunia attribueretur in bellum Scipioni, qua re pecuniam sibi ipse parare habuit necesse.

εἴξειν ἀναγκαζόμενος, ἤγειρε παρὰ τῶν ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλεων, ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν οἰκείως διακειμένων καὶ χαριζομένων. Κράσσον δὲ τὰ μὲν ἡ φύσις, οὐκ ὄντα φιλόνεικον ἀλλὰ πρᾶον, οἴκοι κατεῖχεν, τὰ δὲ καὶ νόμος θεῖος, ἱερωσύνην ἔχοντα τὴν μεγίστην.

Αὖθις οὖν καθ' ἑτέραν ὁδὸν ἀπαντῶν ὁ Φάβιος τῷ Σκηπίωνι, κατεκώλυσε τοὺς ὡρμημένους αὐτῷ συστρατεύεσθαι τῶν νέων, καὶ κατεῖχεν, ἔν τε βουλαῖς καὶ ταῖς ἐκκλησίαις βοῶν, ὡς οὐκ αὐτὸς Ἀννίβαν ἀποδιδράσκοι μόνος ὁ Σκηπίων, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπόλοιπον ἐκπλέοι λαβὼν δύναμιν ἐκ τῆς Ἰταλίας, δημαγωγῶν ἐλπίσι τοὺς νέους, καὶ ἀναπείθων ἀπολιπεῖν γονέας καὶ γυναῖκας καὶ πόλιν, ἧς ἐν θύραις ἐπικρατῶν καὶ ἀήττητος ὁ πολέμιος κάθηται. καὶ μέντοι ταῦτα λέγων, ἐφόβησε τοὺς Ῥωμαίους, καὶ μόνοις αὐτὸν ἐψηφίσαντο χρῆσθαι τοῖς ἐν Σικελίᾳ στρατεύμασιν, καὶ τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ γεγονότων μετ' αὐτοῦ τριακοσίους ἄγειν οἷς ἐχρῆτο πιστοῖς. ταῦτα μὲν οὖν ἐδόκει πολιτεύεσθαι πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ὁ Φάβιος. ἐπεὶ δὲ Σκηπίωνος εἰς Λιβύην διαβάντος, εὐθὺς ἔργα θαυμαστὰ καὶ πράξεις ὑπερήφανοι τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος εἰς Ῥώμην ἀπηγγέλλοντο, καὶ μαρτυροῦντα ταῖς φήμαις εἵπετο λάφυρα πολλά, καὶ βασιλεὺς ὁ Νομάδων αἰχμάλωτος, καὶ δύο στρατοπέδων ὑφ' ἕνα καιρὸν ἐμπρήσεις καὶ φθοραί, πολλῶν μὲν ἀνθρώπων, πολλῶν δ' ὅπλων καὶ ἵππων ἐν αὐτοῖς συγκατακεκαυμένων, καὶ πρεσβεῖαι πρὸς Ἀννίβαν ἐπέμποντο παρὰ Καρχηδονίων καλούντων, καὶ δεομένων ἐάσαντα τὰς ἀτελεῖς ἐκείνας ἐλπίδας οἴκαδε βοηθεῖν· ἐν δὲ Ῥώμῃ πάντων ἐχόντων τὸν Σκηπίωνα

ἐπὶ

cesse. Hanc Hetruriæ civitates, ejus privatim studiosæ atque in eum propensæ, contulerunt. Crassum vero cum sua natura alienum a contentionibus & moderatum virum, tum sacrorum cura, quod esset pontifex maximus, in Italia retinuit.

Quare Fabius Scipioni alia obsistens via, impedivit & intercessit ne delectum juventutis, quæ voluntaria nomina dare volebat, posset habere. In curia & ad populum fremebat illum non solum fugere Annibalem, verum etiam, quod reliquum in Italia virium esset, id exportantem abscedere; spe lactare juventutem, & inducere ut parentes, conjuges, patriam, cujus in foribus potens & invictus sedeat hostis, deserant. Hæc quum diceret, pavorem injecit civibus. Solas itaque decernunt ei ad bellum legiones quæ in Sicilia erant, & ut ducere secum ex iis quos reportaverat ex Hispania, trecentos posset, quorum usus fideli opera est. Atque his quidem agendis sequi visus est ingenium suum. Ut vero trajecit in Africam Scipio, & eximia ejus gesta victoriæque incredibiles & clarissimæ annuntiatæ Romam sunt, consentanea quoque famæ spolia multa consequuta, rex captus Numidarum, bina sub idem tempus incensa castra, strages ingens hominum, armorum & equorum vis magna in castris flamma hausta: Carthaginienses etiam per legatos Annibalem revocarunt, oraveruntque spem illam relinqueret inanem, & ferret opem patriæ. Omnibus civibus Scipionem laudibus tantas ob res gestas ad cœ-

lum

ἐπὶ στόματος ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ὁ Φάβιος ἠξίου πέμπεσθαι Σκηπίωνι διάδοχον. ἄλλην μὲν οὐκ ἔχων πρόφασιν, εἰπὼν δὲ τὸ μνημονευόμενον, ὡς ἐπισφαλές ἐστι πιστεύειν ἀνδρὸς ἑνὸς τύχῃ τηλικαῦτα πράγματα· χαλεπὸν γὰρ ἀεὶ εὐτυχεῖν τὸν αὐτόν. οὕτω προσέκρουσεν ἤδη πολλοῖς, ὡς δύσκολος ἀνὴρ καὶ βάσκανος, ἢ πάμπαν ὑπὸ γήρως ἄτολμος γεγονὼς καὶ δύσελπις, περαιτέρω τε τοῦ μετρίου κατατεθαμβημένος τὸν Ἀννίβαν. οὐδὲ γὰρ ἐκπλεύσαντος αὐτοῦ μετὰ τῶν δυνάμεων ἐξ Ἰταλίας, εἴασε τὸ χαῖρον καὶ τεθαῤῥηκὸς τῶν πολιτῶν ἀθόρυβον καὶ βέβαιον· ἀλλὰ τότε δὴ μάλιστα τὰ πράγματα τῇ πόλει θεούσῃ παρὰ τὸν ἔσχατον κίνδυνον ἐπισφαλῶς ἔχειν ἔλεγε· βαρύτερον γὰρ ἐν Λιβύῃ πρὸ Καρχηδόνος αὐτοῖς Ἀννίβαν ἐμπεσεῖσθαι, καὶ στρατὸν ἀπαντήσειν Σκηπίωνι πολλῶν ἔτι θερμὸν αὐτοκρατόρων αἵματι καὶ δικτατόρων καὶ ὑπάτων· ὥστε τὴν πόλιν αὖθις ὑπὸ τῶν λόγων τούτων ἀναταράττεσθαι, καὶ τοῦ πολέμου μεθεστῶτος εἰς Λιβύην, ἐγγυτέρω τῆς Ῥώμης οἴεσθαι γεγονέναι τὸν φόβον.

Ἀλλὰ Σκηπίων μὲν οὐ μετὰ πολὺν χρόνον, αὐτόν τε νικήσας μάχῃ κατὰ κράτος Ἀννίβαν, καὶ καταβαλὼν τὸ φρόνημα καὶ καταπατήσας τῆς Καρχηδόνος ὑποπεσούσης, ἀπέδωκε μείζονα χαρὰν ἁπάσης ἐλπίδος τοῖς πολίταις, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ὡς ἀληθῶς πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσαν ὤρθωσε πάλιν. Φάβιος δὲ Μάξιμος οὐ διήρκεσε τῷ βίῳ πρὸς τὸ τοῦ πολέμου τέλος, οὐδ' ἤκουσεν Ἀννίβαν ἡττημένον, οὐδὲ τὴν μεγάλην καὶ βέβαιον εὐτυχίαν τῆς πατρίδος ἐπεῖδεν· ἀλλὰ περὶ ὃν χρόνον Ἀννίβας ἀπῆρεν ἐξ Ἰταλίας, νόσῳ

lum ferentibus, Fabius mittendum Scipioni censebat successorem : nullam causam proferens aliam, nisi quod illud jactaret triviale, anceps esse tantam rerum molem credere unius fortunæ viri; non temere eidem semper respondere fortunam. Quare offendit populum, habitusque est morosus & malignus, aut præ senio exanguis omnino & deploratæ spei, qui præter modum ab Annibale trepidaret. Immo vero quum Italia Annibal exercitu navibus imposito excessisset, obstrepuit lætitiæ publicæ & bonæ spei, neque eam esse illibatam permisit; immo tum vel maxime civitatem in summo periculo versari & in lubrico dictitabat rempublicam. Quippe graviorem in Africa Annibalem sub Carthaginis mœnibus incubiturum hostem, occursurum exercitum Scipioni multorum etiamnum calentem imperatorum sanguine, dictatorumque & consulum. His sermonibus trepidatio Romæ renovata, ut quum bellum translatum in Africam esset, hoc magis admotum urbi periculum putarent.

At Scipio non multo post tum Annibalem signis collatis vicit, tum detracto conculcatoque oppressæ Carthaginis fastu, populum majore implevit quam caperet animis lætitia, imperiumque plane multis jactatum fluctibus iterum erexit. At Fabius Maximus non attigit vivus exitum belli, neque Annibalem victum audivit, neque insignem illam & stabilem oculis cepit patriæ prosperitatem; sed sub idem tempus quo reliquit Italiam Annibal, ex

νόσῳ καμὼν ἐτελεύτησεν. Ἐπαμινώνδαν μὲν οὖν Θηβαῖοι δημοσίᾳ διὰ πενίαν ἣν ἀπέλιπεν ὁ ἀνὴρ, ἔθαψαν· οὐδὲν γὰρ οἴκοι τελευτήσαντος εὑρεθῆναι, πλὴν ὀβελίσκον σιδηροῦν, λέγουσι· Φάβιον δὲ Ῥωμαῖοι δημοσίᾳ μὲν οὐκ ἐκήδευσαν, ἰδίᾳ δ' ἑκάστου τὸ σμικρότατον αὐτῷ τῶν νομισμάτων ἐπενεγκόντος, οὐχ ὡς δι' ἔνδειαν προσαρκούντων, ἀλλ' ὡς πατέρα τοῦ δήμου θάπτοντες, ἔσχε τιμὴν καὶ δόξαν ὁ θάνατος αὐτοῦ τῷ βίῳ πρέπουσαν.

ex morbo defunctus eſt. Epaminondam quidem Thebani propter inopiam in qua deceſſit, publico funere extulerunt, quod præter veru minutum ferreum, ut fama eſt, nihil ab ejus exceſſu fuerit domi inventum. Populus autem Romanus non fecit Fabio publice funus, ſed aſſibus viritim collatis: non ut tanquam inopi ſufficerent impenſas, verum populo ut parentem ſepeliente, mors viri, ut dignum vita erat, honorata fuit & celebrata.





Οἱ μὲν οὖν βίοι τῶν ἀνδρῶν τοιαύτην ἔχουσι τὴν ἱστορίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ πολιτικῆς καὶ πολεμικῆς ἀρετῆς πολλὰ καὶ καλὰ παραδείγματα καταλελοίπασιν ἀμφότεροι, φέρε, τῶν πολεμικῶν ἐκεῖνο πρῶτον λάβωμεν, ὅτι Περικλῆς μὲν ἄριστα πράττοντι τῷ δήμῳ καὶ μεγίστῳ καθ' αὑτὸν ὄντι καὶ μάλιστα πρὸς δύναμιν ἀκμάζοντι χρώμενος, ὑπὸ κοινῆς ἂν δόξειεν εὐτυχίας καὶ ῥώμης πραγμάτων ἀσφαλὴς διαγενέσθαι καὶ ἄπταιστος· αἱ δὲ Φαβίου πράξεις, ἐν αἰσχίστοις καὶ δυσποτμοτάτοις καιροῖς ἀναδεξαμένου τὴν πόλιν, οὐκ ἐπ' ἀγαθοῖς ἀσφαλῆ διετήρησαν, ἀλλ' ἐκ κακῶν εἰς βελτίω μετέστησαν. καὶ Περικλεῖ μὲν αἱ Κίμωνος εὐπραξίαι, καὶ τὰ Μυρωνίδου καὶ τὰ Λεωκράτους τρόπαια, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα Τολμίδης κατορθῶν, ἑορτάσαι μᾶλλον καὶ ἐμπανηγυρίσαι στρατηγοῦντι τὴν πόλιν, ἢ κτήσασθαι πολέμῳ καὶ φυλάξασθαι παρέδωκε· Φάβιος δ' ὁρῶν πολλὰς μὲν φυγὰς καὶ ἥττας, πολλοὺς δὲ θανάτους καὶ σφαγὰς αὐτοκρατόρων καὶ στρατηγῶν, λίμνας δὲ καὶ πεδία καὶ δρυμοὺς νεκρῶν στρατοπέδων πλήθοντας, αἵματι δὲ καὶ φόνῳ ποταμοὺς ἄχρι θαλάτ-

της

Habes vitæ historiam illorum duorum, quorum quia uterque multa exempla & præclara reliquit civilis & bellicæ virtutis, age, ex bellicis illud primo loco tractemus. Pericles quum reipublicæ præesset, populus in prospero ut quum maxime successu rerum & per se pollentissimus erat, opibusque florentissimus, ut publica eum fortuna atque potentia in securo & stabili gradu tenuisse videatur. At vero Fabii res gestæ, qui fœdissimis & asperrimis temporibus rempublicam suscepit, non rebus florentibus stantem conservaverunt, sed excitaverunt abjectam. Præterea Pericli Cimonis victoriæ, Myronidisque & Leocratis trophæa, multa etiam Tolmidis præclara facta facultatem peperere domi rempub. procuranti festos dies agendi, ludosque celebrandi potius quam bello rem augendi vel tuendi. Fabius vero, quum ante oculos haberet multos fusos fugatosque exercitus, multas strages & cædes imperatorum atque ducum, lacus, campos, saltus cæsorum cadaveribus exercituum coopertos, cruore, & tabe manantia us-

que

της ῥέοντας, ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν ὁρμωμένῳ καὶ βεβηκότι τὴν πόλιν ἀντιλαμβανόμενος καὶ ὑπερείδων, οὐκ εἴασε τοῖς ἐκείνων ὑποφερομένην πλαίσμασι τελέως ἐκχυθῆναι. καίτοι δόξειεν ἂν οὐχ οὕτω χαλεπὸν εἶναι, πόλιν ἐν συμφοραῖς μεταχειρίσασθαι ταπεινὴν, καὶ τοῦ φρονοῦντος ὑπ' ἀνάγκης κατήκοον γινομένην, ὡς δι' εὐτυχίαν ἐπηρμένῳ καὶ σπαργῶντι τῷ δήμῳ χαλινὸν ἐμβαλεῖν ὕβρεως καὶ θρασύτητος· ᾧ δὴ μάλιστα φαίνεται τρόπῳ Περικλῆς Ἀθηναίων περιγενόμενος. ἀλλὰ τῶν Ῥωμαίοις συμπεσόντων τότε κακῶν τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος, ἰσχυρόν τινα γνώμην καὶ μέγαν ἔδειξεν ἄνδρα, τὸν μὴ συγχυθέντα μηδὲ προέμενον τοὺς αὐτοῦ λογισμούς.

Καὶ Σάμῳ μὲν ὑπὸ Περικλέους ἁλούσῃ τὴν Τάραντός ἐστι κατάληψιν ἀντιθεῖναι, καὶ νὴ Δί' Εὐβοίᾳ τὰς περὶ Καμπανίαν πόλεις· ἐπεὶ αὐτήν γε Καπύην οἱ περὶ Φούλβιον καὶ Ἄππιον ὕπατοι κατέσχον. ἐκ δὲ παρατάξεως Φάβιος οὐ φαίνεται μάχῃ νενικηκὼς, πλὴν ἀφ' ἧς τὸν πρότερον εἰσήλασε θρίαμβον· Περικλῆς δ' ἐννέα τρόπαια κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἔστησεν ἀπὸ τῶν πολεμίων. οὐ μὴν λέγεται τοιαύτη πρᾶξις Περικλέους, οἵαν ἔπραξε Φάβιος, Μινούκιον ἐξαρπάσας Ἀννίβου, καὶ διασώσας ἐντελὲς στρατόπεδον Ῥωμαίων· καλὸν γὰρ τὸ ἔργον καὶ κοινὸν ἀνδρείας ὁμοῦ καὶ φρονήσεως καὶ χρηστότητος. ὥσπερ αὖ πάλιν οὐδὲ σφάλμα λέγεται Περικλέους οἷον ἐσφάλη Φάβιος διὰ τῶν βοῶν καταστρατηγηθεὶς ὑπ' Ἀννίβου, λαβὼν μὲν αὐτομάτως καὶ κατὰ τύχην ὑπελθόντα τοῖς στενοῖς τὸν πολέμιον, προέμενος δὲ νυκτὸς λαθόντα, καὶ μεθ' ἡμέραν βιασάμενον, καὶ φθάσαντα μέλλοντος, καὶ κρατή-

σαντα

que ad mare flumina, suis propriis institutis & firmis consiliis, quasi subjectis humeris, fulciens rempublicam, obstitit ne illorum peccatis labascens ex toto præcipitaretur. Atqui tractare fractam calamitatibus civitatem, & necessitate obtemperare coactam prudenti, non perinde videatur arduum, atque populi rebus elati secundis luxuriantisque refrænare lasciviam atque ferociam. Qua maxime ratione videtur Pericles Athenienses continuisse. Atqui malorum, quibus oppressus id temporis populus Romanus fuit, moles & cumulus, quem ea non perculerunt, nec de gradu dejecerunt, eum vero magnum virum & invicti animi ostenderunt fuisse.

Cum Samo capta a Pericle, Tarentum receptum componamus licet, & vero etiam cum Eubœa Campaniæ oppida. Nam ipsam quidem Capuam Fulvius & Appius consules subjugaverunt. Signis collatis haud comperio Fabium hostes fudisse, nisi unde priorem duxit triumphum. Pericles hostibus terra marique cæsis trophæa novem statuit. Nullum factum tamen memoratur Periclis tale quale fuit Fabii, quum Minutium eripuit Annibali, & justum exercitum servavit Romanum. Memorabile facinus, & quod virtutem, prudentiam, humanitatem simul complectitur. Vicissim nec error refertur is Periclis qui Fabii, cui per boves illusit Annibal: ceperat temere & fortuito fauces ingressum hostem, amisit e manibus noctu fallentem & postero die urgentem, prævenientem dum cunctatur, & quanquam ca-

peretur,

πάντα συλλαβόντος. εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τεκμαίρεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος ὀρθῶς τὸν ἀγαθὸν στρατηγόν, Ἀθηναίοις μὲν, ὡς Περικλῆς προέγνω καὶ προεῖπεν, ἐτελεύτησεν ὁ πόλεμος· πολυπραγμονοῦντες γὰρ ἀπώλεσαν τὴν δύναμιν· Ῥωμαῖοι δὲ, παρὰ τοὺς Φαβίου λογισμοὺς ἐκπέμψαντες ἐπὶ Καρχηδονίους Σκηπίωνα, πάντων ἐκράτησαν, οὐ τύχῃ, σοφίᾳ δὲ τοῦ στρατηγοῦ καὶ ἀνδρείᾳ νικήσαντος τοὺς πολεμίους. ὥστε τῷ μὲν τὰ πταίσματα τῆς πατρίδος μαρτυρεῖν, ὅτι καλῶς ἔγνω, τὸν δὲ, ὑπὸ τῶν κατορθωμάτων ἐλέγχεσθαι τοῦ παντὸς ἐσφαλμένον. ἴση δ' ἁμαρτία στρατηγοῦ, κακῷ περιπεσεῖν μὴ προσδοκήσαντα, καὶ κατορθώματος καιρὸν ἀπιστίᾳ προέσθαι. μία γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀπειρία, καὶ θράσος γεννᾷ, καὶ θράσος ἀφαιρεῖται. ταῦτα περὶ τῶν πολεμικῶν.


Τῆς δὲ πολιτείας μέγα μὲν ἔγκλημα τοῦ Περικλέους, ὁ πόλεμος. λέγεται γὰρ ἐπακτὸς ὑπ' ἐκείνου γενέσθαι, Λακεδαιμονίοις ἐρίσαντος μὴ ἐνδοῦναι. δοκῶ δὲ μηδ' ἂν Φάβιον Μάξιμον ἐνδοῦναί τι Καρχηδονίοις, ἀλλ' εὐγενῶς ὑποστῆναι τὸν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας κίνδυνον. ἡ μέν τοι πρὸς Μινούκιον ἐπιείκεια τοῦ Φαβίου καὶ πρᾳότης ἐλέγχει τὸν πρὸς Κίμωνα καὶ Θουκυδίδην στασιασμὸν, ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ ἀριστοκρατικοὺς, εἰς φυγὴν ὑπ' αὐτοῦ καὶ τοὔστρακον ἐκπεσόντας. ἀλλ' ἥ γε δύναμις μείζων ἡ τοῦ Περικλέους καὶ τὸ κράτος. ὅθεν οὐδ' ἄλλον εἴασεν ἐνδυστυχῆσαι τῇ πόλει κακῶς βουλευσάμενον στρατηγὸν, ἀλλ' ἢ μόνος αὐτὸν ἐκφυγὼν Τολμίδης καὶ διωσάμενος βίᾳ, προσέπταισε Βοιωτοῖς· οἱ δ' ἄλλοι προσετίθεντο καὶ κατεκοσμοῦντο πάντες εἰς τὴν ἐκείνου γνώ-

peretur, ſuperantem. Quod ſi boni imperatoris eſt non tantum conſulere rebus inſtantibus, ſed & divinare de venientibus recte, belli Athenienſes exitum, qualem præviderat & ante denuntiaverat Pericles, ſortiti ſunt. Dum enim nimium multa ambiunt moliunturque, amiſerunt ſuas opes. Romani, qui contra Fabii ſententiam Scipionem cum imperio in Africam miſerunt, rerum potiti ſunt, non caſu, ſed ducis qui hoſtes devicit, conſiliis ac virtute. Illum itaque recte ſenſiſſe patriæ caſus teſtantur, hunc reſpub. præclare geſta arguit longe lateque erraſſe. Et ſane cladem accipere nec opinantem, & rerum proſpere gerendarum corrumpere diffidentia occaſionem, par ducis eſt delictum: quippe una temeritatem gignit & eripit audaciam imperitia. Hactenus de rebus bellicis.

Domi, quod Pericli maxime vitio vertebatur, bellum fuit, cujus ille dum reluctatur nimium Lacedæmoniis, dicitur autor fuiſſe. Equidem nec Fabium Maximum cenſeam faſces ſubmiſſurum Pœnis fuiſſe, immo fortiter ſe pro imperio in diſcrimen demiſſurum. Fabii tamen erga Minutium moderatio & lenitas, factionem adverſus Cimonem & Thucydidem Periclis coarguit, egregios viros & ab optimatibus ſtantes, quos in exilium egit. At certe opes & potentia major Periclis: quare nemini ulli permiſit imperatori malis conſiliis rempublicam labefactare; ſolus illi elapſus Tolmides vi eum rejecit, & a Bœotiis cladem accepit. Reliqui ſummæ ejus potentiæ ceſſere, & ad arbitrium ſe ejus accommodaverunt

γνώμην ὑπὸ μεγέθους αὐτοῦ τῆς δυνάμεως. Φάβιος δέ, τὸ καθ' αὐτὸν ἀσφαλὴς ὢν καὶ ἀναμάρτητος, τῷ πρὸς τὸ κωλύειν ἑτέρους ἀδυνάτῳ φαίνεται λειπόμενος. οὐ γὰρ ἂν τοσαύταις συμφοραῖς ἐχρήσαντο Ῥωμαῖοι, Φαβίου παρ' αὐτοῖς ὅσον Ἀθήνησι Περικλέους δυνηθέντος. καὶ μὴν τήν γε πρὸς χρήματα μεγαλοφροσύνην, ὁ μὲν, τῷ μηδὲν λαβεῖν παρὰ τῶν διδόντων, ὁ δέ, τῷ προέσθαι πολλὰ τοῖς δεομένοις ἐπεδείξατο, λυσάμενος τοῖς ἰδίοις χρήμασι τοὺς αἰχμαλώτους. πλὴν τούτων μὲν οὐ πολὺς ἦν ἀριθμός, ἀλλ' ὅσον ἓξ τάλαντα· Περικλῆς δ' οὐκ ἂν ἴσως εἴποι τις ὅσα καὶ παρὰ συμμάχων καὶ βασιλέων ὠφελεῖσθαι καὶ θεραπεύεσθαι παρὸν, τῆς δυνάμεως διδούσης, ἀδωρότατον ἑαυτὸν καὶ καθαρώτατον ἐφύλαξεν. ἔργων γε μὴν μεγέθεσι καὶ ναῶν, καὶ κατασκευαῖς οἰκοδομημάτων, ἐξ ὧν ἐκόσμησεν ὁ Περικλῆς τὰς Ἀθήνας, οὐκ ἄξιον ὁμοῦ πάντα τὰ πρὸ τῶν Καισάρων φιλοτιμήματα τῆς Ῥώμης παραβαλεῖν, ἀλλ' ἔξοχόν τι πρὸς ἐκεῖνα καὶ ἀσύγκριτον ἡ τούτων ἔσχε μεγαλουργία καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ πρωτεῖον.

verunt omnes. Fabius autem fuit ipse quidem providus, nec usquam in discrimen incurrit, sed cohibendorum cæterorum potestate apparet eum fuisse imparem: neque enim Romani, si tantum Fabius apud ipsos, quantum Athenis Pericles, valuisset, in tantas incidissent miserias. Jam invictum a pecunia animum, hic ab offerentibus nihil capiendo, ille multa largiendo egentibus, dum redemit suis nummis captivos, demonstravit. Non fuit hæc ingens summa tamen, sed ad sex talenta. Pericles, difficile dictu, quantum quæstus & munerum consequi a sociis & regibus occasione potentiæ suæ quum potuisset, præstitit se abstinentissimum atque integerrimum. Opificiorum quidem certe mole, templorumque atque ædificiorum substructionibus, quibus Athenas exornavit Pericles, cuncta quæcunque ante Cæsares Roma habuit ornamenta haudquaquam sunt conferenda, sed longe lateque, sine ulla comparatione, magnificentia & nobilitate præ his obtinent illa primas.





JOANNIS RUALDI

ANIMADVERSIONES

AD


INSIGNIORA ΣΦΑΛΜΑΤΑ,

Sive Lapsiones in Vitis Parallelis Plutarchi Chæronensis, quæ hoc Volumine continentur.

ANIMADVERSIO I.

Anno I. *secundæ Olympiadis, neque conceptum Romulum, neque Solem passum Eclipsim, contra quam visum Plutarcho & Tarrutio Mathematico. Annus concepti Romuli, & ejus natalium indicatus.*

In ROMULO Pag. 50.



Υ μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο (Ταῤῥούτιος) τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ᾽ Αἰγυπτίους Χοιάκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας καθ᾽ ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δ᾽ ἐμφανῆ γένεσιν ἐν μηνὶ Θώθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ᾽ εἰκάδα, περὶ ἡλίου ἀνατολάς: *Fidenter admodum atque intrepide pronunciavit Tarrutius, factam esse in utero matris Romuli conceptionem* I. *anno* II. *Olympiadis*, XXIII. *die mensis Ægyptiorum Choiac* (id fuerit XIX. Decembris) *hora diei* III. (nostro more IX. matutina, vel potius ea, quæ Solis ortum & meridiem ex æquo interjacet) *cum Sol penitus defecit: ejusdem vero natalem in* XXI. *diem mensis Thoth* (Septembris XVII.) *incidisse sub Solem orientem.* Bis peccat, ac primum quidem anni προχρονισμῷ unius. Urbis jecit fundamenta Romulus anno ætatis suæ duo-

devicesimo, primo VII. Olympiadis: id quod summi scriptores olim tradiderunt, cum magno neotericorum Chronologorum assensu. Accuratissimæ diligentiæ auctor Dionysius Halicarnassensis in II. Romanarum Originum de Romulo: Νέος παντάπασιν ἔτυχε τῆς ἡγεμονίας, ὀκτωκαιδεκαέτης, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς περὶ αὐτοῦ συγγράψαντες ἱστορίας. Idem in eodem libro statim initio: Ἐκτίσθη μὲν οὖν ἡ πόλις δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, ἐπὶ τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Julius Solinus libro Memorabilium capite I I. *Romulus auspicato murorum fundamenta jecit duodeviginti natus annos* II. *Cal. Maii. hora post secundam ante tertiam.* Idem postea: *Collatis igitur nostris & Græcorum temporibus invenimus, incipiente Olympiade septima Romam conditam, anno post Ilium captum* CDXXXIII. Et mox: *Ab Iphito numeratur Olympias prima. Ita sex mediis Olympiadibus interjectis, quibus singuli anni quaterni imputantur, cum septima inceptante Olympiade Roma condita est, inter exortum Urbis & Trojam captam jure esse annos* CDXXXIII. (non tamen exactos) *constat.* Et post paulo: *Par est Romam septimæ Olympiadis anno primo credi conditam.* Consentit omnis antiquitatis peritissimus Eusebius Pamphili, παντοδαπῆς ἱστορίας libro secundo ad annum I. VII. Olympiadis, numero MCCLXV. Igitur si anno primo septimæ Olympiadis, quando Romam construxit, annum ætatis octodecimum solum agebat Romulus, sequitur evidentissime, natum non esse ante annum tertium secundæ Olympiadis, nec proinde conceptum ante annum secundum ejusdem Olympiadis: quem haud dubie, si qua Ephemeridibus Astronomicis, & peritis Mathematicis habenda fides est, illa ingens Solis defectio, XI. Athyr, hoc est, Novembris Juliani VII. clarum fecit. Hoc enim tempore aiunt Astrologi deprehendere se, distantem fuisse Lunæ latitudinem a nodo descendente versus Septentrionem g. o. 4′. 44″. quod est dicere, gradu nullo, quaternis minutis (quæ singula unius gradus pars sexagesima sunt) quaternis & quadragenis secundis minutorum: unde non usitatam fuisse istius Solaris deliquii magnitudinem licet intelligere. At anno superiori, XIX. Decembris, sive III. & XX. mensis Choiac, nulla omnino contigit Eclipsis, anomalia Lunaris latitudinis plane refragante, siquidem conjunctio media luminarium fuit antecedente die, cyclo Lunæ nono, ut est præclare animadversum Josepho Scaligero in III. de Emend. Temp. Itaque manifesto & hic, ut alibi sæpe in ejusdemmodi rebus, fugit ratio Plutarchum. Scio, hujus erroris pater est M. Varro, vel potius iste Lucius Tarrutius Firmanus, qui Varronem sic edocuerat. Sed noster cum super ea re nihil contrarium pronunciat, ignorantiam certe suam non obscure prodit.

ANI-

ANIMADVERSIO II.

In Legione DC. *equites nunquam fuisse; nedum sub Romulo. Legionis sexmillenariæ non esse auctorem Romulum contra ac scripsit Plutarchus. Quis vero sit, non liquere. Falsum Lipsium falsi suspectos habentem Livium & Polybium, & negantem* CC. *solum equites in Legione aliquando fuisse. Lapsus D. Hieronymi, Legionem sub Augusto & Tiberio* VI. *millium fuisse scribentis. Notati Cæsaris Interpretes. Peccatum Eutropii non recte illius exscriptoribus a Lipsio imputatum. Rotunde persæpe loqui auctores: non igitur ab Eutropio dissentire Pæanium, sed utrumque fallere semel & bis. Scribentem Polybium rem ne* VIII. *quidem legionibus esse gestam ante A.* DXXXVII. *non pugnare cum Livio, affirmante gestam vel* X. *legionibus A.* CDIV. *& A.* CCLIX. *Explicatus Halicarnasseus. In Legione fuisse* LX. *centurias: non sequi ex eo fuisse illam* VI. *millium. Sylburgii hallucinatio. Incogitantia Festi. Notatus Amiotus. Centurionibus & Chiliarchis non paruisse milites, quot nomen indicat. Cur ergo Centuriones & Chiliarchæ dicti.*

In eodem Romulo pag. 63.

Διπλασιασθείσης δὲ τῆς πόλεως, αἱ λεγεῶνες ἐγένοντο πεζῶν ἑξακισχιλίων, ἱππέων δὲ ἑξακοσίων: Geminum ἁμάρτημα. Unum est, quod tametsi numerus equitum cuique legioni attributus multoties variaverit, adeo ut nonnunquam ducenarius, interdum quadringenarius, sæpe trecenarius fuisse reperiatur: sexcenos tamen equites in unam legionem esse constitutos vel florentissimis Reipub. Romanæ temporibus, apud nullum idoneum auctorem Græcum, Latinum, quisquam reperire queat; tantum abest, ut hoc uni soli Plutarcho de primis & nascentis urbis Romæ temporibus referenti accredere debeamus.

Alterum est, quod non nisi multis post Romulum seculis factam senum millium peditum legionem constat. Etsi quando id primum placuerit, ita varie narrant auctores, ut convenire pax inter illos non possit. Festus Pompeius libro XVII. sic ait: *Sex millium & ducentorum hominum primus C. Marius conscripsit legionem.* At Livius quam diverse? Id enim factum a Scipione Africano majore, cum esset exercitum in Africam trajecturus, hoc est, U. C. anno DXLIX. plus centum annis ante C. Marium diserte prodit Annali undetricesimo: *Quinta & sexta Cannenses erant legiones: eas se trajecturum in Africam cum dixisset, singulos milites inspexit, relictisque quos non idoneos credebat, in locum eorum subjecit, quos secum ex Italia adduxerat: supplevitque ita eas legiones, ut singulæ sena millia & ducenos pedites, trecenos haberent equites.* Sed habet uterque paulo ma-

jorem numerum quam quærimus: nam adjicit ducentos, ut vides. Commodum autem & justum numerum, hoc est, senum præcise millium dat idem Titus Livius Annali tricesimo secundo, & suadet primum acceptum P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. A. U. C. DLXXXIII. *Id*, inquit, *præcipue provinciæ Macedoniæ datum, quod cum alterius Cos. legionibus quina millia & duceni equites ex vetere instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia peditum scribi jussa, equites treceni æqualiter in singulas legiones.* Vir & judicii & eruditionis non vulgaris Justus Lipsius contendit affirmate, ducenos equites in legionem nusquam datos fuisse: atque ideo rescribendum in loco proxime superiore T. Livii, *& duceni pedites*, quæ viri oculatissimi ablepsia vix tolerabilis est. Polybius in VI. Historiarum: Ὅταν δ' ἐκλέξωσι τὸ προκείμενον πλῆθος, μετὰ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς, τὸ μὲν παλαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν δοκιμάζειν ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίους. Νῦν δὲ προτέρους πλουτίνδην αὐτῶν γεγενημένης ὑπὸ τοῦ τιμητοῦ τῆς ἐκλογῆς, καὶ ποιοῦσι τριακοσίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον· Locus manifestissimus, & per quem unum Lipsio, si revixerit, pœnitere liceat. Idem libro III. in actis anni U. C. DXXXVII. quo ad Cannas pugnatum est, L. Æmilio Paulo secundum, C. Terentio Varrone Coss. Ῥωμαῖοι γὰρ, καθάπερ καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ἀεί ποτε τέτταρα στρατόπεδα προχειρίζουσι. τὸ δὲ στρατόπεδον πεζοὺς μὲν λαμβάνει περὶ τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους· ἐπὰν δέ τις ὁλοσχερεστέρα προφαίνηται χρεία, τοὺς μὲν πεζοὺς ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ ποιοῦσι περὶ πεντακισχιλίους, τοὺς δ' ἱππεῖς τριακοσίους. Clarius est clara luce velle Polybium hoc in utroque libro, fuisse veteris instituti assignare ducenos equites singulis legionibus. Extremum quidem hunc Polybii locum Lipsius non improvisum habuit, sed rectum esse negavit. quo argumento? plane levissimo, aut potius nullo. *Nonne*, inquit, *remittit nos Polybius ad ea, quæ super hac re ante dixit? sicut*, inquit, *& ante diximus. Ubi igitur tale mi Polybi?* Amabo Juste, pugnas serio, an ludis? Non ait Polybius, se ante dixisse de numero militum in unaquaque legione, sed solum de numero ipsarum legionum in singulos annos: quod certe bis, ter fecit, primo & secundo voluminibus. Itaque Livius quoque præclare cum Polybio super ea re quam inquirimus, convenit Annali XXII. in actis ejusdem anni DXXXVII. Cannense prœlium diffuse narraturus: *Alii novas quatuor legiones quinque legionibus additas tradunt, ut novem legionibus rem gererent: numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia*

lia peditum, treceni equites essent. Si centenis additis trecenti tantum fuerunt, igitur vulgatus numerus ducenorum erat. Quid hoc ratiocinio clarius firmiusve dici aut inveniri potest? Addo etiam in Imperii flore non pluribus quam istis ducenis equitibus singulas legiones muniri persæpe placuisse. Cujus rei mihi est auctor ac testis locupletissimus Julius Cæsar in rectis & venustissimis rerum suarum Commentariis.

Ex his, eodem isto Juliano ævo perinde ac Polybiano, ipsas ut plurimum legiones fuisse quatermillenarias fere vel omnino potius mihi liquet. In III. De bello Civili, sectione LXXXVIII. ubi utraque acies Cæsaris & Pompeii graphice describuntur: *Numeroque cohortes* CX. Pompeius *expleverat. Hæc erant millia* XLV. Nec enim ferendos esse vulgatos codices, in quibus insigni mendo legitur: *millia* LV. notæ denariæ facili lapsu, tam libri omnes manuscripti, qui quidem in Torrentii, Ciacconii, & Ursini manus venerunt, quam aliorum auctorum de iisdem exercitibus illustria testimonia suadent atque pervincunt. Plutarchus in Cæsare pag. CXLVI. *ἦν δὲ καὶ τῶν πεζῶν πλῆθος οὐκ ἀγχώμαλον, ἀλλὰ τετρακισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι παρετάττοντο δισμυρίοις καὶ δισχιλίοις.* Scilicet Cæsari (quod ipse quoque libro antedicto postmodum declarat) peditum millia XXII. aderant. Appianus in II. *ἐμφυλ. Σύμπαντα* (de Pompeiano exercitu sermo illi est) *ἀνδρῶν Ἰταλῶν ἕνδεκα τέλη*. igitur CX. cohortes, quot omnino ante Cæsar dixit: nam in legione decem cohortes, ut pueri norunt. Idem Appianus post aliquanto: *Καίσαρι μὲν ἐς δισχιλίους ἐπὶ δισμυρίοις· Πομπηΐῳ δὲ ὑπὲρ τὸ διπλάσιον.* Cum igitur unaquæque legio decem cohortes semper habuerit, ut constat, & ex hoc utroque Cæsaris atque Appiani loco nimis liquet: profecto in singulas ejus temporis cohortes (justas & legitimas, neque aliqua recente strage imminutas & accisas, sicut Cæsarianæ commisso ad Dyrrachium prœlio paulo ante fuerant, quæ propterea numero licet octoginta essent, non plura tamen quam prædicta duo & viginti millia militum capiebant, ut ex ipso Cæsare ibidem intelligitur) milites CCCC. & in legiones, item plenas justasque, IV. millia præter propter venerunt. Quicquid contra Othomannus, Glareanus, Manutius, Ursinus, Ciacconius, denique grex totus interpretum Cæsaris ad locum suprascriptum attulerunt, irrita conamina & monumenta vani laboris sunt. Neque Augusti atque Tiberii principatu numerosior fuisse legio videtur, ut Annali primo clare, tametsi quasi aliud agendo, indicat Corn. Tacitus, in narratione magnæ seditionis, quæ statim post interitum Augusti, & Tiberio vix dum Imperatore salutato, legiones inferioris Germaniæ incessit:

ſit: *Repente lymphati* (milites) *diſtrictis gladiis, in Centuriones invadunt: proſtratos verberibus mulcant, ſexageni ſingulos, ut numerum Centurionum adæquarent.* Legio, ſicut patet, ut decem cohortes, triginta manipulos, ſic & ſexaginta Centurias ſemper habuit. Illæ in ſuos ſingulæ Centuriones dum ſæviunt, ſexagenos milites tantum continere Tacito dicuntur. Igitur in legione ſexagies ſexageni milites, hoc eſt, MMMDC. præter Decanos ipſos & contuberniorum capita, imperante Tiberio, Chriſto Servatore incumbente in generis hominum reparationem, plus minus fuerunt. Non eſt itaque audiendus magnus Hieronymus, qui libri IV. cap. XXVI. Commentariorum in Matthæum, ad illa Meſſiæ; *An putas me non poſſe nunc precari patrem meum, qui huc ſiſtat mihi plures, quam duodecim legiones Angelorum? Una,* inquit, *legio apud veteres ſex millibus hominum complebatur: de duodecim ergo legionibus ſeptuaginta duo millia Angelorum fiunt: in quot gentes hominum lingua diviſa eſt.* Nam quo tempore Servator mundi, ὁ Θεάνθρωπος Jeſus Chriſtus ea proferebat, non pluribus quam MMMDC. ad ſummum, MMMM. fuit, ut modo declaravimus. Sed cum iſta ſcriberet D. Hieronymus, ſexmillenaria ſine dubio legio in uſum redierat, quod tum ex aliis, tum ex Flavio Vegetio æquali Divi Hieronymi libro II. capite II. & VI. extremo notum habemus. Cæterum Hieronymo curis intento longe gravioribus, & ad alia properanti hæc excidiſſe, nec inquirendæ talium rerum veritati vacaviſſe, mirabile non eſt: Qui ſecuti ſunt otio abundantes, & ampliſſimos in eundem Evangeliſtam Commentarios etiam nuper ediderunt, in hoc eos pariter exerraviſſe minus æquo ferre quis animo poteſt.

Sed neque iſto bello Macedonico (eo enim referimur, unde longius aliquanto digreſſi ſumus) primum omnium legiones ſex millium ſcribi juſſit populus Romanus, ſi Flavius Eutropius audiatur, quo auctore II breviarii, antea plus CLXX. annis eundem peditum numerum Romanæ legiones habuerunt: *Ex Romanis,* inquit, *tantum tyrones lecti ſunt, factæque legiones decem: qui modus ſexaginta vel amplius armatorum millia efficiebat.* Decem legiones armatorum ſexaginta millia efficiebant: igitur ſingulæ ſexies millenos. Loquitur de legionibus, quæ conſcriptæ belli Gallici cauſſa, L. Furio Camillo, Appio Claudio Craſſino Regilenſi Coſſ. U. C. anno CCCCIV. ſicut Chronographi & Faſti Capitolini liquido monſtrant; non igitur anno CCCXCII. ut incogitanter ſcripſit, quem modo laudavimus, Juſtus Lipſius. Idem juſte quidem hunc Eutropii locum vitii ſuſpectum habuit: ſed ab auctore in ejus exſcriptores ævi poſterioris dum illud voluit transferri, inique meo judicio fecit. Nam Pæanius

nius sive Capito Lycius temporum Eutropii, hoc est, Valentiniani & Valentis Augustorum ferme æqualis, in sua Eutropiani breviarii metaphrasi eundem plane militum numerum in legione asserit, ex eo, ut patet, quem vertit, vel potius μεταφράζει. Sic ait: δέκα συντάξεις ἐξ αὐτῶν (νεολέκτων) ἐγένοντο, λεγεῶνες κατὰ τὴν αὐτῶν καλούμεναι φωνὴν, ἐκ τῆς γενομένης τῶν νέων ἐπιλογῆς. λέγεται γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ἐπιλέξασθαι λέγειν). αἱ δέκα δὲ λεγεῶνες αὗται ἑξήκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν εἶχον, ὡς ἑκάστην εἰς ἑξακισχιλίους τελεῖν. Mitto, quod in vetustis hujus metaphrasis libris, sive ab ipso Pæanio, sive ab aliquo e Criticis illis antiquis extra paginam in mundo adscriptum hoc scholion adhuc reperitur: λεγεὼν, πλῆθος στρατιωτικὸν ἀνδρῶν ϛ΄. *legio, multitudo militaris virum sexies mille:* intellige, missis Centurionibus & Decurionibus, quos singulæ Centuriæ & Decuriæ singulos habuerunt, id quod pueri sciunt. Atque ob hoc additum ab auctore, *vel amplius*, neglexerunt Metaphrastes Scholiastesque, & potuerunt jure ἀπαριθμολογίας, quia scilicet excurrens minutus numerus supra majorem, puta centenarium, vel millenarium, etiam ab optimis scriptoribus vulgo passim omittitur. Ab Eutropio autem hic esse metuendum mihi ut censeam, facit eximius auctor T. Livius, qui libro IX. in actis ejusdem anni & eorum Coss. quos diximus, illas decem legiones, singulas quaternum millium & ducenum peditum, eoque universas quadragenum duum millium fuisse clare testificatur. *Extendere omnes Imperii vires Consules delectu habendo Senatus jussit: civili quippe standum exercitu esse, quando socialis cœtus desereret. Undique non urbana tantum, sed etiam agresti juventute decem legiones scriptæ dicuntur, quaternum millium & ducenum peditum, equitumque trecenorum.* Dissensum tam apertum tollere non mihi facile est sine damnatione alterutrius: quem tamen ortum inde arbitror, quod illam historiam non ex eodem fonte, sed ex diversis, nec eodem modo, ut sæpe fit, rem eandem narrantibus historicis, in suos Annales illi transtulerunt.

Aliud Eutropii, & eorum a quibus hausit, peccatum ingens libet aperire tyronibus, cum ibidem statim subjicit, universas illas decem legiones duce Camillo adversus Gallos profectas esse. Nam ex Polybio in III. Historia, rem a populo Romano ne octo quidem conjunctis legionibus gestam unquam fuisse ante Cannensem pugnam (quod est dicere, annis post illa tempora, quibus de agit Eutropius CXXXIII.) certum testatumque, ut quod maxime, habemus: Προὔθεντο δὲ στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέ ποτ' ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις· ἑκάστου τῶν στρατοπέδων ἔχοντος ἄνδρας εἰς πεντακι-

χιλίους

χιλίους χωρὶς τῶν συμμάχων: *Placuit* (anno U. C. DXXXVII.) *octo legionibus rem gerere, quod nunquam antea populus Romanus fecerat: assignatis cuique legioni quinis hominum millibus præter auxiliarios.* Ne octo quidem simul legionibus res gesta est ante annum DXXXVII. Decem igitur multo minus anno illo prænotato CDIV. Quod enim Polybius nunquam cum octo legionibus simul junctis, & ad unum bellum itum intelligit, distincte ipse postmodum admonet his verbis: Καὶ τοὺς μὲν πλείστους ἀγῶνας δι᾽ ἑνὸς ὑπάτου καὶ δύο στρατοπέδων, καὶ τοῦ προειρημένου πλήθους τῶν συμμάχων κρίνουσι· σπανίως δὲ πᾶσι πρὸς ἕνα καιρὸν, καὶ πρὸς ἕνα χρῶνται κίνδυνον. τότε μὲν οὕτως ἐκπλαγεῖς ἦσαν καὶ καταφοβοι τὸ μέλλον, ὡς οὐ μόνον τέτρασιν ἀλλ᾽ ὀκτὼ στρατοπέδοις Ῥωμαϊκοῖς ὁμοῦ προῄρηντο διακινδυνεύειν. Hæc Polybiana quam lati erroris Eutropium & ejus Metaphrasten convincunt, tam eadem Livio nihil officiunt: quippe qui statim subjicit illas decem legiones divisas fuisse tripartito, duabus in Urbe relictis, aliis octo inter Prætorem Pinarium & Camillum Consulem distributis. *Consul*, inquit, *duabus legionibus urbi præpositis, octo cum L. Pinario Prætore divisis, memor paternæ virtutis* (M. Furii Camilli filius erat) *Gallicum sibi bellum extra sortem sumit: Prætorem oram maritimam tutari, Græcosque arcere littoribus jussit.* Eadem cautione scribit hic idem Patavinus Historicus libro II. jam anno U. C. CCLIX. cum trini hostes Volsci, Æquique & Sabini forte in armis essent, legiones quidem decem quoque effectas, *quantus*, inquit, *ante nunquam Romæ visus erat exercitus*; sed easdem pro triplici genere hostium divisas tripliciter: nempe ternas datas Consulibus, quatuor reliquis Dictatorem usum.

Non porro, quod sciam, alium ab Eutropio vel Plutarcho (quos ambo falsi damnavimus) reperire auctorem est, qui sexmillenariam præcise factam esse legionem ante prædictum bellum Macedonicum memoriæ proditum nobis reliquerit. Quare videant tyrones, ne ab Halicarnassensi Dionysio induci se patiantur, qui IX. libro Ἀρχαιολογίας, non longe a principio sic ait: Ἐπειδὴ δὲ ἐπαύσατο, προσέρχεταί τις ἐκ τοῦ πλήθους Μάρκος Φλαβολήϊος, ὄχλου ἀνὴρ δημοτικὸς μὲν καὶ αὐτουργὸς, οὐ μὴν τῶν ἀπερριμμένων τις, ἀλλὰ τῶν ἐπαινουμένων δι᾽ ἀρετὴν, καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος, καὶ δι᾽ ἄμφω ταῦτα ἑνὸς τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ κεκοσμημένος, ἣ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος. Id quod scribit Dionysius, incidit in annum I Olympiadis LXXV. Urbis Romæ CCLXXIII. Cn. Manlio Vulsone, & M. Fabio Bibulano II. Consulibus. Sexagenæ vero centuriæ, dicat

cat tyro aliquis, neque dum in veterum ſcriptorum lectione ſatis exercitatus, quas unius legionis duci paruiſſe, hoc eſt, in una legione fuiſſe, ait nobiliſſimus hiſtoricus, nonne plene illa ſena millia efficiunt? Omnino, inquam ego, ſi centuriæ centenum hominum ſingulæ fuerunt. Sed duces ordinum & præfectos manipulis (manipulorum binæ partes, quæ Ordines Centuriæque appellatæ) ἑκατοντάρχας, *Centuriones* Dionyſius, aliique Græci & Latini rerum Romanarum ſcriptores vocant κατὰ πρόληψιν, qui cum in ſingulis manipulis bini, & in quaque legione ſexageni ſemper fuerint, ut Cincius apud Gellium, Polybius, Tacitus, & alii qui non? tradunt; nec ipſi manipuli & legiones eundem ſemper militum numerum habuerint: apparet ἑκατονταρχίας, *centurias* non ſemper centenum militum ſingulas fuiſſe, nec ipſos centuriones centum militibus ſemper præfuiſſe: ſed tantum, quando ſenum millium ſingulæ legiones, & ducenum militum ſinguli manipuli fuerunt. Eſt ergo Friderici Sylburgii hallucinatio non mediocris, qui in indice, quem Halicarnaſſei libris hiſtoricis ſubnexuit, *prædictas* ſexaginta centurias, *ſex millia* interpretatur. Et Pompeium Feſtum, qui centuriam in re militari eſſe centum homines generatim, ac nullo temporum diſcrimine aſſignato prodit, mereri negligentiæ notam inſignem procul dubio cenſor bonus judicabit. Contra (id enim per occaſionem adnotare non grave ſit) Tribunatus militum auctores omnes qui Græce ſcripſerunt, & noſter cum primis, puta in Cæſare, χιλιαρχίας, quaſi dicas, *præfecturas millenarias*, & Tribunos militum χιλιάρχους, *duces millenarios* appellant, quos tamen ſcimus tam fuiſſe legionum duces, quam Centuriones manipulorum erant, & ſex vulgo in quamque legionem datos eſſe, binoſque & binos ei per vices imperaviſſe: ita ut quanta quanta eſſet legio, termillenaria, quatermillenaria, minor vel amplior, nullo unquam tempore Tribuni militum millenarii ſive χιλίαρχοι, hoc eſt, millenis militibus præfecti proprie fuerint. Itaque fallit noſter, alioqui doctus vir & facundus, Amiotus, qui paſſim χιλιαρχίαν vertit, (exempli cauſſa in eo quem dixi loco Vitæ Cæſaris) *un eſtat de Capitaine de mille hommes de pied.* Cæterum (niſi conjecturæ fallimur) militares ejuſmodi Tribunatus, χιλιαρχίας, *Millenarias*, fortaſſis & Ordines, ſive dimidiatos manipulos, ἑκατονταρχίας, *Centurias* Romani primum appellaverunt, Græcorum & Macedonum, &, ſi vis, Perſarum exemplo, qui ſuas phalanges in centenos homines, & millenos diſtribuebant, eoque iſtas militum manus, ἑκατοστύας, vel ἑκατονταρχίας, has χιλιαρχίας proprie ac vere uſurpabant, ut ex Q. Curtio lib. v. Herodoto lib. VII. Xenoph. lib. IV. παιδείας, & aliis antiquis hiſtoriæ Græcæ atque Perſicæ condi-

toribus plane licet intelligere. Distributionem igitur illam quia sunt imitati prisci Quirites in legionibus suis, & Tribunos militum supra ordinum duces habuerunt, sicut Macedones & Persæ Chiliarchas sive Millenarios supra Hecatontarchas vel Centuriones; opinor, ab hac aliqua similitudine ad suam militiam illas Græcas appellationes transduxerunt.

ANIMADVERSIO III.

Ætatem Romuli anno breviorem, regnum anno longius quam oportuit, videri fecisse Plutarchum. A se necne super hoc posteriore dissentiat. Pugnare cum opinione omnium maxime recepta circa Natalem urbis, qui tamen neque certo cuiquam innotuit.

In extremo Romulo Pag. 78.

ΛΕγέται δὲ Ῥωμύλος τέσσαρα μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα γεγονὼς, ὄγδοον δὲ βασιλεύων ἐκεῖνο καὶ τριακοστὸν, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. In utroque numero diverse labi videtur. Nam T. Livius, & Dionysius Halicarnasseus, ut alios minorum gentium Historicos prætereram; ambo accuratissimi & dulcissimi, qui uni omnium veterum diligentissime rem Romanam investigarunt, ut aliorum industriæ nihil reliquum fecerint, ætatem Romuli anno longiorem, & regnum anno brevius constituerunt. Verba Dionysii, quia etiam vetustissimorum Scriptorum hanc fuisse opinionem indicant, adducam ex Originum Romanarum libro II. *Qui Romam igitur condidit, & primus ab ipsis Romanis Rex est declaratus Romulus, nullis ex se relictis liberis, post annos* VII. *&* XXX. *quam regni gubernacula tenuit, annum a suis natalibus* V. *&* L. *agens, talem exitum vitæ habuit. Admodum enim juvenis, & duodevicesimo ætatis anno principatum est consequutus: id quod est in confesso apud omnes, qui de rebus illius historias conscripserunt.* Ad hunc igitur calculum res si putetur, peccavit noster in ætate Romuli assignanda ἐλλείψει anni unius: & contra in definiendis ejus regni temporibus, ὑπερβολῇ item unius. Credat aliquis vel ipsum Plutarchum erroris hujus posterioris ultro se deferre voluisse, quando in Numæ principio Romulum anno U. C. VII. & XXX. diem suum obiisse diserte annotavit. Sed mitior Critica responderit, eum fortassean in Romulo anni jam incœpti rationem consulto consilio habuisse: in Numa vero, exemplo eorum, quos modo laudavimus, non nisi solidos & completos annos adscripsisse, neglectis diebus aut septimanis aliquot excurrentibus, quæ scilicet ab XI. Cal. Maias, in quem diem conditum Urbis, simul & initium imperii Romuli cecidisse noster in hujus vita pag. 50. Plinius lib. XVIII. cap. XXVI. observant, ad Nonas Quintiles, in quibus hic idem cum imperio vitam creditur amisisse, cum aliis tum Lampridio in narra-

ratione rerum Commodi, & nostro pag. 76. & 130. horum Parallelorum, intermediæ fuisse comperiuntur. Hoc esse namque omnibus Historicis solemne atque usitatum, annum vel diem currentem modo negligere, modo pro completo & exacto usurpare, sciunt eruditi, & nos alibi commodius docemus. Vide Animadvers. XLV. extremam.

Nollem in hac eadem Vita pag. 51. idem noster tam libenter fidem suam iis obstrinxisset, qui cunabula Urbis in annum III. VI. Olympiadis incurrisse olim putaverunt. In annum I. VII. Olymp. esse potius referenda testis est is, quem modo nominavi, probatæ diligentiæ scriptor Halicarnassensis, cum assensu maximo & Neotericorum ferme omnium Chronographorum, & Eusebii Cæsariensis II. libro παντοδαπῆς ἱστορίας, & I. Solini Polyhistoris, qui collatis Græcorum & Romanorum temporibus, supputationem hanc omnium esse tutissimam se denique deprehendisse cap. II. Memorab. proditum reliquit. Adhuc tamen video defore, unde quis reprehensionem hanc elevet, atque a Plutarcho utcumque amoliatur: si nempe dixerit, eum nihil afferre de primis Urbis Palilibus, nisi quod M. Varroni, Pomponio Attico, Velleio, Ciceroni, pridem ante affirmatum satis constat: deinde quicquid Historici aliique scriptores de Natalibus Urbis tradiderunt, id conjectura potius quadam quam πληροφορίᾳ, ut verbum Apostolicum usurpem, ductos fecisse: sicut fortassis de Romuli vita & morte nihilo certius quicquam dicere iidem habuerunt.

ANIMADVERSIO IV.

Quod in assignanda ætate Pythagoræ sine caussa hæsitaverit vel potius cespitaverit Plutarchus. Ovidii χρονικὸν ἁμάρτημα, Numam Pythagoræ auditorem fuisse arbitrantis. Eidem errori conscii alii antiqui. Notatus Plinius.

In NUMA pag. 129.

ΛΕγομένου δ' οὖν ὡς Νουμᾶς γένοιτο Πυθαγόρου συνήθης. Hic, & post aliquanto pag. 140 & 141. & in Moralibus clare innuit, se ambigere quidem super ætate Pythagoræ, inclinare tamen adhuc magis in eorum opinionem, qui Numæ atque Pythagoræ συγχρονισμὸν & familiaritatem asseruerunt. In quo illum esse frustra, & quos alios cumque opinionis ejusdem assertores, gemino docet argumento Dionysius II. Ἀρχαιολ. quem vide. Interim alii magni testes eadem re super audiantur. Livius I. libro: *Auctorem doctrinæ ejus* (omnis divini atque humani juris) *quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt: quem Servio regnante Romæ centum amplius post annos juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat.* Cicero I. Tusculana: *Pythagoras regnante Tar-*

quinio Superbo in Italiam venit. Et IV. *Pythagoras fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit.* Consentiunt Laertius lib. VIII. Gellius lib. XVII. cap. XXI. Eusebius Χρονικῶν MCDXCVII. Pariter Strabo & Lucianus, quando hic ἐν τοῖς, Φάλαρις πρώτῳ, Phalaridem, ille XIV. libro, Polycratem, tyrannos iisdem ferme temporibus, quibus Servius & Superbus Romæ regnabant, Pythagoræ omnino æquales fuisse produnt. Quid ergo noster in tanto summorum scriptorum consensu adhuc ἐπέχει, & dubitandi locum parum cautis lectoribus super ætate Pythagoræ relinquit? Habet tamen suæ hujus indignæ ἀῤῥεψίας socium minime ignobilem poetam Ovidium, qui III. Fastorum de Numa ita canit:

Sive hoc a Samio doctus, qui posse renasci
Nos putat, Egeria sive monente sua.

Et in III. de Ponto eleg. III.

Talia nec Chiron ab Achille præmia cepit:
Pythagoræque ferunt non nocuisse Numam.

Qui alii antiqui hujus ejusdem erroris contagione afflati fuerint, cum disces aliunde, tum ex Plinii lib. XIII. cap. XIII. intelliges. Sed eidem Plinio lib. II. cap. VIII. *Veneris stellæ naturam Pythagoram deprehendisse, Olympiade* XLII. *qui fuit annus Urbis* CXLII. procul vero dictum, ante allata testimonia manifesto evincunt. Si enim ad Regifugium usque, hoc est, ad A. U. C. CCXLIV. & infra, suam vitam produxit, sicut clare Cicero docet: profecto annus ille, quo natura Veneris ab eo deprehensa fertur, ejus natalem solida minimum dodecaeteride antecessit: nam anno ætatis nonagesimo obiit, ut docet in ejus vita plurium opinionem secutus Laertius. Notam culpæ haud magis effugiet Plinius, licet spreto Laertio Tzetzes vel Photius audiantur, qui vitam Pythagoræ, ille XI. Chil. histor. CCCLXVI. annis novem, hic Bibliothecæ Cod. CCXLIX. quatuordecim longiorem fuisse tradunt. Tot porro annorum Pythagoras, iisdem aliquibus temporibus, Servio, Tarquinio, Bruto synchronos, ut patet, esse facile potuit; ne pugnare sibi ante laudatos adversus Plutarchum auctores existimes.

ANIMADVERSIO V.

Falso dixisse Plutarchum, jus trium liberorum a Numa concessum Vestalibus. A quo ergo? In quo illud, & aliud tergeminorum discreparunt? Ex qua caussa utrumque natum? Notatus Sabellicus. Lictoris honorem a Numa Vestales non obtinuisse, contra Plutarchum. Illum honorem institutum sub Augusto, cur? Vestalibus creditum etiam injuratis, secus sentiente Plutarcho.

In NUMA pag. 144.

Τιμὰς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐταῖς (ἱεραῖς παρθένοις) ὧν ἐστὶ καὶ τὸ

τὸ διαθέσθαι ζῶντος ἐξεῖναι πατρὸς, καὶ τ' ἄλλα πράττειν ἄνευ προστάτου διαγούσας, ὥσπερ &c. Bis aut ter sua opinione falsus. Primo quod jus trium liberorum a Numa vult concessum Vestalibus, quod Augustus non nisi ferme DCC. post Numæ interitum annis omnium primus cum iis tandem communicavit, referente Cocceio in actis A. U. C. DCCLXII. lib. LVI. quinque aut sex paginis post principium: Καὶ ταῖς ἀειπαρθένοις πάνθ' ὅσαπερ αἱ τεκοῦσαι εἶχον, ἐχαρίσατο.

Deinde qui jus illud trium liberorum a Numa ipsæ virgines obtinuissent, quod sub illo rege nondum plane innotuerat, nec est institutum nisi longissimi post temporis intervallo, & initio Augustæi principatus? Nam falluntur quoque, qui ejus originem a præclaro facinore tergeminorum Horatiorum repetendam ducunt, & eo Halicarnasseum trahunt, qui Ἀρχαιολογ. lib. III. ita infit. Ἔστι δὲ καὶ νόμος παρ' αὐτοῖς δι' ἐκεῖνο κυρωθεὶς τὸ πάθος, ᾧ καὶ εἰς ἐμοῦ χρῶνται, τιμὴν καὶ δόξαν ἀθάνατον τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις περιτιθεὶς, ὁ κελεύων οἷς γίνωνται τρίδυμοι παῖδες, ἐκ τοῦ δημοσίου τὰς τροφὰς τῶν παίδων χορηγεῖσθαι μέχρις ἥβης. Lex ipsa Tullum Hostilium latorem habuit, ut patet, hisque ferme concepta verbis, sola ex omnibus, quas ipse Rex condidit, adhuc superstes est: *Nati trigemini, donicum puberes esunt, de publico aluntor.* Τρίδυμοι παῖδες, *nati trigemini*, trini sunt uno partu editi: sicut δίδυμοι, *gemini*, Castor & Pollux ex eodem ovo nati, ut est in fabulis, nominantur: & Ægyptiæ mulieres singulis puerperiis τετράδυμα τίκτειν, *quadrigeminos* interdum *parere*, Straboni Geographicorum XV. dicuntur: & ex iisdem unam ἑπτάδυμα τετοκέναι *septemgeminos peperisse*, tradit apud eundem Geographum Aristoteles. Itaque τριδύμους παῖδας loci adscripti ex Dionysio, *trinos liberos* non recte vertit Enneadis II. lib. IV. Cocceius Sabellicus. Nam id privilegium, quo de agit nobilis Historicus, non impetrarunt sub regibus, aut stante Republica, quilibet trinum liberorum parentes; sed duntaxat τριδύμων, *tergeminorum*: neque sub Cæsaribus aliter, opinor, obtinuit. Aliud accessit jus, quod commune fuit omnium parentum τριπαίδων, sive τριγονίᾳ nobilitatorum, hoc est, qui trinos liberos, etsi non tergeminos suscepissent. Itaque non *tergeminorum* dictum est, sed *trium liberorum jus*, & ita vulgo passim ab omnibus auctoribus usurpatur: etsi *jus liberorum* ἁπλῶς dixerit Julius Paulus J. C. *Jura parentum*, Junius Juvenalis; *parentum Privilegia*, Corn. Tacitus; *Auctoritatem trium liberorum*, Florens Tertullianus. Caussa ejus potissima, summa civium penuria fuit, illata ex bellis civilibus, cui ut medicinam faceret Augustus, simul & rei uxo-

riæ

riæ ac πολυπαιδίας amorem induceret, partim jus illud instituit, & cum eo custodiæ, tutelæ, cæterorumque munerum personalium, ut vocant, immunitatem conjunxit; partim vero leges nobilissimas Juliam A. U. C. DCCXXXVI. & Papiam Poppæam A. DCCLXI. fixit, & alia ingentia præmia pœnasque non mediocres, has ἀγαμίᾳ καὶ ἀπαιδίᾳ, illas φιλογαμίᾳ καὶ εὐτοκίᾳ pro rata portione proposuit, ut Suetonius, Tacitus, Dio, Horatius, Scholiastes Juvenalis, alii multi tradiderunt.

Neque a Numa lictoris honorem eædem virgines habuerunt, sed ab Octavio Cæsare, M. Antonio, & M. Lepido IIIviris, ut optime scripsit Historiæ Augustæ princeps Dio lib. XLVII. A. U. C. DCCXII. ubi & caussam hujus instituti subjungit: ταῖς δὲ ἀειπαρθένοις ῥαβδούχῳ ἑνὶ ἑκάστῃ χρῆσθαι ἔδωκαν· ὅτι τις αὐτῶν ἀπὸ δείπνου πρὸς ἑσπέραν οἴκαδε ἐπανιοῦσα, ἠγνοήθη τε καὶ ὑβρίσθη. Ab hac igitur occasione IIIviri lictorem in præsidium simul ac decus Vestali Virgini præire tum primum isto anno voluerunt.

Non denique Plutarcho damus, oportuisse jurare Vestalem sacerdotem, casu se non consilio factam obviam reo, qui ad supplicium ducebatur. Nam Sacerdotii honore ei vel injuratæ credebatur, & ad jusjurandum ipsam adigere populus Romanus ducebat summum nefas. Hoc convincunt verba Prætoris ex edicto perpetuo de Flamine Diali, & de Sacerdote Vestæ, quæ adscripsit in suis Noctibus A. Gellius cap. XV. extremo libri X. *Sacerdotem Vestalem & Flaminem Dialem in omni mea jurisdictione jurare non cogam.* Vide Lipsium Syntagmate de Vesta & Vestalibus.

ANIMADVERSIO VI.

Quod annus Romuli fuerit solummodo denum mensium, dierum CCCIV. *contra Plutarchum, Macrum, Fenestellam (de his obiter) & Josephum Scaligerum, qui fuisse duodecimestrem contendunt. Dati testes omni exceptione majores anni Romulei decimestris. Explicatus Ovidius. Lustrum, spatium* V. *annorum. Incogitantia Ovidii. Quando scribebat Censorinus.*

In eodem NUMA, pag. 155.

Ῥωμύλου βασιλεύοντος, ἐν μησὶ φυλάττοντες (ἦσαν) μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται. Pag. 156. Μετεκίνησε δὲ τὴν τάξιν τῶν μηνῶν. τὸν γὰρ Μάρτιον πρῶτον ὄντα, τρίτον ἔταξε· πρῶτον δὲ τὸν Ἰαννουάριον, ὃς ἦν ἑνδέκατος ἐπὶ Ῥωμύλου· δωδέκατος καὶ τελευταῖος, ὁ Φεβρουάριος, ᾧ νῦν δευτέρῳ χρῶνται). Duo dicit, & annum sub Romulo fuisse dierum CCCLX. & duodenos menses in ipsum annum sub eodem Rege fuisse imputatos: ideo deerrat dupliciter. quod enim sequitur de anno decimestri,

mestri, non ex sua, sed ex aliorum opinione id aperte subdit. In annum veterum Romanorum ante ordinationem Pompilianam denos solummodo menses, dies trecenos quaternos fuisse assignatos, & docti sciunt, & testibus πολλοῖς κἀγαθοῖς adversus Plutarchum, sed non solum, rudioribus pervincimus. *Sed non solum* dixi. Nam & olim annum Romanum Licinius Macer, atque postea Lucius Fenestella, statim initio Urbis, duodecim mensium fuisse tradiderunt, ut est videre apud Censorinum libro de die Natali cap. XX. (Licinium Macrum intellige, Annalium conditorem veterem ac nobilem, quippe cujus auctoritate res dubias T. Livius plerumque amat confirmare: L. autem Fenestellam, non illum nescio quem, qui hodie teritur manibus puerulorum, scilicet χθὲς καὶ πρώην a semidocto scholastico consutum; sed alium scriptorem Annalium, qui obiit novissimo Tiberii Cæsaris principatu, ut notat Plinius, & quem cum honore ipse major Plinius, noster Plutarchus, Gellius, Ulpianus, Tertullianus plus uno loco attestantur) & nudiustertius Josephus Scaliger in II. De emendat. tempor. magno conatu voluit comprobare. Rationes, quas adducit, quam non ratæ? quam fere nihil, præter καινοτομίαν plurimam, & illam, quæ D. Basilio dicitur ἀμετρεία τῆς ἀνθολκῆς, *immoderatam cupiditatem trahendi omnia in sequiorem partem* denotant? Classicis auctoribus prope omnibus, Criticis, Historicis, Poetis, Grammaticis suam obstringere fidem quanto tutius? M. Terentius Varro, investigator omnis antiquitatis diligentissimus, & Romanorum sine controversia eruditissimus, annum decimestrem sub Romulo placuisse omnium primus admonuit, teste Censorino in libro, quem proxime dixi. Hoc vult ipsum princeps Romanæ Historiæ T. Livius in Numæ Pompilii rebus, cum ait: *Omnium primum ad cursum Lunæ in* XII. *menses Numa describit annum.* Ovidius poeta dulcissimus, idemque Romanæ vetustatis & in inventis rebus, & in actis eximie peritus, initio primi Fastorum:

Tempora digereret cum conditor Urbis, in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis, quam sidera, Romule, noras,
Curaque finitimos vincere major erat.
Est tamen & ratio, Cæsar, quæ moverit illum,
Erroremque suum quo tueatur habet.
Quod satis est, utero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses a funere conjugis, uxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.
Martis erat primus mensis, &c.

Et mox:

Ast Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras,
Mensibus antiquis addidit ille duos.

Idem

Idem de primis Quiritibus & eorum anno lib. III.

Mensibus egerunt lustra minora decem.

Recte. Lustra enim antiqua quinum annorum plenorum, id est, duodecimestrium, fuerunt. Apuleius Apologia pro se: *Annos computet, quos* LX. *mulieri assignabat, probet* V. *&* L. *Lustro mentitus est*, id est quinquennio, ut patet. Hinc Glossæ, *Lustrum*, πενταετηρίς. Igitur lustrum sub Romulo, hoc est, spatium quinum annorum, decimestrium videlicet, denis mensibus lustro, sive quinquennio Pompiliano minus fuit. Paulo post:

Annus erat, decimum cum Luna receperat orbem:
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus,
Seu quia bis quino fœmina mense parit:
Seu quod ad usque decem numero crescente venitur,
Principium spatiis sumitur inde novis.
Primus oliviferis Romam deductus ab armis
Pompilius menses sensit abesse duos.

Quod autem ait Poeta, Romuli annum cum Lunæ decimo orbe finiisse: innuit menses jam sub Romulo fuisse Lunares, hoc est, cum Lunæ cursu convenisse: quod tamen ante videtur negasse T. Livius, & Macrobius atque Solinus expresse infra confutant, etiam Plutarchus, cui propterea Romani veteres τῆς ἀνωμαλίας γιγνομένης περὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες appellantur. Auctor libelli de Viris illustribus, quem plerique Plinium Juniorem nominant, cap. III. *Annum in* XII. *menses Numa distribuit, additis Januario & Februario.* C. Julius Solinus Memorabilium cap. II. *Romani in initio annos decem mensibus computaverunt a Martio auspicantes, adeo ut ejus die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent veteribus virides laureas, Senatus Populusque comitia agerent, matronæ servis suis cœnas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illæ ut honore promptius obsequium provocarent: hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris.* Nam mense Decembri, qui finiebat annum, Saturnalia celebrabantur, ut notum est. Post idem auctor: *Tunc enim iste numerus* (X. mensium) *explebat annum, ita ut sex menses tricenum dierum essent, quatuor reliqui tricenis & singulis explicarentur. Sed quoniam ratio illa ante Numam a Lunæ cursu discrepabat, lunari computatione annum peræquarunt, quinquaginta & uno die adjectis.* Grammatici quidam apud Gellium lib. III. c. XVI. *Homeri ætate, sicut Romuli, annum fuisse non* XII. *mensium, sed* X. respondent. Macrobius primi Saturn. cap. XII. *Non igitur mirum, in hac varietate Romanos olim auctore Romulo annum suum* X. *habuisse mensibus ordinatum, qui annus incipiebat a Martio,*

&

& conficiebatur diebus CCCIV. Idem eodem extremo capite: *Hæc fuit a Romulo annua ordinata dimensio, qui, sicut supra jam diximus, annum* X. *mensium, dierum vero* IV. *&* CCC. *habendum esse instituit; mensesque ita disposuit, ut quatuor ex his tricenos singulos, sex vero tricenos haberent dies. Sed cum is numerus neque Solis cursui, neque Lunæ rationibus conveniret,* &c. Censorinus, eximius ille & doctissimus temporum & antiquitatis vindex, in aureolo libro de Die natali, quem ad Q. Cærellium scribebat anno a constitutione Iphitearum Olympiadum MXIV. id est, Olympiadis CCLIV. anno II. Christi Domini CCXL. Imperii Maximini IV. *Annum vertentem Romæ Licinius quidem Macer, & postea Fenestella, statim ab initio* XII. *mensium fuisse scripserunt. Sed magis Junio Gracchano, & Fulvio, & Varroni, & Suetonio, aliisque credendum, qui* X. *mensium putaverunt fuisse: ut tunc Albanus erat, unde orti Romani. Hi* X. *menses, dies* CCCIV. *hoc modo habebant:*

Martius	XXXI.
Aprilis	XXX.
Maius	XXXI.
Junius	XXX.
Quintilis	XXXI.
Sextilis & September	XXX.
October	XXXI.
November & December	XXX.

Quorum quatuor majores pleni, cæteri sex cavi vocantur. Ex hoc Censorini testimonio, præter laudatos auctores, adhuc Suetonium, Fulvium Nobiliorem, & Junium Gracchanum, antiquos & illustres scriptores, de anno Romuli decimestri plane eadem cum Varrone sensisse cognoscimus, etsi eorum, sicut & Varronis ipsius opera, in quibus hoc argumentum sedulo tractatum atque agitatum fuerat, acta retro secula nobis inviderunt. Hic ergo valeat, si unquam alibi, Græcorum adagium vetus, τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ.

ANIMADVERSIO VII.

Argumentatio Plutarchi ἀσυλλόγιστος, ut probet eorum opinionem, qui X. *solum menses in anno vetere Romano fuisse contendebant. Anni Hebraici antiqui, & hodierni Sinensis, Japonici, atque Indici menses ab ordine & numero denominati. Animadversa & soluta objectio assertorum anni duodecimestris sub Romulo. Regnum Romuli annorum* VII. *&* XXX. *decimestrium an δωδεκαμήνων.*

In eodem NUMA pag. 156.

Πολλοὶ δέ εἰσιν, οἱ προστεθῆναι τούτους ὑπὸ Νουμᾶ τοὺς μῆνας λέγουσι, τόν τε Ἰαννουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον, ἐξ ἀρχῆς δὲ χρῆσθαι δέκα μησὶν εἰς τὸν ἐνιαυτόν. Id quidem recte ac vere Plutarcho, atque illis plurimis, quos intelligit, proditum, ex animadversione nostra superiore

riore cognoſci poteſt. Hoc vero putide ac pueriliter, quod ſequitur: Ῥωμαῖοι δὲ ὅτι μὲν δέκα μῆνας εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἔταττον, οὐ δώδεκα, τεκμήριον ἡ τοῦ τελευταίου προσηγορία. δέκατον γὰρ αὐτὸν ἄχρι νῦν καλοῦσι. Rurſus in Problem. Romanis, quæſtione XVIII. pag. 268. A. τὸ γὰρ παλαιὸν ὁ Μάρτιος ἠριθμεῖτο πρότερος, ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς δῆλόν ἐστι τεκμηρίοις, καὶ μάλιστα τῷ τὸν πέμπτον ἀπὸ τοῦ Μαρτίου, πέμπτον· καὶ τὸν ἕκτον, ἕκτον ὀνομάζεσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἐφεξῆς ἄχρι τοῦ τελευταίου, ὃν Δεκέμβριον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ Μαρτίου δέκατον ἀριθμουμένων. ἐξ οὗ δὴ καὶ παρέστη τισὶν οἴεσθαι καὶ λέγειν, ὡς οὐ δώδεκα μησίν, ἀλλὰ δέκα συνεπλήρουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι τὸν ἐνιαυτόν. Cauſſæ optimæ, ſed non ſuæ (nam Romuli annum duodecimeſtrem ipſe conſtituit) peſſime ac plane quaſi quadam prævaricatione hic noſter patrocinatur. Quod enim menſis Martius anni veteris Romanorum initium fuerit, & ab eo decimus ſit December, qui à numero & ſitu inditum nomen eſt, nec alius poſt eum ſequatur, qui a numero appellationem habeat: infert cogitque, aut iſti anni Decimeſtris aſſertores, Decembrem anni Romulei menſem poſtremum fuiſſe, nec alium poſt eum ullum, non Januarium, non Februarium ſecutum. Hæc concluſio quam bene ſequatur ex præmiſſis, Logici viderint: nos aliam potius collectionem præſertim a Philoſopho exſpectabamus. Quo enim ſcito nomina menſibus ab ordine atque numero facienda eſſe noverat ſive Plutarchus, ſive ipſi alii, quos nobis narrat, cauſam hanc ſuæ illius ſuſpicionis præcipuam attuliſſe; quemadmodum in antiqua Hebraici anni forma fuiſſe accipimus, & adhuc eſſe in hodierna Sinarum, Japonenſium, & Indorum, qui ſuos menſes primos, ſecundos, tertios, & ita porro nominant, αὐτόπται μάρτυρες teſtificantur. Quod ſi Romæ principio receptum fuit, quidni ego pariter contendam ſequi, Martium, Aprilem, Maium, Junium, ante ordinationem Pompilianam nequaquam fuiſſe, qui non ſunt a numero cognominati, non Martius dicitur primus, non Aprilis ſecundus, non Maius tertius, non Junius quartilis, ut recte quoque Scaliger obſervat. Huic autem eidem, & noſtro Plutarcho, atque aliis aliquibus illum annum Romuli δεκάμηνον explodentibus, & δωδεκάμηνον fuiſſe ſtatim initio affirmantibus, oleum atque operam totam periiſſe, animadverſione ſuperiore ſatis eſt commonſtratum.

Tamen pro illorum opinione hæc fortaſſean aliquis objiciet: Fatentur prope omnes antiquæ memoriæ ſcriptores, regnare Romulum cœpiſſe Olympiadis VII. anno I. deſiiſſe autem anno eodem XVI. Olympiadis: Igitur regnavit IX. ſolidas Olympiades, ſingulas quaternum annorum

norum nostratum, vel mensium duodequinquagenum absolutorum, id quod mediocriter docti sciunt: igitur annos eosdem nostros senos, aut, si vis, septenos & tricenos, quot annorum T. Livius, Dionysius Halicarnassensis, noster Chæroneus, Historici alii ferme universi, regnum Romuli fuisse produnt. At isti anni Romulei si decimestres tantum fuissent, addere oportuisset quaternos & septuagenos menses, sicut patet, id est, plus integro septennio, ut ipsas IX. Olympiades in illiusmodi annos decimestres resolverent. Sed est responsio in promptu: Auctores scilicet potuisse καθ' ὁμαλισμὸν, sive *per æquationem*, prioris ævi calculum rationibus ætatis suæ accommodare, hoc est, ex pluribus annis decimestribus sive Romuleis efficere pauciores, nempe VII. & XXX. solidos, & duodenum mensium singulos; quot scilicet a primis Urbis Palilibus ad Romuli exitum numerantur: aut hoc ipsum facere Numam potuisse, quando binos menses addidit, & cavere, ut sic deinceps anni Urbis putarentur. Nam anni, quos regnavit Romulus septenos & tricenos, duodecimestres haud dubie fuerunt, ut ex iis, quas modo dixi, Olympiadibus manifestum relinquitur. Igitur annos suos (decimestres) quaternos & quadragenos, eoque amplius, Romulus Rex fuit.

ANIMADVERSIO VIII.

Jani Quirini fores semel ab Augusto, post U. C. ad Trajani tempora ter duntaxat clausas temere Plutarchum credidisse. Quoties id acciderit sub Augusto, quoties item ante & post eundem principem, non incuriose declaratum. XIII. *Jani* κλείσεων *mentio in antiquis memoriis. Dissensum a Lipsio, item & a Casaubono. Utrum nascente Christo Janus Geminus sit clusus, ut narratum Orosio. Ejus vana pietas & officiosum mendacium. Florus reprehensus an excusatus. Vellicati Camers & Vinetus. Janum tertio clausum ab Augusto non diu mansisse obseratum, ut scriptum Casaubono post Orosium. Quartum claudere Jani portas Augustum voluisse, nec potuisse. Orosii & Pauli Diaconi erratio. Quinquies videri Janum clausum a Nerone: & falli qui tantum semel putant. Vulgata scriptura in Suetonio retenta contra Lipsium & Torrentium. Duplex Senectus. Annus tricesimus octavus initium Senectutis. Suspectus mendi Victor Aurelius. Adhuc mansisse consuetudinem Jani claudendi sub primis Christianis Impp. Caussa errandi super Jani portis Plutarcho. Velleius & Livius, an & ipsi erravunt? Errores semel admissi, deinceps nullo examine retenti a scriptoribus. Herba Eryngium.*

In eodem NUMA pag. 158.

NOμίζεται γὰρ ἀνεῷχθαι (νεὼν Ἰανοῦ δίθυρον) ὅταν ᾖ πόλεμος, κεκλεῖσθαι δ' εἰρήνης γενομένης· ὃ δὴ χαλεπὸν, ἢ καὶ σπανίως γινόμενον, ἀεί τινι συνηρτημένης πολέμῳ τῆς ἡγεμονίας, διὰ μέγεθος τοῖς κύκλῳ περικεχυμένοις γένεσι βαρβάροις ἀντερειδούσης. πλὴν ἐπί γε τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος ἐκλείσθη, καθελόντος Ἀντώνιον· καὶ πρότερον ὑπατευόντων Μάρκου Ἀτιλίου, καὶ Τίτου Μαλλίου χρόνον οὐ πολύν. εἶτα εὐθὺς ἀνεῴχθη πολέμου συῤῥαγέντος· ἀλλ' ἐπί γε τῆς Νουμᾶ βασιλείας οὐδεμίαν ἡμέραν ἀνεῳγμένος ὤφθη, τρία δὲ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη συνεχῶς ἔμεινε κεκλεισμένος. Hoc ait: Janum geminum a Numa secundo rege primo clausum, nec toto ejus regni decursu, hoc est, annis solidis ternis & quadragenis, illud patuisse. Addit Coss. T. Manlio Torquato, C. Attilio Balbo II. (A. U. C. DXVIII.) iterum clausum, sed statim (eodem anno) apertum denuo fuisse. Tertiam κλεῖσιν tribuit Augusto post victum M. Antonium, quod est dicere, anno IV. Olym. CLXXXVII. U. C. DCCXXIV. C. Octavio Cæsare quintum, Sexto Apuleio Coss. Atque hoc optime Plutarchus. Nam idem attestantur Livius in primo rerum Romanarum, Paterculus Historiarum lib. II. cap. XXXVIII. Tranquillus libro II. cap. XXII. Florus lib. II. cap. III. & ultimi libri cap. ultimo: Orosius lib. III. cap. VIII. lib. IV. cap. XII. lib. VI. cap. XX. atque alii passim. Neque vero prætermittendus Dio Cassius, qui quam diserte quartæ Jani κλείσεως factæ ab Augusto post Cantabricam victoriam meminit iis verbis, quæ postmodum afferemus; tertiæ, quæ auctorem eundem Cæsarem habuit victorem de Cleopatra Antonioque, tam expressam mentionem facit libro LI. actis A. U. C. DCCXXV. Πλεῖστον δ' ὅμως ὑπὲρ πάντα τὰ ψηφισθέντα οἱ ὑπερήσθη, ὅτι τάς τε πύλας τὰς τοῦ Ἰανοῦ, ὡς καὶ πάντων σφίσι τῶν πολέμων πεπαυμένων αὐτοῖς, ἔκλεισαν.

Illud vero Plutarchus ait non recte, semel duntaxat Janum clusisse Augustum: non item illud recte, post Augustum ad sua, vel Trajani tempora, clausam Jani portam a quoquam alio non fuisse. Id enim haud dubie vult, cum quotiens Janus clausus ad ætatem usque suam aggressus ostendere, ternæ κλείσεως solummodo meminit. Totidem alias ut minimum addere oportuit: duas ejusdem Augusti, Vespasiani unam, & Neronis fortassis unam aut plures.

Primum enim quod Augustus Janum ter clauserit, viri docti pridem notaverunt, & testibus locupletissimis non difficiliter hic adversus Plutarchum nos evincimus. Suetonius in Augusti rebus cap. XXII. *Janum Quirinum semel atque iterum à condita Urbe*

be ante memoriam suam clausum, in multo breviori temporis spatio, terra marique pace parta, ter clausit. Quem locum quidam nuper sollicitare ausi, atque adeo *tertio*, corrigere, ut Suetonio & Plutarcho penitus conveniret, seipsi corrigendos aliis acutioribus Criticis præbuerunt. Clare namque vult Suetonius, unicum Augustum in multo breviori temporis spatio (in solo decennio) sæpius clausisse Janum, quam omnes temporum retro actorum duces & Imperatores ab origine Urbis ad ejus principatum: hi scilicet bis, ter ille, hoc effecerunt. *Tertio* substitue, quis verborum Suetonii sensus supererit non plane ridiculus ac despuendus? Habet porro hic diligentissimus Historicus, e scriptoribus antiquis, qui pro se pugnent, & quod verbo dixit, fuse perque partes testificentur. Nam Augustum nonum Consulem, Syllano collega, U.C. anno DCCXXVIII. quartum Jani portas obseravisse, caussamque clusuræ hujus bellum fuisse Cantabricum in Hispania feliciter confectum, sicut tertiæ, hoc est, prioris Augustææ Actiaca victoria fuerat ex Cleopatra & M. Antonio, docet Dio Coccejus libro III. & L. in IX. Augusti Consulatu extremo: Αὔγουστος μὲν ταῦτά τε τοῖς πολέμοις (πρὸς τοὺς Καντάβρους) ἔπραξε, καὶ τὸ τοῦ Ιανοῦ τεμένισμα ἀνοιχθὲν δι' αὐτοὺς ἔκλεισεν. *Augustus bellis* (adversus Cantabros) *in hunc modum profligatis, Jani templum ob ea reseratum occlusit,* ὡς εἰρήνης οὔσης, addit ejus breviator, παντελοῦς τοῖς Ῥωμαίοις: *pace terra marique parta Romanis.* Testatur & Paulus Orosius lib. VI. cap. XXI. Historiarum: *Cantabricæ victoriæ hunc honorem Cæsar detulit, ut tunc quoque belli portas claustro cohiberi juberet. Ita tunc secundo per Cæsarem, quarto post Urbem conditam clausus est Janus.*

Super Augustææ Jani κλείσεως tertiæ tempore eruditi Critici serram inter se reciprocant. In primo Electorum capite XX. Justus Lipsius eam ad XI. Augusti Consulatum, hoc est, ad A. U. C. DCCXXX. refert, ex inscriptione cujusdam lapidis, qui Emeritæ Augustæ in Hispania: *IMP. CÆS. DIVI. FIL. AUGUSTUS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBUNIC. POT. X. IMP. VIIII. ORBE. MARI. ET TERRA. PACATO. TEMPLO JANI CLUSO.* Sed fallitur Lipsius, ut est Casaubono recte animadversum. Haud enim iste lapis indicat, quo anno Janus ab Augusto clusus fuerit, sed tantum inter argumenta summæ illius felicitatis templum Jani ab eo clusum ponit. Neque vero ipsi propterea Casaubono assentiar, eandem contendenti κλεῖσιν in nascentis Messiæ tempora rejici oportere, tametsi ab eo stet pluribus uno locis Paulus Orosius, cujus hæc verba statim initio Historiarum: *Quo Christi nativitas fuit anno Imperii Cæsaris Augusti* XLII. (mallem XLI. aut potius XL.) *cum*

cum facta pace cum Parthis, Jani portæ clausæ sunt, & bella toto orbe cessarunt. Hoc quoque suadet fusissime libri III. cap. VIII. Et libro VI. cap. XXII. *A. U. C.* DCCLII. *C. Augustus ab Oriente in Occidentem, a Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani curriculum cunctis gentibus una pace compositis, Jani portas tertio ipse tunc clausit.*

Sed ipsum bonum Orosium quam fugit ratio, qui clusuram illam refert ad tempus nati nostri Servatoris, quam planum est, & ipse satis indicat, totis decem & septem annis priorem fuisse. Ait enim *facta pace cum Parthis* Augustum eam indixisse. Florus idem clare convincit in extrema Historia: *Parthi,* inquit, *quasi victoriæ pœniteret, rapta, clade Crassiana, ultro signa retulere. Sic ubique cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. Aususque tandem Cæsar Augustus septingentesimo ab Urbe condita anno Janum geminum claudere, bis ante se clausum, sub Numa Rege, & victa primum Carthagine.* Tametsi largiter, vides, errat ipse Florus, quod & duas priores Jani κλείσεις Augustæas omiserit, vel potius illas cum hac tertia confuderit (& sane brevissimo temporis tractu distinctæ inter se fuerunt, ut properanti Epitomastæ, nec ἀκρίβεια plurima singula secernenti fere videri & nominari una queant) & anno septingentesimo tribuerit, in quem nulla ex tribus clusuris, quæ auctorem Augustum habuerunt, incidere potuit. Sed more suo numerum absolutum sive rotundum posuit, excurrentem triacontaeteridem, & amplius ut mox patebit, facile neglexit. Nam Elias Vinetus, & magis multo Joan. Camers, dum illustrare hunc Flori locum voluerunt, potius tenebras ei offuderunt. Dio quoque Cassius in actis A. DCCXXXIV. libro LIV. tantum non conceptis verbis loquitur, clausum ab Augusto Janum, cum Phraates Rex Parthorum signa Romana, quæ ipse Antonio pulso, & ejus pater Orodes Crasso oppresso ceperant, ad Augustum remisit. Scribit enim sacrificia ejus rei causa indicta, templum Marti Ultori decretum, indeque perfectum. Augustum vero principem ovantem equo in Urbem invectum, arcu triumphali cohonestatum, denique οὐδὲν πολέμου τότε ἐφάψασθαι. Quod dicere quid aliud est, quam Jani portam occlusisse? Nam Janus non patebat, nisi bellum esset, & hoc confecto statim ac sine mora obserabatur. Itaque Dionem ibi pauculis verbis mutilatum, quibus illam κλεῖσιν signaverat, non abs re, puto, suspicere.

Ut ut sit, facta pace cum Parthis Janum clausit Augustus: igitur M. Apuleio, P. Silio Nerva Coss. A. U. C. DCCXXXIV. ex calculo Dionis, sive DCCXXXIII. ut nostri Chronologi supputant; Igitur triennio posterius, quam Lipsius crediderit, annis XVII. vel XVIII, prius quam persuasum habu-

habuerit, vel potius habere nos voluerit Orosius. Voluit enim, ut alibi assolet, hoc fuco Dominicum adventum illustrare. Scilicet absque illo esset, Jesu Christi nostri liberatoris κατάβασιν καὶ ἐνσάρκωσιν non homines, non angeli stuperent & nunc, & in ventura secula sempiterna.

Neque vero tertium ab Augusto clausus Janus, per annos multos & ad Varianam usque cladem (hæc in A. DCCLXII. incidit) ut vir doctus existimat, mansit obseratus: siquidem & anno, qui pacem Parthicam excepit, Cantabri jugo excusso ingentis & perdifficilis belli materiam ingentem præbuerunt, adeo ut in eos non mandaverit expeditionem, sed ipse sumere necesse habuerit Augustus: & annis qui proxime sequuti sunt, cum in aliis orbis terræ tractibus, tum in Germania arma mota eundem Augustum illuc pertraxerunt adversus Cheruscos, Suevos, Sicambros, Usipetes, Tenctheros, Cattos, & Marcomannos, qui Romanos aliquammultos in suis terris deprehensos crucibus damnaverant, exin Rheno transmisso, prædas ex Gallia egerant, Romanum Equitatum per insidias circumventum ceciderant, Lollium præfectum fugaverant, viginti centuriones cremaverant, ut fuse narratur a Dione in actis A. A. DCCXXXV. DCCXXXVIII. DCCXXXIX. & sequentium. Vide sis & Florum lib. IV. cap. XII. Inepte dictum eidem Orosio, & ejus exscriptori Paulo Diacono, Dacorum commotione patuisse Jani fores. Ante illam siquidem bella prædicta effecerant, ne occluderentur. Sed illis tandem feliciter confectis, ibat quartum Jani portas clausum Augustus, cum ecce Daci & Dalmatæ ad arma denuo evocarunt A. U. C. DCCXLIII. Clare Dio in ejus anni actis libro LIV. extremo: Ἐψηφίσθη μὲν οὖν τὸν Ἰανὸν τὸν Γεμινὸν, ὡς καὶ πεπαυμένων τῶν πολέμων (ἀνέῳχθη γὰρ) κλεισθῆναι. οὐ μέντοι καὶ ἐκλείσθη· οἵ τε γὰρ Δακοὶ τὸν Ἴστρον πεπηγότα διαβάντες, λείαν ἐκ τῆς Παννονίας ἀπετέμοντο, καὶ οἱ Δαλμάται πρὸς τὰς εἰσπράξεις τῶν χρημάτων ἐπανέστησαν. Et hæc bella statim alia subsequuta sunt, ut nulla caussa legitima claudendi Jani amplius extiterit ad usque Vespasianum.

Sextum igitur post Urbem conditam Janum clusit Vespasianus, se tertium & Cocceio Nerva Coss. anno post Christi σταύρωσιν XL. Paulus Orosius lib. VII. cap. IX. *Qui continuo* (cum Tito Vespasianus post actum triumphum de Judæis) *omnibus bellis ac tumultibus domi forisque compressis, pacem totius orbis pronunciaverunt, & Janum geminum obseratis cohiberi claustris, sexto demum ipsi post Urbem conditam censuerunt. Jure enim idem honos ultioni passionis Domini impensus est, qui etiam nativitati* (falsum hoc postremum, ut dixi modo) *fuerat attributus.* Bene ac proprie *sexto*. Nam Rege Numa semel, iterum

rum Coss. Attilio Manlioque; ter sub Augusto, sexto denique his principibus. Etsi *septimo*, vel forte *undecimo*, nullo magno errore scribere potuisset. Discimus enim ex nummis Neronis, qui adhuc circumferuntur cum hoc Epigrammate, Onuphrio Panvinio teste in suo Fastorum Consularium: PACE POP. ROM. TERRA MARIQUE PARTA. QUINCT. JANUM CLAUSIT: ex his, inquam, nummis evidenter primi colligimus, eum toties Jani portam clausisse, quoties ante se ab Urbe condita clausum compererat, id est, quinquies: quod væcors ille princeps, opinor, voluit, ut eo pacto unus omnes temporis anteacti principes in bellis & pace ad arbitrium conficiendis adæquasse videretur. Nam illud *Quinct.* sive *quinctum* referri ad Augustum & alios, qui ante Numam Janum clauserunt, vetant quæ supra dicta sunt, & ex quibus non quater, sed quinquies Janum esse clausum abunde cognoscitur, priusquam Nero ad Imperii gubernacula admoveretur. Hinc magna lux Suetonio, vel potius tenebræ discussæ, quas Lævinus Torrentius, & Justus Lipsius, viri & rerum & memoriæ non indiligentes, ei obduxerunt, dum ad hunc ejus locum, certe clarissimum, nimisquam sunt ipsi hallucinati: *Janum geminum clausit* (Nero) *tam nullo quam residuo bello.* Hæc enim verba cap. XIV. lib. VI. utrimque paragrapho secerni ab aliis, quæ antecedunt & subsequuntur, debent, & manifestissimo indicio sunt, a Nerone sæpius clausum esse Janum, id est, quinquies, ut nummi explicant. Negat Torrentius distrahenda hæc verba ab iis quæ præcedunt, & legendum existimat: *Ob quæ Imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Janum geminum clausit*, &c. & putat videri Neronem voluisse illa Tiridatis ostentatione, quam narrat Historicus, terrarum orbem, tanquam nullo residuo bello, pacavisse. Quamobrem corrigit contra omnium codicum fidem, & una cum eo Lipsius capite VIII. lib. II. Antiquarum, *Janum geminum clausit tanquam nullo residuo bello.* Nos argutias & ingenium laudamus, sed antiquam lectionem retinemus iis rationibus, quæ dictæ sunt. Vult quod nos, elegans Casaubonus, nisi quod voci *Janum* virgulam tantum præfigendam censet: post vocem vero *clausit*, bina puncta suffigenda: & omnino ita legendum: *ob quæ Imp. consal. laurea in Capitol. lata, Janum geminum clausit: clausit enim tam nullo, quam residuo bello.* Ut narret Suetonius, Neronem ob adventum Tiridatis, Janum clausisse, idque sæpe alias fecisse non meliore causa, neque bellis omnino compositis.

Hæc porro cum sint, non injuria κλεισεων istiusmodi rationem nullam sibi habendam putavit Orosius, & sextum a Vespasiano ædem Jani clausam prodidit, quasi ab Augusto ad hunc

hunc principem nemo id præstitisset. Hoc ante illum sane fecerat excellens, & ubique serius auctor, Corn. Tacitus in aliquo ex iis libris, qui hodie magno nostro malo desiderantur. Scripserat enim: *Sene Augusto Janus patefactus, dum apud extremos* (aliter *extimos*) *terrarum terminos novæ gentes sæpe ex usu, & aliquando cum damno quæruntur, usque ad Vespasiani duravit Imperium.* Clare negat Janum a quoquam clausum (intellige veris caussis & legitimis) post Augustum ad Imperium Vespasiani: & rationem subjicit, quia quæ tempora intercurrerunt, adversus has & illas gentes bella semper aliqua bellanda habuerunt. Quem Taciti locum naufragio subduxere Paulus Orosius, & Historiæ Miscellæ auctor (sive Paulus Diaconus, sive Theophanes is sit) lib. VII. cap. XX. Qui etiam, ut solet, ipsius Orosii verbis triplicem illam Jani clusuram factam ab Augusto commemorat; primam quidem libri ejusdem septimi cap. XI. alteram cap. XIII. tertiam cap. XVIII. Vide Lipsium cap. IIX. lib. II. Antiquarum lectionum, & Casaubonum Animadvers. in Augustum Suetonii. Nubeculam prædictis inducit illa vox *sene*, si modo Taciti sit, non potius ab Orosio addita, ut firmaret quæ ante dixit, nascente Christo clausum ab Augusto Janum; tum enim senex revera fuit Augustus, & sexagenarius. Annum IV. vel V. & XL. vix dum agebat, quo tempore clausum ab eo Janum quinto supra notavimus. Sed etiam hac ætate potuit aggregari iis senibus, quos libro V. extremo ὑγιεινῶν, Galenus nominat ὠμογέροντας, id est, *virentes & crudos senes*, quos etiam πρεσβεβηκότας, e Græcis quidam appellant: etsi non unus ex iis fuerit, quos in ultima senectute positos idem nobilissimus scriptor Galenus ibidem πεμπέλους vocat, quasi *mittendos jamjam in Orcum*, τυμβογέροντας non invenuste quoque Græce dixeris: Latini veteres *depontanos* dixissent; *silicernia* Plautus, vel decrepitos, hoc est, interprete Nonio, ætate ita confectos, ut dubium sit, vivantne, an mortui sint. Accedit quod ex Avicennæ opinione, prima primi, cap. De complexionibus, annus quintus & tricesimus initium facit senectutis.

Qui septimum jure ac proprie Janum clauserit, Marcus Aurelius nominari potest, auctore cognomine Aurelio Victore libro de Cæsaribus, cap. XXVII. *Gordianus in Persas profectus est, cum prius Jani ædes, quas Marcus clauserat, patentes more veterum fecisset.* etsi de Marco id solus Victor tradiderit. De Gordiano vero, scilicet tertio, & cui delatum imperium A. U. C. DCCCCXCII. legimus, eadem quæ Aurelius nimis multi scripserunt. Eutropius libro IX. in rerum Gordiani hujus breviario: *Gordianus, admodum puer, Janum geminum aperuit: & ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit.* Julius

lius Capitolinus in ejus vita cap. XXVI. *Prætextato & Attico Coss.* (A. U. DCCCCXCV.) *Gordianus aperto Jano gemino, quod signum erat indicti belli, profectus est contra Persas cum exercitu ingenti.* Jornandes libro de Regnorum successione, capite LXXXI. *Gordianus Janum geminum aperiens ad Orientem profectus, Parthis intulit bellum.* Theophanes auctor Historiæ Miscellæ, quæ Paulo Diacono falso adscribitur, lib. X. cap. XXVII. *Gordianus Jani gemini portas aperuit, quas utrum post Vespasianum & Titum apertas constet, neminem scripsisse memini.* At enim post Vespasianum & Titum apertas fuisse constat, si clausas a Marco vere ante scripsit Aurelius, & ex eo id accipere potuit Theophanes, qui quadringentis circiter annis Historiam suam posterius concinnavit, ut alibi ostendimus. Fere itaque incessit suspicio esse merum glossema in Aurelio, *quas Marcus clauserat*, aut pro *Marco*, nomen alicujus alius principis reponendum: idque præcipue, quia Marco Imperante novis pene semper motibus concussum Imperium constat, eumque in medio belli ardore, dum ad illud se accingeret, morte præventum obiisse. Sed hæc curatius aliis expendenda ultro relinquimus. Tantum libet addere, antiquam illam Jani claudendi, aperiendique consuetudinem non facile Romanos sivisse aboleri, quam etiam Christiani Principes quidam retinuerunt, siquidem non fallit Ammianus Marcellinus lib. XVI. cap. XV. in actis Constantii Imperatoris, qui Constantino Magno patre ortus, eum in Imperio excepit una cum fratribus A. U. C. MLXXXVIII. his vero sublatis, ad eum summa rerum pervenit A. MCI. exacto inde triennio, sive anno reparatæ salutis CCCLIII. collatis cum Magnentio tyranno signis, ac ingente victoria potitus, Jani templum conclusit, ait Ammianus: *Hæc dum per Eoas partes & Gallias pro captu temporum disponuntur, Constantius concluso Jani templo, stratisque hostibus cunctis, Romam gestiebat visere post Magnentii exitium, absque nomine, ex sanguine Romano triumphaturus.*

Porro, ut omnia dicam, errandi occasionem super Jani portis ab Augusto clausis Plutarcho T. Livius & Velleius Paterculus, opinor, amplissimam fecerunt. Scribit Velleius in II. Historiarum cap. XXXVIII. *Immane bellicæ civitatis argumentum, quod semel sub Regibus, iterum T. Manlio Cos. tertio Augusto principe, Janus Geminus clausus dedit. Tertio* dictum manifesto errore, pro *ter.* Nisi quis Criticus e mitioribus respondeat, non consilium fuisse Velleio, præsertim festinanti, ut solent qui scribunt Epitomas, recensere sigillatim quoties Janum clauserit Augustus, sed solummodo cursim exprimere, quibus temporibus & Principibus sit ipse Janus clausus, sub Numa videlicet,

Manlio,

Manlio, & Augusto. Sin autem ad T. Livium respexit, ut putat Justus Lipsius, nec aliud quam quod ipse, signare in mente habuit, largiter peccavit. In primo Annalium ita Livius: *Bis deinde post Numæ tempora Janus clausus fuit: semel T. Manlio Cos. post Punicum primum perfectum bellum: iterum quod nostræ ætati dii dederunt, ut videremus, post bellum Actiacum ab Imperatore Cæsare Augusto, pace terra marique parta.* Hæc enim cum scriberet T. Livius, cum, inquam, suam rerum Romanarum Historiam ordiretur, non plus semel Augustus Janum clauserat, nondum cesserat ejus armis Cantabria, Parthi signa nondum remiserant, quæ duarum κλείσεων posteriorum caussæ fuerunt, ut ante diximus. Lege cap. XX. lib. I. Elect. Justi Lipsii. At Velleius, qui amicitia Tiberii floruit, eas scire debuit; nescio an accurate & distincte colligere, Cæsarum familiæ usque eo addictus, & aulæ mancipium agens libentissime quoties datur occasio. Est igitur suspicio ad Livii locum oculos nimis intentos Velleium habuisse, sicut habuisse Plutarchum ad Velleianum, & Livianum præcipue, nimis apparet, nec non & alios imi subsellii scriptores, Florum in extrema Historia, Victorem de viris illustribus, cap. LXXIX. & cap. I. de Cæsaribus, Jornandem de Regnorum & temporum successione, cap. LXVI. qui omnes Janum ab Augusto plus semel occlusum tradere adversus eos primæ notæ Historicos nefas duxerunt. Nam in Historicis persæpe id ipsum accidisse observamus, quod de primis Philosophis notat in illo suo eruditissimo dialogo cum Tryphone statim initio sanctissimus martyr Justinus, ut scilicet priorum vestigia posteriores securi examinis, ac nihil de inquirenda veritate solliciti, avide sequerentur. Συνέβη, inquit, τοῖς πρώτοις ἀψαμένοις αὐτῆς (φιλοσοφίας) καὶ διὰ τοῦτο ἐνδόξοις γενομένοις ἀκολουθῆσαι τοὺς ἔπειτα, μηδὲν ἐξετάσαντας ἀληθείας πέρι, καταπλαγέντας δὲ μόνον τὴν καρτερίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐγκράτειαν, καὶ τὸ ξένον τῶν λόγων, ταῦτα ἀληθῆ νομίσαι, ἃ παρὰ τοῦ διδασκάλου ἕκαστος ἔμαθε. Quod querimur, de hoc eodem cum primis Historiarum scriptoribus jam ætate sua expostulavit Thucydides, cum alibi sæpe, tum I. libro de bello Peloponnesiaco, his verbis: Οἱ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται). Possumus fere dicere, Historicis evenire, quod de capellis memorant: e quibus una si herbam Eryngium appellatam semel ore prehenderit, ipsa primum, mox totus grex pariter subsistit, non decessurus, donec adveniens pastor id noxii graminis excusserit, ut noster refert in libro περὶ τοῦ, ὅτι, &c. p. DCCLXXVI. f. Cæterum possis hic usurpare, quod

olim D. Hieronymo, alia tametsi mente, scriptum divinitus: *Peccantium multitudo non parit errori patrocinium.*

ANIMADVERSIO IX.

Assem ex argento fuisse, in Plutarcho mendose legi. Addita κατ' ἐκβολὴν & saltuatim paucula, quæ Plutarchum & rem nummariam illustrant. Assium pondus & ratio ad denarios. Ἀσσάριον, Σηστέρτιον, Δηνάριον. *Denarius æris. Antoniniani aurei. Aurelianei argentei. Philippei ærei. Lucæ δηνάρια δύο. Marci λεπτὰ δύο. Denarius & Solidus Francorum vetus, hodiernus. Alia vellicatim.*

In CAMILLO pagina 298.

Ὦφλε (Κάμιλλος) τὴν δίκην ἐρήμην τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον, χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον. Æris vel assium quindena millia, denarium vel drachmarum sesquimillenum ἀντάξια recte facit Plutarchus. Etsi neque Camilli temporibus, neque plus centenis vicenis post annis nummi ex argento aliqui, nedum denarii Romani fuerint, cum quibus illi ærei permutarentur. Nam Camillus in exilium abiit A. U. C. CCCLXIII. ut constat, & argenteus nummus cudi Romæ cœptus A. U. C. CCCLXXXV. qui ante primum bellum Punicum quintus fuit, Q. Ogulino Gallo, C. Fabio Pictore Coss. ex Plinio, sed emendato, libro XXXIII. cap. III. Zonara II. Annalium, & aliis. Est igitur hic loquutus noster παραληπτικῶς. Deinde rationem habuit proportionis, quæ æs inter & argentum prima Romæ placuit, & ex qua deni æris vel asses, qui primum librales, id est, unciarum duodenum; sextantarii deinde, vel unciarum duum fuerunt, in singulos denarios imputati sunt: id quod obtinuit ad usque annum DXXXV. quo & unciales vel unciæ unius facti sunt asses, & eam ad denarium rationem habere cœperunt, quæ est unius ad sexdecim: hoc est, senis denis assibus ejus ponderis, denarius, qui septies in argenti uncia fuit, est æstimatus. Septem & viginti post annis adhuc imminuti sunt asses, & semunciales solum fuerunt, neque tamen illam ad denarium analogiam senamdenariam amiserunt. Nisi quod circiter Augusti principatum duodecies in uno denario as esse cœpit, id est, duodenis assibus unus denarius valuit. Post paulo, & sub mediis Imperatoribus, quartam duntaxat unius unciæ partem asses appenderunt, & denuo in argenteum denarium, drachmæ Atticæ tunc ἰσοστάσιον, senideni sunt assignati. Horum quadrantes etiam interdum

asses

aſſes dictos eſſe ab auctoribus accipimus, quales IV. & LX. unius denarii, vel drachmæ pretium habuerunt: & tales omnino concipiendi veniunt, quoties apud quoſdam ſcriptores, Aſſium LX. fuiſſe denarium, & aſſem ſexageſimam fuiſſe unius denarii Romani partem legimus. Nec obſtat, quod LXIV. iſtius generis aſſes denarius collegerit: tum enim, ut fere alibi πλατυκῶς & rotunde, non ἀκριβῶς ipſi loqui voluerunt. Hæc raptim, & ὡς ἐν παρόδῳ notata voluimus, fuſiſſime a viris doctis pridem & variis occaſionibus explicata; partim ut lectorum curioſitati aliqua ex parte indulgeamus, partim ut tyrones ab iſtis Plutarchi verbis in errorem induci ſe minime patiantur.

Quod autem ſequitur, ἀσσάριον εἶναι τὸ ἀργύριον, mendum eſt maniſeſtiſſimum, ut ante nos monuit Scaliger, cui & manifeſtiſſimam medicinam minima mutatione, uniuſque literulæ vel denariæ notæ additione facias: ſcribendum enim: Ἀσσαρίων γὰρ ί ἦν τὸ ἀργύριον: *Aſſium* vel *Aſſariorum* X. *erat argenteus denarius.* *erat* recte, ut patet ex ſupra dictis. Aſſarium autem intellige nummarium, non ςατικὸν & ponderale. Tum enim duarum drachmarum eſt; & ejus duplum, Dupondium, quatuor, ut docet Cleopatra in Coſmeticis: Ἀσσάριον ἔχει δραχμὰς β΄. Δυπόνδιον δὲ ὁμοίως ἄγει δραχμὰς δ΄. *Aſſarium pendit drachmas duas: Dupondium ſimiliter trahit drachmas quatuor*; intellige itidem ςατικὰς, & pondus, non aliquem nummum declarantes. Aſſarium itaque ambigui ſignificatus: Aſſarius non item; ſemper enim de nummo κατηγορεῖται. At Græci neutro genere ſemper uſurpant, ſive de nummo, ſive de pondere dicatur, τὸ Ἀσσάριον. Sic denarius & Seſtertius nummi, ab iiſdem τὸ δηνάριον, τὸ σηςέρτιον nominantur. Quanquam & σηςέρτια numero plurium illis ſunt idem, quod ſeſtertia Latinis, hoc eſt, mille nummi ſeſtertii. Patet ex loco Fabii Plutarchici, quem infra illuſtramus & corrigimus. Vide Joſephi Scal. Diſſertationem de Re Nummaria.

Huc tanquam ſymbolam alia quædam conferimus, qui non omnibus obvia ſunt. Denarius niſi ætate Plutarchi, at ſaltem non ita magno poſt intervallo, ἀντὶ τοῦ χαλκισμοῦ, *pro exigua ſtipe*, ut hodie in Gallia, fuit uſurpatus. Valeriani certe temporibus, hoc eſt, ſeſquialtero nati Chriſti Domini ſeculo, hunc ipſius denarii uſum maxime receptum fuiſſe ſcimus ex Flavio Vopiſco, apud quem in Aureliani vita, capite nono extremo ſcribit Imperator Valerianus ad Albinum præfectum Urbis: *Decernes Aureliano ad ſumptus aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centum. Antoniniani aurei* Antonini juſſu primum conflati cer-

certo quodam pondere atque bonitate fuerant, quales cum recepti semel placuissent, retenti sunt ab insecutis principibus simul cum appellatione, excepto duntaxat, quod vultum & nomen, qui postea formati sunt, non Antonini, sed ejus Imperatoris, qui formari jussisset, referebant. De *Philippeis argenteis* idem licet existimare, nec non & de Philippeis æreis & argenteis Aurelianeis; de quibus mentio apud eundem Vopiscum in Probo: *Huic igitur dari jubebis* (verba sunt ejusdem Valeriani Augusti ad Mulvium Gallicanum præfectum prætorio) *aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianeos mille, æreos Philippeos decem millia.* Illi aurei, aliique omnium ferme Imperatorum usque ad Principes Christianos didrachmales, puto, fuerunt, hoc est, singuli nostrorum binorum Solatorum, vel aurei gemini Castiliani (duplum Pistoletum vulgus appellat) pondus & temperaturam habuerunt. Eos quini viceni minutuli argentei Philippei, vel Aurelianei, proportione sesquiduodecupla, ut apparet, æquaverunt: hi siquidem fuere drachmales, id est, aureis dimidio leviores, vel granorum Romanorum LXIII. qui est modus drachmæ Atticæ, nostri aurei Solati, Castiliani Pistoleti simpli, & Regalis Hispanici sive Castiliani, nisi quod hic minus uno granulo appendit. Græci ἀργύρεια λεπτὰ vocant, eoque λεπτὸν, sicut & δραχμὴ, ab Hesychio dicitur ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου, *pars sexmillesima Talenti Attici unius.* Sic & λεπτὸν sæpe ἀντὶ δραχμῆς, & minutum, aut minutulum, vel minutulum argenteum pro denario positum sub ætatis mediæ principibus, homines eruditi recte nuper ostenderunt. *Æreos Philippeos* aut *æris denarios* quod attinet, video esse qui singulos illos unciæ pondus obtinuisse, quaternos argenteo minutulo, centenos aureo antedicto respondisse contendunt. Quod ut verum aliquo tempore fuisse nihil dubito, sic hautquaquam servatum semper esse, planum habeo, vel ex eorum inspectione qui adhuc plurimi ex ære denarii circumferuntur, & mox exempli appositione clarum facio. Eos observatur dictos aliquando, *denarios* ἁπλῶς, interdum *æreos* vel *æra, folles, follærales, sestertios* vel *sestertios æris:* quibus & aliis ejusdemmodi vocibus, nullo fere discrimine, auctores citimæ vetustatis abutuntur. Itaque S. Ambrosius δύο δηνάρια, de quibus mentio apud Lucam cap. X. vers. 35. *æra duo* Latine passim reddidit. Exhortat. ad Virgines sub finem: *Ad hominis sanitatem ille Samaritanus duo æra stabulario dedit, quibus ulcera curaret illius a latronibus vulnerati.* Epistola LXXVI. ad Studium: *Ista sunt duo æra, quæ Samaritanus ille Evangelicus ad ejus curanda vulnera, qui incidit in latrones, stabulario dereliquit.* Sed in hoc fallere, atque ab Evangelica sententia abire nonnihil vi-

videtur, quod æreos jam Lucæ aut potius Christi Servatoris temporib. denarios fuisse innuit, nec alios a pio illo Samaritano in ægroti & saucii alimoniam atque curationem erogatos: cujus tamen eximium σπλαγχνισμὸν & munificentiam Dominus deprædicat, nec sane alios intelligere denarios potest, quam qui ea ætate usitati erant, omnes ex argento, æreis multis oblocabiles. Nihil ambigo, quin ex ævi sui & Dominici vel Augustæi ratione Ambrosio mens & manus aberraverit.

Quod autem ævi posterioris denarii de stipe minutissima, & longe tenuiore quam volunt, qui quaternos illos Atticæ drachmæ sive minuto argenteo faciunt ἰσοδηνάριους, fuerint aliquando usurpati, sic videatur aliquis bene posse demonstrare. In Evangelio secundum Marcum XII. XLII. Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Λεπτὰ χαλκία, *minuta ex ære*, vel æreola non dubie intelligenda veniunt, qualia octona unus obolus, duodequinquagena una Italica drachma, vel antiquus Romanus denarius argenteus exæquabant: siquidem bina unum quadrantem (oboli) efficiunt. Julius Pollux lib. IX. cap. VI. Ὁ μέντοι ὀβολὸς ὀκτὼ χαλκοῦς εἶχε, καὶ οἱ μὲν δύο χαλκοῖ τεταρτημόριον. *Obolus quidem habuit octo æreos* sive *chalcos: & duo ærei quadrans dicti sunt*, nempe quod essent oboli quarta pars, vel potius quod quarta oboli argentei parte valerent. Cleopatra in Cosmeticis: τὸ Ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμὴν α΄. ἡ δραχμὴ ὀβολοὺς, ϛ΄. χαλκοῦς μη΄. *Italicus denarius habet drachmam unam, drachma obolos sex, chalcos* sive *æreola octo & quadraginta.* Sed doctissimus & accuratissimus D. Hilarius, illa Marci λεπτὰ δύο, *duos denarios* interpretatur. *Duos*, inquit, *denarios viduæ inopis acceptiores Dominus habet copiosis divitum nummis.* Igitur Hilarii, hoc est, Constantini, & aliorum primorum principum Christianorum temporibus, dictus de minutissimo ære denarius, nec nisi octavæ unius oboli argentei, vel duodequinquagesimæ antiqui Romani denarii parti respondit. Eandem historiam de duobus minutis a vidua paupercula missis in gazophylacium, habet D. Lucas XXI. II. ubi & Syrus interpres δύο λεπτὰ, *duas octavas*, nempe oboli, convertit. Accedat & D. Ambrosii auctoritas, qui passim ista δύο λεπτὰ, *æra duo* interpretatur. Libro de Viduis: *Nec despexeris hanc mulierem in gazophylacium duo æra mittentem.* Ratio, quam ibidem paululo ante attulit, sane aureis exscribenda esset apicibus. *Uberior est enim nummus e parvo, quam thesaurus e maximo: quia non quantum detur, sed quantum resideat, expenditur. Nemo plus tribuit, quam qui nihil sibi relinquit.* Libro IX. Epistola VII. *Christus duo æra mulieris viduæ, &c.* Sic

in

fine libri Ad Virgines, in II. De Pœnitentia, & alibi.

Magno itaque errore ſe obſtrinxerunt, nec minorem Hilario auctori accuratiſſimo adfinxerunt, qui ab eo λεπτὰ δύο Evangelii, *duos denarios* argenteos, drachmæ Atticæ ἰσοδυνάμους, eoque unciæ argenti quartam partem, interpretata nuper prodiderunt. Nam λεπτὰ, ſive *minuta*, tametſi ἀργύρεια quoque, *argentea* interdum fuerint, eaque drachmalia, ut ante diximus; & illa bina unius unciæ, quæ octonum drachmarum fuit, quadrans eſſe potuerint: ne tamen hic talia concepiſſe D. Hilarium exiſtimemus, tam uſus Denarii ἀντὶ τοῦ χαλκισμοῦ, vel ſtipe, aut æreolis, ejus temporibus & ante paſſim receptus, ſicuti docuimus, quam ſenſus & mens ipſius hiſtoriæ ſacræ manifeſtiſſime vetant. Voluit enim ſignificatum Chriſtus Dominus, homines rectæ voluntatis, quantumvis egenos, & munuſcula tenuiſſima, puta nummulos æreos, ſupremo Numini offerentes, citius, quam qui mente non ſatis caſta multum argentum vel aurum deferunt, litaturos. Hinc & DD. Cyrilli atque Chryſoſtomi eadem illa viduæ λεπτὰ, ὀβολοὺς interpretantium, lapſus plane geminus evinci poteſt: ſiquidem eos intellexere obolos, ut quidam putant, qui cum drachmis omnino iidem fuerunt, & pro his apud quoſdam è ſcriptoribus ætatis mediæ interdum uſurpantur. Sin autem (quod citius crediderim) vulgares obolos cogitaverunt, quos ſenos Attica drachma continebat, eo dicta ἑξώβολος: adhuc minus ferendi ſunt, quoniam ex D. Marco illa duo λεπτὰ, quadrans fuerunt, & quadrantis appellatio duobus obolis ejus generis convenire nulla ratione poteſt. Sed illos magnos Doctores culpæ, arbitror, ſubducet, qui dixerit, primo conſilium tantum illis fuiſſe declarare, quid iſta λεπτῶν donatione affirmatum voluerit Chriſtus, quod non alia Græca voce pecuniaria commodius quam ὀβολῶν facere potuiſſent; non vero, quanti præciſe λεπτὸν eſſet valoris atque indicationis: deinde in Græcia, ſicut Romæ, ſub Imperii utriuſque principibus totius rei nummariæ rationem admodum vagam fuiſſe & arbitrariam, non ſtatam & conſtantem, hoc eſt, illorum temporum obolos atque denarios, neque pondere, neque temperatione, aut metalli dignitate illis antiquis æquales extitiſſe.

Similiter vetus Francorum denarius ex argento fuit, drachmæ Atticæ, vel argentei Caſtiliani ἀντίρροπος. Eorumdem vetus ſolidus aureus fuit, & didrachmalis initio fortaſſis, qualis Romæ ſub Cæſaribus ad principes Chriſtianos uſque fuiſſe comperitur: deinde ſextularis, hoc eſt, ſextulam, vel ſextam unciæ Romanæ partem ad libellum trahens, ſive ponderis granorum LXXXIV. quales in Codice Juſtinianeo & Theodoſia-

no intelligendi sunt, nec non & apud Aimonium in vita Clodovei primi nostri Christiani Regis. Ambo vero, denarius, & solidus Francicus, sensim ac semper in deterius imminuti, quo nunc decrevere? Ille hodie nummulus est ex ære totus, usque adeo minutus, ut in Marca una centies quinquagies sexies insit: solidus autem hodiernus nummus est argenteus & subæratus, libræ octonariæ, sive Marcæ pars altera & centesima: quod est dicere, centeni bini solidi ex una marca conficiuntur, & singulis (quod temperaturam notamque bonitatis attinet) tres æris partes & plusculo amplius admixtæ sunt, ut argenti quarta pars non tota (fere tamen) restet. Illi quini edictali æstimatione Henrici III. argenteo Castiliano sunt oblocabiles, singuli vero duodenis denariolis æreis supradictis. Sed talia plura operis alius sunt.

ANIMADVERSIO X.

Quod neque sit verisimile Gallos solius vini amore illectos in Italiam demigravisse: neque verum eosdem a Camillo Roma pulsos, & cæsos, ut narrat Plutarchus. Gallorum laudatiuncula. Gallici nominis terror pristinus in Romanorum animis insidens. Polybius εἷς ἀντὶ μυρίων *in his Gallorum rebus. Nulli scriptorum non dubitanter dictum Gallos vini amore captos transiisse Alpes. Justinus, Callimachus, & Callimachi scholiastes contra Bodinum defensi, nec ab eo intellecti. Mira Bodini* παραναγνώσματα. *Justino & Polybio manifeste convenire. Strages Gallorum Delphica. Brenni duo. Gallorum victoriæ post stragem Delphicam in Thracia & Asia. Byzantii Gallorum stipendiarii. Orientis & Occidentis victores Galli a D. Hieronymo appellati. Vaticinium Apollinis nondum nati, de Gallis apud Callimachum. Scholiastis Callimachi reprehensio.*

In eodem CAMILLO, pag. 318.

Αὐτοὺς τρέπεται πολλῷ φόνῳ καὶ λαμβάνει τὸ στρατόπεδον ὁ Κάμιλλος. τῶν δὲ φευγόντων οἱ μὲν εὐθὺς ἀνῃρέθησαν καταδιωχθέντες, τοὺς δὲ πλείστους διασπαρέντας ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν πέριξ κωμῶν καὶ πόλεων ἔκτεινον. Ante paulo pag. CCC. ὀψὲ δ' οἴνου γευσάμενοι τότε πρῶτον ἐξ Ἰταλίας διακομισθέντος, οὕτως ἄρα θαυμάσαι τὸ πόμα, &c. Supra verum illud prius dictum Plutarcho, supra veri fidem, hoc posterius, mihi non est difficile indicare. Censoriam itaque virgulam asserendæ veritatis & virtutis avitæ gratia distringo libens in eum, inque quos alios cumque scriptores, qui ante & post Plutarchum id utrumque vel invidia vel ignorantia literis prodiderunt. Credatne aliquis, qui non sit iniquo vel exulcerato animo in Gallos, neque judicium accusatorum in reos pro a-

liquo præjudicio valere patiatur, Gentem, quæ animosissima, & fortium facinorum appetentissima semper habita est, solius dulcedine vini allectam primum in Italiæ Alpibus subjectam planiciem venisse, locaque plurima occupavisse: deinde vero victrices ejus legiones ab hoste fracto & consternato cæsas ad ultimam internecionem? Nam constat apud omnes Græcos & Latinos, nullius alterius gentis plures colonias in varias orbis terræ partes solius honoris ac belli gerendi desiderio expeditionem suscepisse: non alterius metu, quod ait in extremo Jugurtha Crispus Sallustius, Italiam omnem æque contremuisse: Romanos alia omnia virtuti prona credidisse, cum Gallis pro salute non pro gloria certare consuevisse; quos arma expedire quotiens Romæ nunciatum sit, repente e vestigio decretum tumultum, indictum justitium, itum ad saga, nullo adspectu beneficii, honoris, ætatis, sicut auctor est II. ἐμφυλίων. Appianus, nec in hoc eodem libro infra pag. CCCXXXIII. ausus est noster diffiteri. Ut si fortuna Gallis favisset æque ac Romanis, his haud dubie imperii clavum illi extorquere potuissent.

Sed pugnent conjecturis, quibus τεκμήρια καὶ ἀποδείξεις, *argumenta necessaria & insolubilia* non suppetunt. Adduco ego unum testem, sed gravissimum & locupletissimum, quique esse debeat εἷς ἀντὶ μυρίων, siquidem ab ætate propius abfuit, quam ullus alius, qui de hac re scripsit: neque aliquam pro Gallis adversus Romanos mentiendi caussam habuit, & cum primis φιλαληθέστατος vel cum dispendio existimationis suæ, aut illius parentum patriæque, uni litandum veritati semper duxit. Is est Megalopolitanus Polybius, qui primo & altero volumine Historiarum, clarissimis & indubitatis argumentis docet, Gallos Senones captam & incensam Urbem Romanis suapte sponte tandem reddidisse, fœdereque inito in suas sedes victores remigravisse, scilicet interveniente casu, qui domum eos revocabat, quod Veneti ipsorum fines cum infesto exercitu ingressi nunciabantur: Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες αὐτὴν (τὴν Ῥώμην) κατεῖχον πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. πρὸς οὓς ποιησάμενοι Ῥωμαῖοι σπονδὰς καὶ διαλύσεις εὐδοκουμένας Γαλάταις, καὶ γινόμενοι πάλιν ἀνελπίστως τῆς πατρίδος ἐγκρατεῖς, καὶ λαβόντες οἷον ἀρχὴν τῆς συναυξήσεως, ἐπολέμουν ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας. Et libro II. Μετὰ δέ τινα χρόνον μάχῃ νικήσαντες Ῥωμαίους, καὶ τοὺς μετὰ τούτων παραταξαμένους, ἑπόμενοι τοῖς φεύγουσι τρισὶ τῆς μάχης ἡμέραις, ὕστερον κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην, πλὴν τοῦ Καπιτωλίου· γενομένου δ᾽ ἀντισπάσματος, καὶ τῶν Οὐενετῶν ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τὴν πόλιν ἀποδόντες, ἐπανῆλθον

ἦλθον εἰς τὴν οἰκείαν.

Sed vel ipsi contrariæ opinionis assertores, quasi conscientiæ stimulis agitati, mendacium tam manifestum affirmate tradere religioni habuerunt: eaque caussa in famam, quæ mater fabularum est, suam illam narrationem retulerunt. T. Livius, qui commenti hujus pater possit appellari, libro V. *Eam gentem* (Gallorum) *traditur fama dulcedine frugum, maximeque vini nova tum voluptate captam Alpes transisse &c.* Plinius Hist. Nat. lib. XII. cap. I. Produnt *Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento Gallias, hanc primum habuisse caussam superfundendi se Italiæ.* Noster prædicto loco: Λέγονται τὴν αὐτῶν ἀπολιπόντες, &c. & mox: Ἄῤῥων λέγεται γευσάμενος, &c. Nisi forte Poetarum exemplo, quod incredibile atque παράδοξον iri visum præsentiebant, fama comprobare voluerunt. Utrumcumque sit, benedictis si certassent, audiissent bene: Nunc quia quæ voluerunt dixerunt, quæ non volunt, par est audiant.

Φιλεῖ γὰρ γλῶτταν ἐκχέας μάτην
Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἴπῃ λόγους.

Etenim solet, qui dicta temere jecerit,
Audire nolens verba, quæ dixit volens.

Uti porro Cæcias nubes, ita trahit mendacii hujus occasio alterum, quod cum honore aliorum quorundam veterum scriptorum adversus unum e Criticis neotericis libenter studiosæ juventuti devehabo. Damnat erroris Justinum Historicum, Callimachum, & ejus Scholiasten Joan. Bodinus, quod Brenni copias Italia vastata in Græciam influentes spoliato Delphorum templo fulgure percussas omnino interiisse commemorant. Opponit supra laudatum Polybium, quem ait docere, easdem copias incensa urbe ad Hellespontum usque progressas, & locorum opportunitate pellectas circa Byzantium constitisse, Thracibusque devictis regnum usque ad Clyari tempora tenuisse. En quantæ nugæ in quam paucis verbis? Ait libro XXIV. Justinus, Gallos abundanti multitudine, cum eos non caperent terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas quærendas, velut ver sacrum misisse. Ex his portionem in Italia consedisse, quæ & urbem Romanam captam incendit: portionem autem aliam Illyricos sinus ducibus avibus per strages barbarorum penetravisse, & in Pannonia consedisse: ibi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis bella gessisse: hortante deinde successu, divisis agminibus, alios Græciam, alios Macedoniam, omnia ferro proterentes, petivisse. Ne verbulum quidem habet hic Justinus, unde ipsum intelligere, copias, quæ Italiam vastaverant, postea in Græciam irrupisse, inferre aliqui possimus. Imo planissime dicit, in Italia consedisse, qui Romam incenderant; Græciam vero petivisse illam aliam Gallorum portionem, cui Pan-

noniæ obvenerant. Addit, Brennum, quo duce pars Gallorum in Græciam se effuderat, cum lectis ex omni exercitu peditum sexaginta quinque millibus, Delphici templi spoliationem ausum aggredi, periisse, ne uno quidem relicto ex tot armatorum millibus, quos ipse ad id sacrilegium secum eduxerat. Quibus nihil modo non contrarium habet tota Polybiana historia, ut potius eadem omnia contineat clare usque adeo, ut mirer offendere in tanta luce quenquam potuisse. Lib. I. paulo post initium: Μετὰ δέ τινα χρόνον, Ταραντίνων διὰ τὴν εἰς τοὺς πρεσβευτὰς τῶν Ῥωμαίων ἀσέλγειαν, καὶ τὸν διὰ ταῦτα φόβον, ἐπισπασαμένων Πύῤῥον τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου, τῶν τε περὶ Δελφοὺς φθαρέντων, καὶ περαιωθέντων εἰς τὴν Ἀσίαν. Libro II. similiter, τῆς Γαλατῶν περὶ Δελφοὺς διαφθορᾶς meminit. Et lib. IV. Οὗτοι δ' ἐκίνησαν μὲν ἅμα τοῖς περὶ Βρέννον ἐκ τῆς οἰκείας. διαφυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφοὺς κίνδυνον, καὶ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, αὐτοῦ κατέμειναν, διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις, & quæ sequuntur. Quod autem Polybius neque Brennum, neque Gallos eosdem intelligit, qui vastata Italia Romam incenderunt, nimis aperte ipse testatur, primo & secundo voluminibus, significans venisse in Græciam duce Brenno eos, quibus de loquitur, Gallos, anno post Pyrrhi adventum in Italiam, hoc est, CIX. annis post alterius Brenni & aliorum Gallorum expeditionem adversus Romanos. Nam captam a Græcis Romam anno sui conditûs CCCLXIV. & Pyrrhum a Tarentinis accitum in Italiam anno ejusdem urbis CCCCLXXIII. omnes historiæ clamant.

Fuerunt igitur Brenni duo, alter antiquior, cui Romæ ἅλωσις accepta fertur: alter junior, inter præcipuos duces expeditionis centesimo & nono post anno susceptæ in Græciam, qui & *Prausus* audiit, Strabone indice lib. IV. Geographicorum: Ἐπεὶ καὶ τὸν ἄλλον Βρέννον τὸν ἐπελθόντα ἐπὶ Δελφοὺς, Πραῦσόν τινες φασί. Hujus ignoratio, ut arbitror, in tam putidos errores Bodinum præcipitem egit. Neque pugnat cum Justino Polybius, scribens Gallos strage Delphica defunctos, ad Hellespontum usque duce Comontorio pervenisse, constitisseque circa Byzantium: deinde Thracibus devictis, ac regni sui sede Tulæ instituta, ultimum Byzantiis periculum creavisse, ut hi annui muneris specie terna aut quina aureorum millia (sena aut dena nostrorum Solatorum aureorum millia ea ferme æquaverunt) initio pendere necesse habuerint, interdum & denum millium (nostrorum millium circiter vicenum) numeratione vastationem agrorum suorum redimentes: tandem vero etiam LXXX. annua talenta (quadragena scutatorum

rum

rum Francicorum millia) stipendii nomine a se exigi usque ad tempora Clyari coacti pati fuerint. Nam Justinus tantum ait, ultima occisione occisos eos omnes, qui Brennum secuti Delphos petiverant. Cæteri, quos longe ampliore numero Brennus post se reliquerat (ejus erat exercitus CL. millium peditum, XV. millium equitum, quod ibidem notat Justinus) audita suorum clade, alio arma converterunt, etiam in Asiæ continentem non magno intervallo postea immigrare ausi, ubi & pulcherrimas victorias reportaverunt, & quas, prope dixerim, voluere terras, sui & nominis & mancupii fecerunt, ut est ab eodem Justino proditum initio libri XXV. & alii omnes hoc ipsum confitentur ὁμοθυμαδόν. *Orientis*, eapropter, *Occidentisque victores*, D. Hieronymo appellati. *Æterno quondam dedecore Romanum laborabat imperium, quod Gallis cuncta vastantibus, fusoque apud Alliam exercitu, Romam Brennus intravit. Nec pristinam poterat abolere ignominiam, donec & Gallias genitale Gallorum solum, & Gallogræciam, in qua consederant Orientis Occidentisque victores, suo imperio subjugasset.* Locus est in libro ad Gerontiam viduam de Monogamia sub finem. Neque Callimachus & ejus Scholiastes, quod Bodinus comminiscitur, Brenni copias Italia vastata in Græciam influxisse narrant. Poeta quidem Callimachus hymno IV. qui est *εἰς τὴν* Δῆλον, versu centesimo septuagesimo primo, & deinceps, inducit Apollinem in utero profugæ matris, quæritantis ubinam terrarum tantum partum ederet (nam irata Juno ipsam, quia ex Jove gravidam, undique depellebat) jam vaticinantem ac prædicentem fore, ut Celtæ sive Galli ab occasu venientes, Gigantea proceritate formidabiles, multitudine grandini aut stellis, quando plurimæ in cœlo micant, non impares, in terram Græciam irrumpant: ac tandem pars apud Delphos, in Ægypto pars Ptolemæo Philadelpho imperante occidant atque interimantur. Hæc summa vaticinii Apollinis, quod versibus decem & septem, hymno, quem dixi, concepit Callimachus. De Brenno alterutro, nedum de vastata a Gallis Italia, nulla mentio. Scholiastis verba subscribimus: Βρέννος ὁ τῶν Γαλλῶν βασιλεὺς, συναγαγὼν τοὺς Κελτοὺς, ἦλθεν ἐπὶ Πυθῶνα, βουλόμενος τοῦ Θεοῦ τὰ χρήματα διαρπάσαι. πλησίον δὲ γενομένων, ὁ Ἀπόλλων χαλάζῃ χρησάμενος, ἀπώλεσε τοὺς πλείους αὐτῶν. ὀλίγων οὖν περιλειφθέντων, Ἀντίγονός τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου, προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῷ ὥστε ἐπὶ μισθῷ στρατεύεσθαι. καὶ γὰρ ἔχρησεν ὁ Πτολεμαῖος τούτου στρατεύματος. οἱ δὲ ὁμοίως ἠβουλήθησαν καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα. γνοὺς οὖν συλλαμβάνει αὐτοὺς, καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ στόμιον τοῦ Νείλου τὸ λεγόμενον Σεβεννυτικὸν, καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς ἐκεῖσε. In hoc scholio, ut apparet, de

de Italia ne γρῦ quidem. Est quidem Brenni mentio: sed unde infert Bodinus, eum intelligi, cujus auspiciis Romam Galli ceperunt, & Italiam devastaverunt? Sine dubio errandi caussa illi fuit, plurium uno, Brennorum ignoratio. Quod autem poeta Gallos, qui cladi Delphicæ superfuerunt, omnes in Ægypto interituros prædicit, hac caussa id facit, ut conciliet sibi Ptolemæum Philadelphum Regem Ægypti, cujus temporibus fuit æqualis, & a quo sublata quaterna Gallorum millia, iis fere caussis, quas attulit Scholiastes (in hoc vero late decipiens, quod Poetam secutus, & paucos stragi Delphicæ superfuisse, & omnes, qui relicti fuerant, ab isto Ptolemæo funditus extinctos fabulatur) auctor est primo libro περιηγήσεως τῆς Ἑλλάδος, qui Ἀττικὰ dicitur, Pausanias.

ANIMADVERSIO XI.

Locus T. Livii a Plutarcho male redditus. Sestertii pro assibus ab eodem inscite positi. Animadversa hæc Plutarchi menda Budæo & Othomano, sed non restituta. In ejus communionem frustra vocatus a Scaligero librarius. Ablepsia Sigonii.

In Fabio pag. 389.

Θέας δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄξειν (ηὔξατο) ἀπὸ σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ἔτι τριτημόριον προσόντος· τοῦτο τὸ κεφάλαιόν ἐστιν, ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν, καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς, καὶ δύο ὀβολοί. Plerique viri magni recte suspectum de mendo hunc Plutarchi locum habuerunt. Budæus ante omnes libro III. de Asse; sed ipse minime restituit: Othomanus dum vulnus tollere voluit, auxit. A Josepho Scaligero librarius inique vapulavit. Nos vitium, quantum quantum inest, uni Plutarcho totum ascribendum judicamus: siquidem hanc Historiam a T. Livio transtulit, sed emendato, qui de hoc eodem voto Fabiano loquens Annali XXII. ubi omnia pariter ternario numero nuncupata sunt, ita post alia verba subdit: *Ejusdem rei caussa ludi magni voti æris* CCCXXXIII. *denariis, triente.* Vulgati codices τὸ CCCXXXIII. *denariis* non habent, errore manifesto, ut optime vidit Scaliger: nam Sigonio, cujus maxime intererat, id ne oboluit quidem. Quinimo Plutarchum illud Livianum, *Æris* CCCXXXIII. *millibus, triente*, sic, ut credidit, vertentem, ἀπὸ σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, quia toleravit, nec detulit; sibi suspicionem rei nummariæ a se non satis intellectæ procul dubio movit. Nam si τὸ σηστερτίων de minoribus sestertiis acceperis, summam Plutarchi Liviana mirum quantum excedet, quod clau-

sis

ſis vel in totum Homericis oculis liquet: ſin autem de majoribus, quibus ſcilicet ſingulis milleni minores opponuntur, Plutarchica Livianam, ſive correctam, ut nos cum Scaligero legimus, ſive vulgatam nec emendatam, eoque mutilam & decurtatam, plus nimio quoque ſuperabit.

Eſt igitur & Plutarchi hallucinatio non minima (ſi tamen alium auctorem quam T. Livium non ſecutus eſt) *æreos nummos*, σηςερτίυς, ἀντὶ ἀσσαρίων præciſe interpretantis. *Præciſe*, inquam: Nam CCCXXXIII. HS. neutrius generis, non maſculini, hoc eſt, ſeſtertia, non ſeſtertios intellexiſſe Plutarchum luce clarius habemus ex eo, quod illam ſummam, & ſimul CCCXXXIII. denarios ære Græco interpretaturus, octoginta tria millia, quingentas octoginta tres drachmas exacte repoſuit. In ſingulas autem Græcorum drachmas quaternos ſeſtertios Romanos, & viciſſim; in ſeſtertia vero ſingula drachmas ducenas quinquagenas ex mente Plutarchi eſſe omnino taxandas, *Credere tam fas eſt, quam dubitare nefas*. Ridicule igitur Scaliger ridiculum eſſe cenſuit, in hoc Plutarchi loco, poſtquam CCCXXXIII. ſeſtertiorum mentio facta eſt, totidem denarios pro minore ſumma ſubjici. Sunt enim revera CCCXXXIII. denarii ſive drachmæ, ſumma longe ac longe minor quam CCCXXXIII. ſeſtertia, quæ hic intelliguntur, & CCCXXXIII. millium ſeſtertiorum, ſive LXXXIII. millium CCL. drachmarum ἀνάξια ſunt, ut & cæco patet. Igitur σηςερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, & σηςερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν χιλιάδων, eandem plane ſummam conſtituunt: Nec debuit Librario Scaliger imputare, quod τὸ χιλιάδων hic deſideratur. Quæ tamen vox erit haud dubie adhibenda, ſi ἀσσαρίων ἀντὶ σηςερτίων repoſuerimus, ut Plutarcho & T. Livio omnino conveniat.

Sunt porro CCCXXXIII. millia ſeſtertiorum, & denarii CCCXXXIII. Romanorum, vel Græcorum LXXXIII. drachmæ, ſi hujus temporis æſtimationem ſequi volumus, vicies mille octingentæ nonaginta ſex libræ Turoneæ paululo minus, quaternis drachmis ſive denariis (nam hic cum Plutarcho confundimus) in ſingulas libras imputatis. ternæ autem libræ Turoneæ, vel duodeni Regales Caſtiliani, Scutatum Francicum conſtituunt. Æris autem vel Aſſium CCCXXXIII. millia, CCCXXXIII. denarii, etiam juſta, &, ut Græci appellant, argyrognomonica ſupputatione taxati, libris iiſdem Turoneis non pluribus quam centenis nonagenis reſpondent. Summæ igitur Plutarchicæ & Livianæ diſcrimen erunt decies mille octingentæ ſex libræ Turoneæ, vel Scutati Francici ter milleni ſexceni bini, aut non longe ſecus.

ANIM-

ANIMADVERSIO XII.

Non esse verum quod vult Plutarchus, nihil creditores fuisse læsos lege Solonis, qua monetæ pondus imminutum. Vulgatos Plutarchi codices mendose in Minam veterem LXXIII. *drachmas imputare. Mina vetus Solonina* ἰσοςάσιος, *non* ἰσάριθμος. *Drachmæ veteris ad novam sesquitertia proportio. Manutius & Othomanus reprehensi. Emendata versio Amioti. Ejusdem lapsus ingens in voce* ὅρος. *Mos veterum Græcorum in notis vel indicibus agro vel domui oppigneratæ præfigendis. Tales indices* ὅροι *dicti.* ὁρίζεσθαι, ἀφορίζεσθαι, προορίζεσθαι.

In Solone pag. 189.

Ἑκατὸν γὰρ ἐποίησε δραχμῶν τὴν μνᾶν, πρότερον, ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν οὖσαν· ὥς' ἀριθμῷ μὲν ἴσον, δυνάμει δὲ ἔλαττον ἀποδιδόντων, ὠφελεῖσθαι τοὺς ἐκτίνοντας μεγάλα, μηδὲν δὲ βλάπτεσθαι τοὺς κομιζομένους. Duo errores: alter exscriptoris sive librarii; alter Plutarchi. Plutarchi quidem, μηδὲν βλάπτεσθαι τοὺς κομιζομένους affirmantis. Nam etsi primo quidem adspectu, & in speciem creditores non lædi viderentur, quia drachmas eodem numero, qui Syngrapha ferebatur, eademque qualitate sive puritate, nec non & extrinseca eadem bonitate (ut artis vocabula usurpem) hoc est, eadem indicatura vel æstimatione a debitoribus accipiebant: in hoc tamen fraudem sive damnum pati eos oportuit, quia pondus sive quantitas imminuta, levioresque, quam dederant, drachmæ iis restitutæ. Librarii (nec enim Plutarcho tam crassum errorem facile ascripserim) minam veterem drachmarum ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν fuisse scribentis. Auctor enim dixerat, aut certe dicere debuerat, ἑβδομήκοντα καὶ πέντε. Quam enim certum est Atticam minam recentem, id est, Soloninam, centenum fuisse drachmarum; veterem, & quæ ante Solonem in usu, quinas & septuagenas dumtaxat habuisse, tam confessum exploratumque habemus. Priscianus Grammaticus Cæsariensis, si modo ejus libri auctor ille sit, qui de ponderibus & mensuris circumfertur: *Mina Attica* (vetus) *septuaginta quinque drachmæ.* Remnius Fannius Medicus initio carminis sui de ponderibus, de eadem:

> —— *Ter quinque hanc denique drachmis,*
> *Et ter vicenis tradunt explerier unam.*

Idem post paulo, de nova primum, & a Solone inducta, de vetere deinde ita loquitur:

> *Accipe præterea patrio quam nomine Graii*
> Μνᾶν *vocitant, nostrique minam dixere priores.*

Centum hæ sint drachmæ: quod si dercerpseris illis
Quattuor, efficies hanc nostram (Italicam) *denique libram:*
Attica quæ fiet, si quartam dempseris hinc, Μνᾶ.

Ib. Παιδικῶν ἅψαντες] Περιάψαντες, A. propius vero receptæ lectioni ἘΝΑΨΑΝΤΕΣ, quod de eadem re usurpatur Quæst. Rom. p. 494. παιδικὸν ἘΝΑΨΑΜΕΝΟΣ περιδέῤῥαιον.

Ib. Τυῤῥηνικὴ δὲ] Potius ΔΕ, quia præcessit, Τυῤῥηνοὶ δὲ. Sic Bodl. 1. 2.

Ib. Τῦτον ἔχατον] Insere ὖν cum Bodl. 1. 2.

Ib. Κατεσχημάτισεν] Forte, ΜΕΤΕΣΧΗΜΑΤΙΖΕΝ, quod habitus mutationem denotat.

Ib. Πάλαι μὲν λιγᾶρε] Aliter statuit Quæst. Rom. p. 499. δεσμεύειν ἀλλιγᾶρε λέγυσι οἱ πολλοὶ Ῥωμαίων, οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ διαλέγεσθαι, λιγᾶρε.

P. 72. Τοῖς Σαβίνοις] Ἀλβανοῖς, *Xyl.* & *H. Steph.*

Ib. Τὸ πρότερον τὸ πεπραγμένον ἐκείνυς πυθέσθαι] Præfero ΤΩ, πρότερον ex Ed. Flor. deinde ex conjectura lego ἘΚΕΙΝΟΥ, ut ad Romulum referatur: unde pendeat illud ἐκείνυς, plane nescio. Sententiam itaque sic verto, *in eo quod prius res gestas ab eo audiebant.*

Ib. Νόναις Ἰυλίαις] Varie scribitur hæc vox, νόναι, νόνναι, & νῶναι. quod semel monuisse sufficiat.

Ib. Ὅπυ] Melius ὅπυ ΚΑΙ, Bodl. 1. 2.

P. 73. Ἐξετάζειν] Ex vet. cod. addidit H. Steph. ut & paulo infra, ταραττομένων.

P. 74. Ἄνδρα φασὶ] Delent φασὶ impressi & Bodl. quod moris est nostro tales voculas negligere, cum narrationem rei cujuspiam aliunde contexat.

Ib. Αἰτίαις ἀδίκοις] Recte V. A. ἐν αἰτίαις, ut postea, ἘΝ μυρίῳ πένθει.

Ib. Ἐκεῖθεν ὄντας] Transfert has voces Dacerius ex autoritate MS. in proxime sequentem lineam, post ὑρανόν.

Ib. Ἴγλιον Πέρκλον] Vocatur perperam Αἴτιος Πέρκλος in Parallelis. p. 558.

P. 75. Τοῖς Θεοῖς] Potius τοῖς ΘΕΙΟΙΣ.

Ib. Ἐχομένης τῆς ἀσφαλείας] Lubenter reposuerim, ἐχομένους. Erit autem ἐχομένους τῆς ἀσφαλείας, quod vulgo dicimus, *Nous tenans au plus seur. H. Steph.* Mutatione nihil opus est, cum sit ἐχομένης τῆς ἀσφαλείας, *y ayant une seureté entiere. Dacer.* Mihi quidem placet ἘΧΟΜΕΝΟΙΣ, ex Bodl. 3. quod cum præcedente ἐατέον melius congruit, subaudito, ἡμῖν. hoc sensu; *missa igitur hæc facienda sunt nobis, retinentibus tutiorem sententiam.* ita enim verto, ἀσφαλείας. quanquam vix reprimo me quin legam ἀληθείας, quæ voces sæpissime ponuntur invicem. Sic p. 76. ὁ νόμῳ πόλεως, ἀλλ' ἀληθεία.

Ib. Σῶμα μὲν πάντων] Hæc Pindari citantur etiam in Consolatorio ad Apollonium, p. 209. sed mendose admodum: quanquam hinc facile possunt emendari.

Ib. Αὕτη γὰρ ψυχή] Bis hoc Heracliti dictum de anima occurrit alibi apud nostrum: primo de defectu oraculorum, p. 768. αὕτη γὰρ ξηρὰ ψυχή. deinde de esu carnis, p. 1832. αὐγὴ ξηρὴ (l. αὐγὴ ξηρὴ) ψυχὴ σοφωτάτη. Ex posteriore loco prorsus emendandum in reliquis, ἈΥΓΗ, pro otioso illo αὕτη, quod nihili est. Heraclitus enim non hanc vel illam, sed animam in genere definit. Priorem quidem locum Turnebus & Hieron. Mercurialis ita emendarunt ex autoritate Galeni de temperatura, quibus frustra adversatur Xylander. Ex memoratis istis locis etiam ordinem verborum hic mutandum censeo, αὐγὴ γὰρ ξηρὴ, ψυχὴ ἀρίστη. Notare liceat in hac voce alibi similiter erratum esse, cum τ & γ vel perspicacem librarium nonnunquam possint fallere. Sic in Sympos. p. 1211. πολυχρόνιος ἡ ὄψις ἐστὶ, μετὰ πνεύματος ΑΥΤΗΝ (l. αὐγὴν) ἀφιέντος πυρώδη θαυμαστὴν τινα διασπείρει δύναμιν. Et in Tract. contra Epicurum, p. 2023, ποιεῖ φρόνημα καὶ χαρὰν, οἷον ΑΥΤΗΝ (l. αὐγὴν) ἐπιγελῶσαν τοῖς ἀγαθοῖς. Certissimam esse hanc emendationem probant sequentia: ut enim hic anima corpore libera sub imagine ξηρῆς αὐγῆς puri luminis repræsentatur, ita postea corpori commixtus & implicitus dicitur οἷον ἀναθυμίασις ἐμβριθὴς καὶ ὀμιχλώδης, vapor gravis & nebulosus.

P. 76. Οἶδ' ὅτι] Vox πολίτην, quam inserunt Bodl. 1. 2. sententiæ necessaria videtur. Ut enim hi Quirinum Ἐνυάλιον appellarunt, ita alii πολίτην, sive, civem, quod & cives Quirites nominarent.

Ib. Κυρῖνον ὀνομάζειν] Dacerius legit κύριν, quam emendationem extra dubium ponit locus Quæst. Rom. p. 509. τὸ δόρυ ΚΟΥΡΙΝ (l. κύριν) ἐκάλουν οἱ παλαιοί.

Ib. Μαρκίλλου καὶ Γαΐου] Xylander corrigit Μάρκου, quod prænomen sit Marcello multo usitatius, quodque in Camillo, ubi ea quæ de Tutola sequitur fabula, repetitur, Marci rectissime legantur cum Caiis & Luciis. Ita etiam Dacer. ex MS. Quid si legamus, ΜΑΡΚΟΥ, ΛΟΥΚΙΟΥ καὶ Γαΐου, ut in Camillo, p. 323. βοῇ φθέγγονται Γαΐον, Μάρκον, Λούκιον?

P. 78. Καπρέφικον] Rectius in Camillo p. 323. καπρίφικον.

Ib. Τὸ τῆς ἀγνός] Deest verbum infinitivi modi: Bodl. 1. 2. supplent ἔρχεσθαι. Pro ἐπὶ θάλατταν Xylander & Dacerius & Cruserius legunt ἐπὶ ΘΥΣΙΑΝ, quia supra dicitur p. 76. ἐξιόντες δὲ περὶ τὴν ΘΥΣΙΑΝ.

P. 79. Διαδεξάμενος] Rectius V. A. διαδεξάμενον.

Ib. Ἐφ' ἑαυτοῦ] Lego ἀφ' ἑαυτοῦ, *sponte, ultro.*

P. 82. Εἰς ἑτέρους] Rescribendum puto ἑταίρους ex p. 49. οἱ δὲ τῶν ἙΤΑΙΡΩΝ τινὸς Κίλερος (πατάξαντος) ἐνταῦθα πεσεῖν λέγουσιν.

Ib.

Ib. Μικρᾷ τινι] Omnes Bodl. cum impressis Flor. & Ald. rectissime habent μακρᾷ.

P. 83. Τριάκοντα καὶ διακοσίοις] Numerus certe mendosus, quanquam rursus occurrat in Numa; & corrigendus ex Dion. Halicarn. gravi & diligentissimo Autore, qui hoc factum ait Olymp. 137. hoc est, A. U. 523. Tertullianus ponit prope A. U. 600. *Xyl.* Valerius Maximus habet viginti & quingentis.

Ib. Οὐδὲν κοινωνικὸν] Omnino legendum ὧδὲν ΟΥΔΕ κοινωνικὸν, ut omnes Bodl. & Dacerius ex MS.

P. 84. Μόλις] καὶ μόλις legunt V. A. ut cohæreat cum præcedentibus. Postea μὴ παθεῖν, quod ex conjectura emendaverat Xylander, firmat Dacerius ex MS.

LYCURGUS.

P. 86. Πατροκλέους] Legitur etiam Πεοκλέους. *H. Steph.* sic Lapus vertit.

Ib. Ὡς δὲ Εὐτυχίδας] Nomen hujus Scriptoris varie a variis exprimitur. Διεύχίδας a Diogene Laertio, Clemente Alex. Stephano Byzantio & Harpocratione; Διευχίδας a Scholiaste Apollonii, & Εὐτυχίας a Schol. Aristophanis. Omnium optime Pindari Scholiastes habet Διευτυχίδας, atque ita hic scribendum censeo. certe illud δὲ jam onerat sententiam, & ex prima syllaba vocis sequentis Διευτυχίδας profluxit. Hoc nomen fusius assertum vide in Palmerii notis ad Aristoph. Vespas ubi tamen hunc nostri locum omisit, proposito licet suo maxime accommodatum. Scripsit de rebus Megaricis.

Ib. Λέγεται δὲ τὸν Σόον] Iisdem plane verbis refertur hoc in Apophthegm. Laconicis: sed ibi accusativus Σόον sive Σῶον, ut ibi scriptum est, perperam cum præcedentibus connexus est, ut ex hoc loco satis manifesto apparet. Itaque post Sœbidæ (pro quo scribendum potius Phœbidæ, ex Plutarchi Pelopida & Agesilao: quanquam hic reclamante serie alphabetica) illud apophthegma, πολλῶν τὴν ἡμέραν ἀξίαν εἶναι, δυναμένην τὸν ἀγαθὸν δέξαι, interpungendum est, spatioque aliquanto interposito subjungendum hoc novum Soi apophthegma, Σόον λέγεται &c. *Xyl.*

P. 88. Λέγεται) Scribendum videtur, ὡς λέγεται. *H. Steph.* Sic p. 89. βυλόμενος, ὡς λέγεται.

Ib. Βασιλεὺς ὑμῖν γέγονεν] Popularius & gratiosius erit dictum, si legas ἩΜΙΝ cum Flor. Ald. & Lapo.

Ib. Χαρίλαον] Eundem vocat Herodotus Leobotem, Pausanias Labotam (quod idem est) & Dion. Halicarn. Eunomum. *Xyl.*

Ib. Ἑτοίμως] In vet. exemplari est προθύμως. *H. Steph.* Sic p. 89. ἐγράψατο προθύμως.

P. 89. Κατεπραΰνοντο] Vis hæc musicæ in sedandis animorum perturbationibus a nostro sæpius celebratur: qui eam ad hunc finem hominibus a Diis datam asserit ex Platone, in tractatu περὶ δεισιδαιμονίας, p. 290. Locum adscribam tum emendandi gratia, tum quod huic simile sit: μουσικὴν φησιν ὁ Πλάτων, ἐμμελείας καὶ εὐρυθμίας δημιουργὸν, ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ὐ τρυφῆς ἕνεκα καὶ κνήσεως ὤτων δοθῆναι, ἀλλὰ τὸ (l. τοῦ) τῆς ψυχῆς περιόδων καὶ ἁρμονιῶν ταραχῶδες καὶ πεπλανημένον ἐν σώματι, μούσης τε καὶ χάριτος ἐνδείᾳ πολλαχῆ δι' ἀκολασίαν καὶ πλημμέλειαν ἐξυβρίζον, αὖθις εἰς τάξιν ἀνελίττουσαν οἰκείως καὶ περιάγουσαν παρεῖναι (l. πραΰναι.) Sic dicitur Pythagoras in Numa, p. 140. ἀετὸν ΠΡΑΥΝΑΙ φωναῖς τισιν. & p. 165. Νομᾶ μούσα πρὸς εἰρήνην καὶ δικαιοσύνην μεθαρμοσαμένου καὶ ΚΑΤΑΠΡΑΥΝΑΝΤΟΣ ἐξ ἀκράτων καὶ διαπύρων ἠθῶν τοὺς πολίτας. Et in Politicis præceptis p. 1435, Reges Calliopen invocare dicuntur, quia illa ΠΡΑΥΝΟΥΣΑ πειθοῖ

καὶ

ϗ καταιδῶσα τῶν δήμων τὸ αὔθαδες ϗ βίαιον. Et sæpe alibi eandem vocem usurpat.

P. 89. Κλεοφύλε] Scribe cum V. Κρεωφύλε. sic Lapus. Hospitio excepit Homerum hic Creophylus Samius; de quo extat epigramma Callimachi apud Strabonem: ejusdem meminit etiam Clemens Alexandr. & Eustathius ad Il. β.

P. 91. Ἀρθμιάδαν] Potius Ἀρθμιάδαν, ut Flor. Lapus, *Arthemiadam.*

Ib. Τῆς πράξεως] Legitur etiam προστάξεως, sed recte πράξεως, ut paulo ante, συνιστὰς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. *H. Steph.*

Ib. Ἀρχέλαον] Pausanias expresse hunc Agesilaum nominat, Lapus *Archesilaum. Xyl.*

Ib. Πῶς δ' ὐκ ἂν εἴη] In libello, de discrimine amici & adulatoris, contrario sensu hoc de Charilao judicium legitur. Atque ita etiam in Laconicis Apophth. nisi quod ibi Archidamidæ ascribitur. *Xyl.* Immo & eodem sensu citatur De invidia & odio, p. 954. πῶς χρηστός ἐστι Χάριλλος, ὃς ὐδὲ τοῖς πονηροῖς χαλεπός ἐστι; jure igitur cum Gatakero doctissimo ad Antoninum delendum esse ὐκ censeo.

Ib. Οἷον ἔρυμα] Hujus loci elegantiam nemo animadvertet, qui prius non observaverit sumtum esse loquendi genus a navium saburra, qua naves αἰωρέμεναι onerantur. Saburram autem Græci ἔρμα vocant. Quare ἕρμα legendum est, non ἔρυμα. *Casaub.* ad Strab. l. 9. Ita etiam habet A.

P. 92. Διὸς Συλλανίε ϗ Ἀθηνᾶς Συλλανίας] Non intelligit hæc cognomina Dacerius; quocirca corrigit Σελλασίε & Σελλασίας: quia Sellasia est locus in Laconia ad fluvium Eurotam. Dicendum erat, ad Oenunta fluvium, teste Livio L. 34. *Quinctius profectus ad Sellasiam super* fluvium Oenunta. Verum hæc est mera conjectura, quam ideo solum amplecti, quia receptæ lectionis non jam occurrat explicatio, vix necesse videtur. Quod si emendatione opus sit, legerem Διὸς ἙΛΛΑΝΙΟΥ ϗ Ἀθηνᾶς ἙΛΛΑΝΙΑΣ, Dorice pro Ἑλληνίε & Ἑλληνίας, tanquam templum Jovi & Minervæ non hujus vel illius loci, sed totius Græciæ præsidibus instauraretur. Hesychius habet Ἐλλεσία, ἡ Ἀθηνᾶ, si quid inde exsculpi possit. An ab Ἑλένη, Helena, Jupiter & Minerva hæc cognomenta mutuarunt?

Ib. Ἱερὸν ἱδρυσάμενον] Constructio requirit ἱδρυσάμενον, ut postea, φυλάξαντα, & ὠβάξαντα.

Ib. Γαμωδᾶν γορίαν ἦ μὴν ϗ κράτος.] Hæc Xylander ingenue fatetur se non intellexisse. Dacerius ita legit & vertit, δάμῳ δ' ἂν ἀγορεᾶν ἦμεν τὸ κράτος, *populo autem concionum potestatem relinquere.* Hæc non est Rhetræ mens, qua Lycurgo imperatum est omnes simul, tum seniores, tum populum eodem in loco congregare: nihil meminit de concionibus populi seorsim habendis. Rectissime legit A. δάμῳ δ' ἀνωγὰν εἶμεν ϗ κράτος, quod ex Lege Decemvirali apud Romanos ita verto, *jussus populi & suffragia sunto,* sive, *quodcunque postremum populus jussit, id jus ratumque esto.* Atque ita Noster infra partem hanc Rhetræ exponit: nempe, in concione plebi quidquam rogare non licere, sed τὴν ὑπὸ τῶν γερόντων ϗ τῶν βασιλέων προτεθεῖσαν (γνώμην) ἐπικρῖναι κύριος ἦν ὁ δῆμος.

Ib. Διέχειν] Melius fortasse cum καταναίμαι conveniret διελεῖν. *H. Steph.* Sic A.

P. 93. Ὑφεῖτο] Potius, ἐφεῖτο.

Ib. Οἱ τάδε νικᾶν] Lectio prorsus rejicienda, pro qua lege cum A. οἴκαδ' ἔνεικαν, *domum attulerunt.*

P. 94. Χερνιωτέραν] In Op. Mor. p. 1395. ean-

eandem rem narrans habet βεβαιοτέραν, & supra, ἣς παρέλαβε.

Ib. Ἐπιφερομένων] Significantior est lectio A. ἐπιφορουμένων.

P. 95. Ὤοντο] Legendum ᾤετο cum A, quia de Lycurgo potissimum loquitur. Ita Lapus, & Steph.

Ib. Τὰ ἔπιπλα διαιρεῖν] Eadem narrantur in Apophtheg. Lacon. cum nonnulla phrasium variatione. Sic de hac re dicitur, τὰ κατ' οἶκον ὄντα πάντας (l. πάντα, vel dele) ἐξ ἴσου διαιρεῖν.

Ib. Προσδεχομένους] Melius in Apophth. Lacon. προσδεξομένους.

Ib. Πρῶτον μὲν] Rectius V. μὲν γάρ.

Ib. Περιῆλθεν ὁδῷ] In quodam scriptum est περιῆλθεν, quod magis probo. *H. Steph.*

P. 96. Περιοσῶν ἐποιεῖτο τεχνῶν] Hinc forsan emendandum in Apophth. Lacon. ἁπάντων ΤΕΧΝΩΝ (non τῶν) περιοσῶν ξενηλασίαν ἐποιήσατο.

Ib. Κοινῷ νομίσματι] Forte καινῷ, quod pro auro & argento, ferreo nummo uti necesse erat.

Ib. Φόρτος ἐμπορικὸς] Φόρτος sive *onus* non ita proprie dicitur εἰσπλεῖν εἰς τοὺς λιμένας, potius ΦΟΡΤΗΓΟΣ, ipsa *navis oneraria:* atque huic mutationi favet varia lectio, φορτικός.

Ib. Προσκόπτοντος ἐντὸς καὶ περιϊσχομένου] Non dubitarim reponere προσισχομένου, at προσκόπτοντος non video in quod vocabulum mutari possit. *H. Steph.* Nec mutari debet, cum loco satis conveniat.

P. 97. Ἢ στρωμνὰς] Unde pendeat hic accusativus, non video: lego, ἪΗ ἘΠΙ στρωμνάς. Sic Lapus, *aut super strata*, & in Numa p. 165. recensetur inter exempla Spartanæ luxuriæ a Lycurgo refrænatæ, quod persuasit civibus στρωμνὰς ἐκβαλεῖν πολυτελεῖς καὶ τραπέζας.

Ib. Δεομένων] Potius δεόμενα, ut cum τὰ σώματα congruat. Sic V. A.

Ib. Πλοῦτον ἄσυλον, μᾶλλον δὲ ἄζηλον] Hæc Noster Theophrasto tribuit, & Porphyrius; qui citat hunc locum iisdem fere verbis: μεῖζον δὲ τοῦτο τὸ, τὸν πλοῦτον ἄζηλον, ὥς φησι Θεόφραστος, καὶ ἄπλουτον ἀπεργάσασθαι. idem pæne repetitur in Op. Mor. p. 935. ἀλλὰ πλοῦτος (adde, ἄπλουτος) ἐστιν (ὥς φησὶ Θεόφραστος) καὶ ἄζηλος ἀληθῶς. Sic p. 117. & in Apoph. Lacon. ἄζηλον δὲ ποιήσας τὸν πλοῦτον. Nullibi autem πλοῦτος dicitur ἄσυλος in frequenti hujus sententiæ citatione; quapropter ista verba libenter expungerem, ἄσυλον, μᾶλλον δὲ, quæ hoc modo textum occuparunt. primo mendose scriptum fuerat ἄσυλον, deinde sagacior aliquis librarius in margine correxerat, μᾶλλον δὲ ἄζηλον, demum multo oscitantior alius utramque tum falsam tum veram lectionem in sententiam una compegit. Hujusmodi interpolationum in Nostro plura exempla proferam ad p. 125.

P. 98. Χαλεπῶς γενέσθαι] Scribe χαλεπῶς cum V. & A.

Ib. Τοὺς εὐπόρους] Hinc tolle mendum in Apophtheg. Lacon. πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν νομοθετημάτων χαλεπήναντες οἱ ἔφοροι. lege εὔποροι. Ephori non nisi multos post annos constituebantur.

Ib. Ὀφθαλμὸν ἀπέκοψεν] Steph. malit ἐξέκοψεν, quod ex Aristophane, Demosthene, & Luciano confirmat: sed minus opus est aliorum testimoniis, cum Noster ipse hanc vocem de hac ipsa re usurpet in Apophth. Lacon. τὸν ὀφθαλμὸν ἘΞΕΚΟΨΕΝ αὐτοῦ. & in Sertorio, τῶν ὄψεων ἑτέραν ἀπέβαλεν ἘΚΚΟΠΕΙΣΑΝ. item in Cæsare, Cassius Scæva dicitur τὸν ὀφθαλμὸν ἘΚΚΟΠΕΙΣ.

Ib. Θεράποντας ὑπηρέτας] Illud ὑπηρέτας tanquam glossema prioris vocis delendum censeo. Certe vox utraque stare non potest.

Ib. Ἐκ πονηροῦ νέου] Placet δὴ νέου, ut edit. Flor. habet.

P. 99. Τῶν συσιτίων] Omnino συσσίτων, ut V. A. sic p. 100. τῶν συσσίτων ἕκαστος.

Ib. Κυνηγῶν ἐψήσεις] Lapus & Amiotus *retardatum* intelligunt; quasi si ὀψίσεις legissent: quæ sane vox in Lexicis reperitur, alibi legisse non succurrit, ἐψήσεις quidem non quadrat. *Xyl.* ὀψήσεις, V.

Ib. Ἄγιδος γῦν] Lege ἦν, ut in Apophth. Lacon. quod suavius sequitur consonantem.

P. 100. Ἐλλοθερίους] In quodam codice ἐλλοθερίας. *H. Steph.*

Ib. Κεκαδδεῖσθαι] Rectius fortasse κεκαδδίσθαι. At κεκαδῆσθαι longe aliud significaret, sequendo ea quæ de activa ejus voce Hesychius & Eustathius scribunt: apud quos, sicut & apud Suidam, habemus etiam κεκαδησόμεθα. Pro κάδδος invenitur κάδδιχος, quod apud Hesychium extat. *H. Steph.* Κάδδιχος etiam V. Flor. & Lapus: unde forsan legendum ΚΕΚΑΔΔΙΧΙΣΘΑΙ, a καδδιχίζω; atque ita scripsisse Stephanum puto. nisi malis ἐκκεκαδδιχίσθαι, *vasculo ejici.*

Ib. Τῶν Ποντικῶν] Id refert factum a Dionysio tyranno Cicero in Tuscul. & Noster in Laconicis institutis: ut in voce ποντικῶν videatur esse mendum. *Xyl.*

P. 101. Ἰσχυρότατον] Recte ἰσχυρότερον V. A.

Ib. Ἐποιεῖτο τοῖς νέοις] Scriptum est etiam ἐμποιεῖ τοῖς νέοις. *H. Steph.* & A.

Ib. Τοῦτο πρῶτον] Repone πρῶτος ex vet. cod. *H. Steph.*

P. 102. Τῶν γυμνο[ῦ]μένων] Rectius γυμνωμένων, & βλαστάνη, ex Apophth. Lacon.

P. 103. Γυμνάς τε πολιτεύειν] Dacerius ex MS. & A. legunt πυκτεύειν; doctissimus Salvinius παλαίειν ex Florentino codice. utraque lectio satis convenit, sed vulgata videtur retinenda, quia p. 167-8, Lacænæ fæminæ traduntur non modo in gymnasiis, sed semper & ubique nudæ in publico versari; unde Poetarum jocis occasionem præbebant. Scribi etiam poterat πομπεύειν, leviore mutatione, cum meminerit Noster in Apoph. Lacon. τὸ γυμνῶσιν τὰς παρθένων ἐν ταῖς ΠΟΜΠΑΙΣ, & in hac ipsa pagina, ΠΟΜΠΑΣ τῶν παρθένων.

P. 104. Ὑπεῖξεν αὐτῷ] Dele αὐτῷ, ut Apophth. Lacon. p. 404.

Ib. Ἐπὶ στιβάδα] Rectius fortasse στιβάδος. *H. Steph.*

Ib. Ὥσπερ ἀεὶ δεδειπνηκώς] Malim ἌΡΤΙ δεδειπνηκώς, *modo cænatus.*

P. 105. Τὰς ἀναίδην κοινωνίας] Reponendum censeo, ἀνέδην, quod pro ἀνεμποδίστως ponitur. Facere autem aliquid ἀνέδην sive ἀνεμποδίστως contrarium est ei quod dixit paulo ante μετ' εὐλαβείας. Quum igitur concessæ illis non essent αἱ ἀνέδην κοινωνίαι, oportebat eos μετ' εὐλαβείας φοιτᾶν πρὸς τὰς νύμφας. Neque vero quod sequitur περὶ τῆς αἰδοῦς καὶ τάξεως, lectioni isti refragatur. *H. Steph.* Ita Dacer. ex MS. Idem exprimitur in Apophth. Lacon. per μετ' εὐλαβείας.

Ib. Ἐξ αὐτῶν μόνων] Lego ἈΝΔΡΩΝ, *ex maritis solis.*

P. 106. Γεράδα] In Apophtheg. Lacon. legitur Γεραδάτα.

Ib. Ταῦρον ἔφη] Hinc lege in Apophth. Lacon. ταῦρον (non ταυτὸν) ἔφη, & supple totum apophthegma usque ad γελάσας ὁ Γεράδας, quod incuria Librarii omittitur.

P. 108. Λυκόφονας] Apud Hesychium & Varinum λυκόφανον accusandi casu legitur: aitque ille lingua Messeniorum ita vocari τὸ ἐχινόποδα. Echinopus autem ab hoc exponitur genus spinæ seu cardui. In Institut. Lacon. pro λυκόφονας scriptum λυκοφῶνας. *Xyl.* λυκοφάνους habet A.

Ib. Νομοθετοῦντος] Scribendum videtur νυθετοῦντος. Ita seniores in Instit. Lacon. dicuntur ἐπιπλήττειν juniores. Et Xenoph. Laced. Resp. tradit instituisse Lycurgum τὸν ἀεὶ παρόντα τῶν πολιτῶν κύριον εἶναι

καὶ

καὶ ΈΠΙΤΑΤΤΕΙΝ τοῖς παισὶν ὅ, τι ἂν ἀγαθὸν δοκοίη εἶναι, καὶ κολάζειν ἐπὶ ἁμαρτάνοιεν.

109. Δι' αὐτῶν] Lege αὐτῶν, *suo marte, suis viribus*.

Ib. Φέρε γὰρ] Mendose admodum hæc exstant in Instit. Lacon. locum apponam, ut hinc emendandum puto: τὴν δ' ἀνοψίαν ἀποφέρειν, καὶ (non τὸ) βρῶμα τὸ τυχὸν προσφέρεσθαι, ὥστε ὑγιεινότερα τὰ σώματα ἀπὸ τῆς ἐλλειπούσης ποιεῖν τροφῆς, ΤΩ, ΜΗ (non καὶ) αὔξειν εἰς βάθος καὶ πλάτος πιεζόμενον, (ἈΛΛ') ἐπαίρειν εἰς ὕψος τὰ σώματα.

Ib. Τὸ δ' αὐτὸ] Legitur etiam, τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο. *H. Steph.*

Ib. Καλῶς δοκεῖ] Recte A. καλοὺς, ut in Institut. Lacon. καὶ ΚΑΛΑ' γὰρ ποιεῖν.

Ib. Μᾶλλον ἕξεις] Potius mutato ordine legendum ἕξεις μᾶλλον ὑπακούουσι.

P. 110. Ὀρνιθείας] Omnino Ὀρθίας, in qua lectione consentiunt omnes commentatores & interpretes, excepto Lapo, qui *ad aram augurii* vertit.

Ib. Ἑωράκαμεν ἀποθνήσκοντας] Malim ἐναποθνήσκοντας, *plagis immortuos*, ut in Crasso, p. 282. ἘΝΑΠΟΘΝΗΣΚΕΙΝ τοῖς τραύμασι. Sic apud Athenæum l. 13. Leæna Harmodii amica, ab Hippia tyranno cruciata ἘΝΑΠΕΘΑΝΕ ταῖς βασάνοις.

P. 111. Μόλις εἶπεν] Hæc lectio contrarium eliciendo sensum, totum apophthegma misere disperdit. Jocus est in Laconicos enses, qui breviores erant. Quid respondit Agis? certe non, *atqui nos vix his gladiolis hostes attingimus:* ita confitentem haberent reum; sed, *his gladiolis nos optime hostes attingimus*. Ita in Apophth. legitur: καὶ μὴν (ἔφη) ΜΑΛΙΣΤΑ οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν πολεμίων τοῖς ξίφεσιν ἐφικνοῦνται. Reponendum itaque hic μάλιστα, seu (quam veram esse lectionem utriusque loci suspicor) ΜΑΚΙΣΤΑ, Dorice pro μήκιστα, *longissime, remotissime*.

P. 112. Πτωχοὶ μένητε] In Apophth πτωχοὶ ἦτε, ut & hic legi possit μὴ ἦτε pro μένητε. ibidem ἐρεείνῃ pro ἐρατείνομεν, quorum neutrum quadrat. forsan legendum ἐρατεύῃ aut ἐρατίζῃ. apud Hesychium enim reperio, ἐρατίζων, ἐρῶν, ἐπιθυμῶν. nisi forte quis legendum existimet κρατεῖτε. *Xyl.*

Ib. Ἀνδρείοις] In iisdem Apophth. rectius habetur ἀνδρείοις. *Xyl.*

Ib. Μεμφομένων τινῶν] In Apophth. singulariter effertur, μεμφομένου δέ τινος.

Ib. Σκώπτοντος αὐτὸν] Legitur etiam κόπτοντος, *obtundente*; quod malo. Sic enim in Phocione, ΚΟΠΤΟΝΤΟΣ αὐτὸν νεανίσκου ἐρωτήμασι τισί. *H. Steph.* Sic Op. Mor. περὶ Ἀδολεσχίας, p. 893. ΚΟΠΤΟΜΕΝΟΣ ἀτόποις τισὶ διηγήμασι.

P. 113. Τοὺς κακοὺς] In Apophth. est ἐχθροὺς, & dictum hoc non Archidamidæ, sed Aristoni tribuitur.

Ib. Ἔχει τινὸς] Aptius scriberetur ἔχοι. *H. Steph.*

Αὐτὸς, ἔφη] Recte Flor. αὐτᾶς, ut in Apoph. *illam ipsam audivi*. αὐτᾶς τήνας Dorice pro αὐτῆς ἐκείνης.

Ib. Πραγματικῆς] Malim πρακτικῆς, ut in Instit. Lacon.

P. 114. Πειρᾶν λαβὲ] Vera lectio est, αὐγάσδεο, *experire*. ut extat in Instit. Lacon. & alibi Op. Mor. p. 966. sunt etiam aliæ minutiores variationes, quas quivis loca invicem conferendo facile dijudicabit.

P. 115. Ἕρπει γὰρ] Ῥέπει legendum monet acutissimus Jos. Scaliger in notis ad Varronem de re Rustica: quo interprete Alcmanis versum ita exponimus. *Ferro præponderat, egregie fidibus canere.* Ita hac voce utitur Noster περὶ παίδων ἀγωγῆς p. 19. τῇδε κἀκεῖσε κλίνων, ὡς ἐπὶ πλάστιγγος, πρὸς οὐδέτερον ῬΕΨΑΙ δύναμαι.

Ib. Ὡς πρόχειροι] Plane scribendum

cum V. ὯΣΙ πρόχειροι. Sequitur enim καὶ παρέχωσι.

Πότε δὲ] Hoc non interdum, sed semper moris fuisse prœlio ingruente, bene obſervat Dacer, ex Xenoph. Laced. Rep. adeoque Plutarchum ſcripſiſſe ΤΟΤΕ δὲ conjicit.

Ib. Πολεμίων παρόντων] Legitur etiam ὁρώντων. Sic Xenoph. Laced. Reſp. ὅταν ὉΡΩΝΤΩΝ ἤδη τῶν πολεμίων χίμαιρα σφαγιάζηται.

Ib. Ἐπιβαινόντων] Rectius A. ἐμβαινόντων, quia rythmus ipſe ἐμβατήριος dicitur.

P. 116. Στρατιῶν] Aptius diceretur στρατειῶν.

P. 117. Ἀφθονίαν χολῆς] Malim ἀφθονία. ut ſit, ἀφθονία ἔν τι τῶν καλῶν ἦν. *H. Steph.*

Ib. Πραγματείαν] Vel legerem πραγματείας, jungendo cum χρηματισμοῦ, ut habetur in Inſtit. Lacon. vel πραγματικὴν, ut ſit, ἐργώδη καὶ πραγματικὴν συναγωγὴν.

Ib. Εἰρημένην τελοῦντες] Mendoſe legitur in Inſtit. Lacon. ita, ἀποφορὰν τῆς ἄνωθεν ἐςαμένην, ſine verbo: quod vel hinc ſupplendum, ſic legendo, ἘΙΡΗΜΕΝΗΝ ΤΕΛΟΥΝΤΕΣ, vel ἑςαμένην refingendum in ἹΣΤΑΜΕΝΟΙ, *pendentes*.

Ib. Τὴν ἐλευθερίαν] Potius τῆς ἐλευθερίας ἑαλωκυῖα δίκην, ut ſupra δίκην ἈΡΓΙΑΣ ὠφληκότα.

Ib. Ἀδολεσχίαν] Repone ἀσχολίαν ex veterum codicum conſenſu. *H. Steph.* Sic A.

P. 118. Τὸ μὴ πλεῖςον] Rectius A. μὴ τὸ πλεῖςον.

Ib. Ἀκρατῶς] Tan. Faber corrigit ἀκράτως, ut & A. hoc valet, *prorſus, admodum, ſine ulla mixtura*; illud vero, *incontinenter, intemperanter*: hoc a κεράω *miſceo*, illud a κρατέω *cohibeo* derivatur.

P. 119. Πεισιςρατίδας] Hoc ex vet. cod. repoſitum fuit pro Πολυςρατίδας. *H. Steph.* Dictum hoc in Apophth. Lacon. refertur ſub nomine Πολυκρατίδου.

Ib. Οὐδὲ ἰχνευτὴς] Recte A. οὐδ' ἐν ἰχνευτῖς.

P. 120. Διεκόσμησεν αὐτὸς] Forte αὐτοῖς, nempe, Spartanis.

Ib. Γυναικὸς ἱερῶς] A. habet ἱερᾶς, forte ἱερείας.

P. 121. Πολιτευμάτων διαφορὰν] Melius ΔΙΑΦΟΡΩΝ, *differentium*.

P. 122. Ἄλλως ἐξέπεμπον] Rectius A. ἄλλον ἄλλοσε.

Ib. Ὥςε καὶ πίνειν] Aptius cohærebit ſententia, legendo ὍΥΣΤΕ.

Ib. Ἐλευθέρων] Forte ἐλευθερίων, ut p. 100. παρόντας ἘΛΕΥΘΕΡΙΟΥΣ.

Ib. Στρατιᾷ] Potius ςρατείᾳ.

Ib. Τὰς δεσποτείας] Verto *Dominos*, ut dominium pro domino poſitum μετωνυμικῶς intelligatur, ſicut φιλότης apud Lucianum & alios pro amico dicitur. *Xyl.*

P. 123. Ὦ συμπολῖται] Lege ἘΝ ᾧ. præpoſitio enim neceſſaria eſt, & abſorpta fuit in ſyllaba finali præcedentis vocis σεισμόν.

Ib. Οὐ γὰρ ἔγωγε] In quodam cod. hæc extant: ἐν μὲν ἐν τούτοις οὐδὲν ἔςιν ἀδικίας ἴχνος, ſed hæc habentur non multo ante, p. 121. *H. Steph.*

P. 124. Διαμένειν] Rectius ſcribetur διαμενεῖν. *H. Steph.*

Ib. Χρόνῳ ἐπῶν] Præfero ΧΡΟΝΟΝ, ut eſt in Inſtit. Lac. V. habet χρόνοις vel χρόνων.

P. 125. Δι' Ἀλέξανδρον, μᾶλλον δὲ διὰ Λύσανδρον] Xylander de Alexandro dubitans, hoc de Cleandride dici conjicit, qui ſe a Pericle corrumpi paſſus eſt. ſed vana conjectura eſt, cum pateat ex Græcis Hiſtoricis & Inſtit. Lac. luxuriam primo Spartam invaſiſſe per Lyſandrum ſolum, qui ἑλὼν Ἀθήνας (potius Ἀθήνας) πολὺν χρυσὸν καὶ ἄργυρον εἰσήγαγε. Dele igitur δι' Ἀλέξανδρον, μᾶλλον δὲ, quæ a manu correctoris adnotata, ſenſim in textum irrepſerunt. idem eveniſſe monui ad

P.

p. 97. pollicitus hic alia loca eodem vitio laborantia monstrare. Et quidem si editores codicem Vulcobianum secuti fuissent p. 127. mendose admodum legeretur ibi, τῦ Ἱππάρχυ τελδυτήσαντ@, μᾶλλον δὲ τῦ Λυκέργυ, sed recte viderunt omnia prorsus delenda, præter τῦ Λυκέργυ. quanquam alibi non ita perspicaces se probarunt. Nempe in Κεφ. Ἑλλ. καταγρ. p. 527. εἰς Φεράς πρὸς Ἀκαστον ἢ Ἄδραστον ἐλθεῖν, delendum restat ἢ Ἄδραστον. in Sympos. p. 1214. Αἰγιέων, ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς ὐδεὶς ὐδὲ λόγ@, dele Αἰγιέων ἢ, cum de Megarensibus proverbium illud dici liqueat, de Ægiensibus non ita. Insignis vero locus extat in Præceptis Polit. p. 1472. sine tali remedio insanabilis: ubi inter alias boni Politici descriptiones, ob hoc etiam laudatur, ut ὐ μικρὸν ἡμέρας μέρ@ ὄπὶ τῦ βήματ@ ἢ τῦ λογίυ πολιτδυόμεν@, ἢ τὰ μὴ παρὰ τῶν ἄλλων, εἶτα ἤδη πάντα τὸν ἄλλον βίον ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὥσπερ καικίας νέφη, τὰς χρείας καὶ τὰς οἰκονομίας πανταχόθεν, ἀλλὰ δημοσιεύων ἀεὶ τῆ φροντίδι &c. Quis non videt protinus ejicienda esse ista perperam repetita verba ἢ τὰ μὴ παρὰ τῶν ἄλλων? & deinceps forsan legendum, εἶτα ΔΗ ΠΑΡΑ τὸν ἄλλον βίον ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ΏΣ Ὁ καικίας, &c.

Ib. Αὐτὸς ὢν ἀνάλωτ@] A. corrigit ἀνάλωτ@, quod ne cuiquam nimis placeat, monendum est nunquam a Nostro dici potuisse, qui integritatem Lysandri in vita ejus prope finem indubitato Theopompi testimonio vindicat.

Ib. Εὐπάθειαν ἐργάσασθαι] Malim ἘΝΕΡΓΑΣΑΣΘΑΙ, ut supra, ἐμποιεῖ, & infra, p. 126. ἘΝΕΙΡΓΑΖΟΝΤΟ.

P. 126. Ὀνομάζοντες] Libentius legerem, NOMIZONTEΣ, quia Spartanos Duces vel legatos ἁρμοστὰς & σωφρονιστὰς a Græcis ὀνομάζεσθαι non constat. ita p. 89. Noster Thaletem vocat ἕνα τῶν NOMIZOMENΩΝ ἐκεῖ σοφῶν καὶ πολιτικῶν.

P. 127. Ξενικλὼ ὁδὸν] Dacer. notat ξένιλω legi in MS. Florent. atque ita legisse videtur Lapus: sed perperam, cum in Theseo occurrat p. 17. μακρὰν τῆς ΞΕΝΙΚΗΣ ὁδῦ.

N U M A.

P. 129. Καὶ Κλώδι@] Delent καὶ Flor. & Ald. nec quidem temere.

P. 130. Τὸν Ἠλεῖον] Meziriacus corrigit Δήλιον, quia illustris ille Sophista, Hippias Eliensis, Socrati coætaneus fuit, adeoque Plutarchum plus 500 annis præcessit: non itaque verisimile esse Nostrum de hoc affirmare, *quod sero Olympionicarum catalogum composuerit*. Hippias vero Delius citatur ab Apollonii Schol. ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις, & scriptor multo recentior fuisse videtur.

Ib. Πέμπτη δὲ] Corrigit Meziriacus ἑβδόμη δὲ πέμπτυ, quia Nonæ Capratinæ in Romulo dicuntur eædem esse cum Nonis Quintilibus, sive Juliis: hæ autem semper in septimum diem istius mensis inciderunt.

Ib. Τεσπῆς χλιμμένης] Legitur in quibusdam ταραχῆς. *H. Steph.* Sic in Romulo, p. 73. ἐπεὶ δ' ἔληξεν ἡ ΤΑΡΑΧΗ.

P. 131. Αὐτὸν ὀναμάζεσθαι] Scribe αὐτόν.

Ib. Ἤρεσάν τε] Legendum ἤρεσαν ΔΕ & postea μόνον cum V. non μόνυ.

P. 132. Κυρίνῳ] Delet hanc vocem Salmasius in notis ad Vopiscum: J. Auratus legit κύριον ὄντα, atque ita Amiotus, sive κυριεύοντα, quibus consentiunt Dacer. & Mezir. Lapus locum sic reddit: *sex horas noctis, & sex diei Quirino, tantundem vero Tatio distribuentes:* unde mihi suspicio incidit non delendum esse Κυρίνῳ, sed supplendum ΚΑΙ ΤΑΤΙΩ, ut divisum imperium exerceretur sub utriusque & Romuli & Tatii auspiciis

ciis. Quod ſequitur, rem extra dubium ponere videtur: καὶ γὰρ ἡ διανομὴ τῶν καιρῶν ἙΚΑΤΕΡΟΥ, *etenim hæc temporum diviſio æque in utrumque diſtributa* &c. Quo enim referes illud ἑκατέρου niſi ad Quirinum & Tatium modo memoratos? Lege itaque Κυρίνῳ καὶ Τατίῳ.

Ib. Μεσοβασιλείαν] Alii, μεσοβασίλειον forma adjectivi, ac ſi cum σχῆμα jungeretur: ſed altera lectio magis placet. *H. Steph.*

Ib. Ἐν Σαβίνοις τῆς Κυριτῶν] Rectius A. τῆς Κύρεων, ut Livius, Curibus Sabinis.

P. 133. Ἀνακηρυχθεῖσι,] Auratus ex conjectura, ἀνακραθεῖσι, coalitis: ſic p. 131. οὕτω τῶν ἐπηλύδων ΣΥΓΚΕΚΡΑΜΕΝΩΝ πολίταις.

Ib. Υἱὸς δὲ Πομπωνίου] Legitur & Πομπίου, cui favet Val. Maximus, qui Numæ patrem Pompilium Pompium nominat. Dion. Halic. υἱὸς Πομπιλίου Πόμπωνος.

Ib. Αὐτὸν διημέρωσε] Lege αὐτὸν, & poſtea, ἐν αὐτῷ.

Ib. Κάθειρξιν] Flor. & V. καθέξειν, forte κάθεξιν.

P. 134. Ἀγνοοῦσι δὲ &c.] Pæne eadem ratio opponitur huic Ægyptiorum opinioni de appulſu ſpiritus Dei mortali mulieri, Sympoſ. l. 8. c. 1. τῷ γὰρ θείῳ δέδια μὴ δόξῃ τῷ φθαρτῷ (l. ἀφθάρτῳ) μάχεσθαι τὸ γεννῶν, οὐχ ἧττον ἢ τὸ γεννώμενον· μεταβολὴ γάρ τις καὶ αὕτη καὶ πάθος. ubi etiam quæſtio hæc plenius diſcutitur.

Ib. Οὗ δὴ] Scribendum videtur περὶ οὗ δὴ. *H. Steph.* ᾧ δὴ legit V. & ſequenti linea delet αὐτῷ. probo ᾧ δὴ, & forte pro αὐτῷ legendum αὐτόθι, *confeſtim reſpondiſſe Pythiam.*

P. 135. Ἀποθεσπίζειν] Potius ἀποθεσπίζουσαν, ut ad Πυθίαν referatur.

Ib. Καὶ δ' αὖθ'] Lege, ΚΑΔΔ' αὖθ' pro καὶ δ', ut jungatur cum βαίνει.

Ib. Παίζοντας] Dele interrogationis notam cum Flor. & Ald.

P. 136. Ἡσυχίᾳ] Rectius ſcribitur ἘΝ ἡσυχίᾳ. *H. Steph.*

Ib. Τρόπον τινὰ γεγενημένης] Malim ἘΓΓΕΓΕΝΗΜΕΝΗΣ. Simile mendum corrupit locum Philonis contra Flaccum p. 665. ed. Turn. διὰ τὴν παλαιὰν καὶ τρόπον τινὰ γεγενημένην (l. ἐγγεγενημένην) πρὸς Ἰουδαίους ἀπέχθειαν.

Ib. Μήτε μεμπτὸν] Forte μήτε ΤΙ μεμπτόν.

Ib. Ἐπιβουλεῦσαι] V. ἐπιβουλεύσας, forte, ἘΠΙΒΕΒΟΥΛΕΥΣΘΑΙ.

Ib. Καὶ Ῥωμύλον] In quodam cod. καίτοι. *H. Steph.*

Ib. Ὁ δὲ δεινὸς] Recte A. ὅ, τε δεινὸς, ut continuet ſententiam Numa in enumerandis ſuis dotibus imperio inidoneis.

P. 138. Διὰ χειρὸς ἔχοντας] Malim ἜΧΟΝΤΑ, nempe, Numam.

Ib. Τούτοις προσιὼν] Scriptum etiam eſt, τούτοις προσεπιλέγεται &c. *H. Steph.*

Ib. Ἐγκεκαλυμμένον] Dacerius Plutarchum falli putat, cum ex Livio conſtet non Numam, ſed augurem velato capite fuiſſe: Robortellus autem teſtatur in antiquo cod. ita ſcriptum eſſe, ἐγκεκαλυμμένος αὐτὸς, καὶ παραστὰς ἐξόπισθεν. Sic quidem tollitur diſcrepantia inter Noſtrum & Livium; ſed ego cum Dacerio mutationem iſtam vix admitti poſſe cenſeo.

P. 139. Δορυφόρων] Ex vet. additum fuit: quod abeſſe tamen poteſt. *H. Steph.* & abeſt in Flor. & Ald.

Ib. Διέλυσεν] Legitur & διέστησεν. *H. Steph.*

Ib. Οἱ βασιλεῖς] Scriptum eſt etiam, οἱ τρεῖς βασιλεῖς. *H. Steph.*

Ib. Ἱερῷ τοῦ Διὸς] Lege cum A. ἱερεῖ, *ſacerdoti Jovis.* & delendum puto ſecundum illud Κάμιλλον, quod redundare videtur ob præcedentem vocem, οὕτως.

Ib. Ἐκείνη τοῦτ' ἦν] Lego ΤΟΤ' ἦν, ut Lapus, *tunc*.

P. 140. Χρησαμένην] Constructio sententiæ monet legendum esse χρησαμένη, & postea, δοκοῦσα, ut habet V.

Ib. Τοῦ θεοῦ] Potius ΘΕΙΟΥ, ut postea, τὸ θεῖον.

Ib. Περὶ τὸ θεῖον ἀριστεία] Hæc lectio ferri potest, sed mallem ἉΓΙΣΤΕΙΑ, ut p. 66. τῆς περὶ τὸ πῦρ ἉΓΙΣΤΕΙΑΝ, & p. 141. Πυθαγορικῆς ἉΓΙΣΤΕΙΑΣ, & p. 145. μεγίσταις καθιερωμένων ἉΓΙΣΤΕΙΑΙΣ.

Ib. Ἀποφῆναι] Legitur & ὑποφῆναι, quod magis convenire videtur. *H. Steph.*

Ib. Γόντα] Hi versus occurrunt apud Diog. Laert. in vita Pythagoræ, ubi jampridem emendarunt Docti, γόητος.

P. 141. Ἢ νέαν] Omnino sequendi Xylander & Steph. qui ἢ ἐνεὰν, *mutam*, correxerunt; quod ex MS. confirmat Dacer.

Ib. Ἀπομνημονεύοντος] Sententiæ videtur aptior vox, ἈΠΟΜΙΜΟΥΝΤΟΣ: Pythagoræ silentium imitando comprobavit. Sic p. 146. ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα &c.

Ib. Οὗτος δὲ] Inserit καὶ Flor. ante οὗτος, non male. deinde lege cum V. A. Ῥωμαίους, quod probat Steph.

Ib. Ἀλλ' ἑκατὸν] Potius ἘΝ ἑκατὸν, ut Flor. & Ald. & delendum prius διετέλουν cum iisdem; quod abesse etiam in MS. Sti Germani in pratis testatur Dacerius.

Ib. Τὸν ἄνδρα] V. habet οἱ τὸν, quod probo: & Lapus ita legit.

Ib. Ἕτερα δὲ] Lege ἝΤΕΡΟΝ δέ. ad aliud procedit argumentum: supra dixerat, ἓν μὲν ἔστιν.

P. 142. Τῶν δυνατῶν] Hæc mens loci: Pontifices inde nomen sumsisse, quod res solum quæ in potestate ipsorum essent, peragere tenerentur. Legendum itaque videtur, πρὸς ὑπεξαίρεσιν γεγονέναι τοὔνομα τῶν ἈΔΥΝΑΤΩΝ, vel ἈΟΥ δυνατῶν. Sic in Κεφ. καταγ. Ῥωμ. p. 507. pro δυνατὸν, reponendum est ex cod. Petav. οὐ δυνατόν.

P. 143. Τάξιν ἐπέχει] In aliis τάξιν εἴληχεν. *H. Steph.*

Ib. Παραπιθεμένους] Vel legendum παρατιθέμενοι, ut ad ἀποδιδόασιν referatur, vel παρατιθεμένου, subaudita Νομᾶ. Si hoc malis, tum postea συνοικοῦντος legi necesse est cum A.

Ib. Ὅ φασι] Dele ὅ, quod impedit sententiam.

Ib. Ἡλίου φλόγα] Legitur etiam ἡλίου φῶς, καὶ φλόγα. *H. Steph.*

Ib. Αὐγὰς] Hoc repositum fuit pro αὐτάς. in versu sequenti legitur etiam περὶ. *H. Steph.* vide not. ad p. 75.

P. 144. Διατηρῆσαι] Lego ΔΙΑΤΕΤΗΡΗΣΘΑΙ, ut a λέγουσιν pendeat.

Ib. Ἄγνοια] Rectissime habent Flor. & Ald. ἁγνεία, quibus suffragantur codd. Florent. & Bibl. S. Germani in Pratis.

Ib. Περιοῦσαι] Scriptum est & προάγουσαι, ut p. 138, ΠΡΟΗΓΕΝ εἰς τὴν Ῥώμην. pro quo perperam antea legebatur περιῆγεν. *H. Steph.*

P. 145. Γεγονέναι] Melior est ordo verborum apud Flor. & Ald. οὐκ ἐξεπίτηδες γεγονέναι τὴν ἀπάντησιν.

Ib. Καθιερωμένων] Præfero lectionem A. καθιερωμένον.

Ib. Τῶν ἱερῶν] Legitur etiam τῶν ἱερέων. *H. Steph.* Is nempe denotatur, qui p. 143. ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει: sic infra dicitur avertere se μετὰ τῶν ἄλλων ἹΕΡΕΩΝ.

P. 146. Ταῦτα δὲ] Forte, ταυτὰ δὲ.

Ib. Ἐν ἑτέρᾳ] Non placet hoc. quisnam enim hic alius, sive alter locus, in quo terram statuit Plato? Tentabam, ἐν ΝΕΡΤΕΡΑ, in inferiore loco; quod a sequentibus illustratur, quibus opponitur, τὴν δὲ μέσην καὶ κυριωτάτην.

Ib. Τῶν δώδεκα] Omnes legunt δέκα, quod tum ex iis quæ sequuntur, tum ex

ex aliis autoribus abunde probatur: præcipue in Coriolano, p. 97. ubi Noster hunc ipsum respicit locum, ut evincat decem menses longissimi luctus terminum fuisse.

P. 147. Διδάξαντ@.] Legitur etiam, καταδείξαντ@. *H. Steph.*

Ib. Ὡς δίκαιον] Recte A. δικαίε, nempe πολέμε.

P. 149. Τὸν ἀγῶνα] Legitur αἰχῶνα, quod reponi plane debet. *H. Steph.* sic A.

P. 150. Οἱ ἢ Ουετέριον] V. habet ἐκ Ουετέριον. forsan scripsit Noster, ΌΥ ΒΕΤΟΥΡΙΟΝ, (ita enim vocatur præcedente pagina) quæ post coaluerunt in Ουετέριον. paulo post legendum ἈΛΛΑ' ἑτέρεμ. Sic V. A.

Ib. Περὶ σύνοιαν] Recte V. A. ἐννοίᾳ. Sic Lapus vertit, *speculationi vacans.*

Ib. Ἐκ παρόδε] Legitur & ἐκ παραλόγε. *H. Steph.*

Ib. Σχαλεύειν] Legitur etiam σαλεύειν. sed altera lectio nullos testes habet. *Id.*

P. 151. Περὶ πολλὲς] Omnino recte A. περὶ τὴς πολλὲς. Phrasis usitatissima Nostro, οἱ πολλοὶ, qui in hac & in aliis quam plurimis cum stylo Novi fœderis mire concordat.

Ib. Τὰς ἀνατολάς] A. habet περὶ τάς, ego malim περὶ sine τάς.

P. 152. Ἄπιςον]. Est & alia lectio ἄτοπον, sed illud magis huic loco quadrat. *H. Steph.* Præcedit enim vox ἀτοπίαν.

Ib. Τιτάνων γλύει] A. Πάνων γλύει, quod Dacerius ex MS. confirmat.

P. 153. Κρομμύων] Post hanc vocem apte ponetur interrogationis nota, itidemque post θερίζειν. *H. Steph.*

P. 154. Ἐνεμίξατο] Dacerius præfert ἐμμίξας, quia sequitur ἀγαπήσας, atque ita testatur esse in MSS. Flor. & Seguieriano, jam in bibliotheca Sancti Germani in pratis asservato. Sic etiam extat in Fl. & Ald.

P. 155. Ὑπεξελομένε] Xyl. & Steph. scribunt ὑπεξελομένε, quia præcessit ἀυτῶ. ego malim ὑπεξελόμενον, ut ad διόρθωμα referatur, quod vicinius est.

Ib. Ουρανὸν] Scriptum invenitur ἐνιαυτόν. *H. Steph.* Sic V. A.

P. 156. Τέσσαρσιν] Vel falsus est Plutarchus, vel corrigendum τρισὶν, quia trimestribus annis usos fuisse Arcadas ex Plinio, Solino, Censorino, aliisque abunde constat. *Mezir.*

P. 157. Τῆς ὥρας] Omnino legendum τ Ἥρας, quod confirmat Noster in Κεφ. καταγρ. Ῥωμ. p. 503, & 508. Hoc etiam viderunt Xyl. Steph. & Mezir.

Ib. Τὴς ἢ ἐφεξῆς] Necessario inserendum videtur vox δύο, ut sit τὴς ἢ ΔΥΟ ἐφεξῆς, aliter hoc de quatuor mensibus (tot enim restant) intelligendum erit: quod nec verum est, nec cum sequentibus concordat.

Ib. Τοῖς φυτοῖς] Xyl. legit ex conjectura, θνητοῖς. rectius, φθιτοῖς, quod probat Mezir. & Dacer. ex MS. profert. Sic Noster Κεφ. καταγ. Ῥωμ. p. 478. de Februario, ἐν ᾧ τοῖς ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ ἐναγίζεσι.

P. 158. Μάρκε Ἀτιλίε] Scribendum esse Γαΐε omnes viderunt, & Noster sic habet Op. Mor. p. 574. ΓΑΙΟΥ Ἀτιλίε ἢ Τίτε ὑπάτων.

P. 159. Διαδεχομένης] Magis placeret, ΔΙΑΧΕΟΜΕΝΗΣ. Lapus, *illius animi serenitas in omnes diffunderetur.* Magis etiam convenit cum præcedentibus, ἘΠΕΙΣΡΕΟΝΤΩΝ εἰς ἅπαντας.

Ib. Αἰθὰνδ'] Malim αἰθὰν absque ἢ. *H. Steph.* Totum canticum, cujus particulam citat Noster, Bacchylidis est, & extat apud Stobæum in capite, de pace.

Ib. Δάμνα.] Dele punctum post hanc vocem.

vocem, deinde lege χαλκεᾶν, ut antea αἰθᾶν ἀραχνᾶν, postea, οὐκέτι cum Fl. & Ald. non οὐκ ἔτι.

Ib. Δαίμονος τύχη] Legerem δαιμόνιος τύχη, vel δαίμονός τινος τύχη ut infra, ἔκ ΤΙΝΟΣ τύχης θείας.

Ib. Συσχηματίζοντες] Ex mendoso συματασχηματίζοντες recte conjecit aliquis legendum συμμετασχηματίζοντες. Tum lege πρὸς ΑΥΤΟΥΣ.

P. 160. Ἀπάσης βοηθείας] Vix sensum satis plenum exprimit vox βοηθείας per se posita, nisi supplere fas esset, πολιτικῆς βοηθείας. Salvinius corrigit βασιλείας, quam ut fælicem admodum, & verissimam conjecturam amplectitur Dacer. A. habet πολιτείας aut συνηθείας.

Ib. Διὰ τοῦτο] Legerem διὰ τοῦτον, nempe Μάμερκον, ab illo enim posteros ejus Reges vocari tradit Noster: an recte, cum Xyl. doctioribus relinquo.

P. 161. Ἱερὰς βίβλους] Alii κύρβεις. illud vero recte præfert Steph. quoniam, ut notat Mezir. Plinius hos Numæ libros chartaceos fuisse asserit.

Ib. Φορουμένων] Melius V. A. φρουρουμένων.

Ib. Τάς τε περὶ &c.] Ita lego totam clausulam: τὰ ΓΕ περὶ τὰς ἀπόρους καὶ ἀρρήτους λεγομένας ἐν γεωμετρίᾳ μεθόδους πραγματείας πρός τινα τῶν ἀναξίων ΕΚΔΟΘΕΙΣΗΣ, ἔφασαν ἐπισημαίνειν τὸ δαιμόνιον. deinde præfero κοινῷ cum Fl. & Lapo; & ἐπεξερχόμενον cum V.

P. 162. Τετρακοσίων] Ex fide Livii & Plinii, & aliorum corrigunt πεντακοσίων Xyl. & Mezir. Res enim incidit in annum U. C. 573.

Ib. Ὀρμῆσαι] Mezir. culpat Amiotum quod non animadverterat reponi debere ὀρχῆσαι, cum melius legatur ὀμνῦσαι, ut A.

Ib. Μείζων ὤν] Hanc lectionem præfero: μείζων ὢν ὁ κατόπιν καὶ μετ' &c. *H. Steph.*

P. 164. Καλὸν δὲ] V. vitiose μᾶλλον, quod tamen veræ lectioni viam aperit, nempe ΚΑΛΛΙΟΝ. pulchrum est, inquit, regnum innocentia comparasse: pulchrius autem regno innocentiam prætulisse. In hoc primas Lycurgo tradit.

Ib. Ἁρμονίαν] Ita reposui ex vet. cod. pro ἁρμονικοί: quod tamen non omnino repudiandum censeo. *H. Steph.*

Ib. Περὶ τοῦ] Nonnulli cod. καὶ δὴ περὶ τοῦ. quarum vocularum aliquid est pondus. *Id.*

P. 165. Ἀκεράτων] Potius ἀκερατῶν, ab ἀκερατής. vide not. ad p. 118. quanquam prætulerim ἀκεράτως, p. 166.

Ib. Ἀφῆκε] Rectius V. ἐφῆκε.

P. 167. Ἡ δὲ] Lego ΤΟΝ δὲ, & sic verto: *illum vero (Numam) nihil impulit, &c.*

Ib. Εἰς τοῦτο] Potius, ταὐτό. Sic Lapus, *in eandem rem.*

Ib. Ἐπισημῶν] Reponendum arbitror, ἐπισημάτων, ut pronomina sequentia ταῦτα, & ἐκεῖνα cum illo convenire possint. *H. Steph.*

Ib. Ταῦτα μὲν &c.] Xylandro locus duriusculus videtur & subobscurus, si modo bene habet, quod minime credit; forsan clarior & expeditior evadet ita legendo: ταῦτα μὲν ἰσχυρὰ καὶ ἀκερατος ἀπάθεια πρὸς γαμετὴν (ΚΑΙ ΤΑ) ἐκταράττοντα καὶ ΚΑΤΑΝΑΓΚΑΖΟΝΤΑ ζῆν (ΕΝ) λύπαις καὶ ζηλοτυπίαις τοὺς πολλούς. Quod si cuivis placeat lectio A. ἔξω λύπαις, stare potest receptum illud κατακαίοντα. mihi quidem non placet.

Ib. Θῆλυς οὖσα] Omnino ἄθηλυς, ut Xyl. & A. opponitur enim priori θῆλυ καὶ κόσμιον. Eadem voce utitur noster Κεφ. καταγ. Ῥωμ. p. 509: ἄθρυπτον καὶ ΑΘΗΛΥΝ προσιέναι καλλωπισμόν.

P. 168. Αἳ σὺν] Sic extat apud Euripidem in Andromache, V. 597. Αἳ ΞΥΝ νέοισιν ἘΞΕΡΗΜΟΥΣΑΙ δόμους.

Ib.

Ib. Καὶ τὰν] Hos versus Auratus in V. L. digerit & emendat. addo tantum, cum Interpretes uno consensu τὰν νεοργὸν vertant *juvenculam*, vix reprimo me quin emendem τὰν νεογνόν: sin autem illud retineas, reddendum puto, *juvenum appetentem, avidam*; ob ὀργάω. quanquam vox est plane nova, nec in lexicis facile reperienda.

Ib. Τῆστε ἄλλης] Delent τε Fl. & Ald. ego malim τῆ ΓΕ ἄλλης.

P. 169. Κτίσιν ἔτεσι] Forte ἐν ἔτεσι, ut p. 83. ubi eadem res narratur, ἘΝ γὰρ ἔτεσι.

Ib. Ἢ καὶ φιλίας] Lege ἢ cum Fl. & Ald. adeo nihil opus est ut inseratur post μᾶλλον, quod Steph. voluit.

P. 170. Φόβου τοῦ] Steph. præfert φόβῳ, forte ἐκ φόβου, quod melius convenit cum τοῦ ἰδίου.

Ib. Μικρὸς γὰρ ὤν] Multo elegantius, μικρὸς γὰρ ἌΝ ὤν.

P. 171. Συμπεπυδυκύας] Non damno hanc lectionem, quia sensum non prorsus ineptum præstat; multo autem aptior & usitatior Nostro vox συμπεπηγυίας. Sic Romulus p. 83. ΣΥΝΕΠΗΞΕ τὰ ὅπλα. in Camillo, p. 320. λείψανα ΣΥΜΠΗΓΝΥΝΑΙ τῆς πόλεως.

SOLON.

P. 172. Φιλοκλέους] Nescio quare Amphiclem verterit Amiotus: hujus quidem opus, Historiographum vocatum, citat Athenæus. *Dacer.* Fefellit virum Dalechampius, qui ex perturbatis loci istius vocibus (quod observarat Casaubonus in animadv.) fabulam ἱστοριόγραφον Amphicli tribuit, cum ad Dioxippum pertineat, paulo ante citatum in Ἀντιπορνοβοσκῷ.

P. 173. Νόμον ἔγραψε] Sic scripsisse puto; ut accipiatur pro ἐκ τοῦ νόμου ὃν ἔγραψε, sic enim & alibi hanc orationis structu-ram apud eum invenisse mihi vi
Steph.

Ib. Γηράσκειν ἀεὶ] Recte V. αἰεὶ
versus pentameter. Sic. p. 211.

Ib. Ὦ τε πολὺς] Lego, ᾧ KE
metri causa. Sic KEN κρατη
188.

Ib. Ἀφίκηται] Melius A. ἐφίκη
quatur: & versu sequenti ἥβης
legas ἁρμοδία, *congrua.*

P. 174. Μασσαλίας πρῶτος
proprium nomen viri, ut observ
ex Justino, l. 43. Hinc Aristot
Athenæum l. 13. tradit esse
Μασσαλίᾳ μέχρι νῦν Πρωτιάδαι κ

Ib. Ἔμπεδόν ἐστι] Scriptum e
ἔμπεδον αἰεί. *H. Steph.*

P. 175. Ἀλλὰ παίζων] Si d
ἀλλὰ παίζων ὡς, ἔοικε προσχρήσασ
delendum ὡς, nec mutandum
σασθαι in προσεχρήσατο putabis
phano.

Ib. Παράγων] Probo παράγ
sic idem Solon dicitur μουσικ
ΠΕΜΠΩΝ ἑαυτόν, & Sympos.
νὺξ ΠΑΡΑΓΕΙ καὶ κατευνάζει τῆ φύσ

Ib. Ὡς δῆλον] Bodl. 1. 2. καί,
trumque admittendum, ὡς καὶ δῆ

Ib. Πέλεται] Diog. Laertius i
habet, φέρεται.

Ib. Θάλεω μόνον] Omnes sc
νου, rectissime.

P. 177. Σχεῖν παρ] Legitur
ταχεῖν. *H. Steph.*

Ib. Πράττοντα] Melius Bodl. 1
τοντι καὶ συντάττομένῳ, ut congru
αὐτῷ.

P. 178. Ὡς δυστυχής] Inveni
δυστυχής. *H. Steph.*

Ib. Φήσαντος δ' ἀνθρώπου] Mul
Bodl. 1. 2. φήσαντος δ' ναὶ τοῦ ἀν
enim sententiæ necessarium est,
hac narratione occurrit TON
cum articulo.

Z

P. 179. Τὸν φιλόςοργον] Omnino legendum, τὸ φιλόςοργον cum omnibus Bodl. quod paulo supra vocatur τῆς ψυχῆς ἀγαπητικόν.

Ib. Θεραπεύοντες] Rectius θεράποντες Fl. Bodl. 1. 2.

Ib. Διαλεγομένους] In quibusdam est διαμαχομένους. *H. Steph.* Illud præferendum, quia de philosophis, sicut Thalete, res agitur, qui de hujusmodi argumentis differere solebant.

Ib. Περὶ χρημάτων πεπαῦσθαι σέρησιν] Vox πεπαῦσθαι suspecta, variis conjecturis agitata est. πεπεῖσθαι, J. Rutgersius: πείθεσθαι, Baudius; Cruserius vertit, *consilium mutuari*: forte legit πεπνῦσθαι, ut Socrates dicitur περὶ τοῦ Σωκρ. Δαιμ. p. 1029. φιλοσοφίαν εὖ μάλα βεβακχευμένην ΠΕΠΝΥΣΘΑΙ. Dacerius ex MS. παρατετάχθαι probat: quam quidem vocem simili sensu usurpare videtur noster in Ὑγιειν. Παραγγ. p. 215. ἐνταῦθα δεῖ ΠΑΡΑΤΕΤΑΧΘΑΙ πρὸς τὴν μέγα σινομένην ἄνδρας αἰδῶ. Nec tamen omnia occupata sunt: locus est & pluribus conjecturis. aut enim πεπαιδεῦσθαι legi possit, ut Op. Mor. 1023. ΠΕΠΑΙΔΕΥΣΘΑΙ πρὸς ἀρετήν: aut πεφράχθαι, quod sensu convenit cum παρατετάχθαι, sed ad receptam lectionem propius accedit, & ex var. lect. πεπράχθαι unica mutata litera oriri poterat. Quod si πεπαῦσθαι reddatur, *quietum esse, sedatum, non perturbatum*, non necesse est ut mutetur: cui favere videtur locus in Pyrrho, p. 457. ἀπειρηκὼς πρὸς τὴν πολιτείαν καὶ ΠΕΠΑΥΜΕΝΟΣ.

P. 180. Πιλίον] Demosthenes de Falsa Legat. hanc ipsam historiam tangens πιλίδιον habet, quod quidem mendosa lectio πλινθίον hic suggerere videtur.

P. 181. Κιχρεῖ] Lege Κυχρεῖ, ut omn. Bodl. & Fl. sic p. 9. Κυχρέα τὸν Σαλαμίνιον.

P. 182. Τῶν πολεμίων] Forte τὰ τῶν πολεμίων, *quid hostes agerent*.

P. 183. Ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ] Melius Bodl. 1. 2. περὶ, quia sequitur ὑπὲρ τοῦ θεοῦ.

P. 184. Εἰς τὸ μέσον] Recte delent τὸ Fl. Al. & omn. Bodl.

Ib. Προσφαίνεσθαι] Scribendum arbitror προφαίνεσθαι. *H. Steph.*

P. 185. Ὄνομα Βάλτης] Suidas, Βλάςας.

Ib. Πεπαυμένης] Vide an malis διαπεπαυμένας, ut quidam cod. habent. *H. Steph.*

Ib. Τοσαῦτα] Necesse puto εἰς præfigi, ut quidam cod. habent; in quibus etiam est διεςώσης pro διαςάσης. *Id.*

P. 186. Ἐπὶ τῇ ξένῃ] Præfero lectionem, ἐπὶ τὴν ξένην: quod istam constructionem alibi quoque observarim. Dicuntur autem πιπράσκεσθαι ἐπὶ, vel ὡς τὴν ξένην, etiamsi in ea non vendantur: quia nimirum venduntur ἀχθησόμενοι εἰς τὴν ξένην. *Id.*

P. 187. Τὸ πρῶτος] Recte τὸ πρῶτον, omn. Bodl.

Ib. Γενομένην] Malim γινησομένην.

Ib. Τυννώνδαν] Lapus, Tymonidem; quis sit, ignoratur.

P. 188. Οὐκ ἔπασε μέγα] Hos Trochaicos tetrametros catalecticos emendarunt P. Victorius, Muretus, & Xylander. hic legendum οὐκ ἈΝΕΣΠΑΣΕΝ μέγα, & versus sequens a δίκτυον ordiendus.

Ib. Ἤθελε] Legendum in prima persona, ἤθελον, & sunt verba de se, non de Solone loquentis. *Xyl.* si de Solone accipias, certe ἤθελεν legendum metri causa.

Ib. Θυμοῦ δ' ἁμαρτών] Omn. Bodl. ἁμαρτῇ, quod verum puto: Hesychius, Ἁμαρτῇ, ἅμα καὶ ἐπακολούθως, ὡς Ὅμηρος χρῆται. ita igitur versum reddo, *Animorum simul & mentis expers.* Postea præfero cum iisdem τυραννίσας, ut sit purus trochæus in

in secundo loco: deinde κἄπιτετέρφθαι, ut Xylandro & cuivis obvium.

Ib. Ἄριστον ἦν] Pulchre conjecit A. ἀνεκτὸν ἦν, *quicquid tolerari poterat.*

P. 189. Συνάδειν] Potius συνάδει. ex sua enim cognitione, non aliorum sententia loquitur.

Ib. Δουλεύουσαν] Recte δουλεύουσα & ἐλεύθερα, ut Fl. Al. & omn. Bodl.

Ib. Δόγματος ἐξενεχθέντος] Idem narratur in Polit. Præc. p. 1445. ubi corrige νόμου ΠΡΟΑΧΘΕΝΤΟΣ, non προσαχθέντος.

P. 191. Ὑπηρετοῦσαν] Forte συνυπηρετοῦσαν.

Ib. Τοῦ βουλεύεσθαι] Legitur & βέλεσθαι. *H. Steph.* Sic V. & Lapus, *voluntate.*

Ib. Ἔτερα] Addit ʒ Fl. forte δὴ, *scilicet.*

P. 192. Τριακοσίων] Error est in numero: debet enim esse ΔΙΑΚΟΣΙΩΝ, aut ejusdem census erit hæc civium classis cum priori. & sic legi in quibusdam notat Steph.

P. 193. Κυριεύοντας] Omn. Bodl. & Fl. & Al. κυριεύσοντας, unde recte A. κυρίους ὄντας.

Ib. Ἐξίσωσιν] Lectionem alteram ἀξίωσιν præfert Steph. quod ad κυρίους ὄντας pertineat: ego vero ἐξίσωσιν verissimum puto, quod ad omnia illa præcedentia referat, in quibus æqualem illam potestatis distributionem a Solone factam inter omnes omnium ordinum cives Noster descripserat. idem censet Dacerius.

Ib. Ἐπαρκεῖ] Forte melius, ἐπαρκεῖν.

Ib. Λαβεῖν δίκην] Salmasius ad Inscript. Attic. & Her. corrigit, λαχεῖν δίκην, sic p. 379. δίκην προσέλαχε.

Ib. Βλαβέντος] Legitur βιασθέντος ἢ βλαβέντος. *H. Steph.*

P. 194. Τὸν νόμον] Aut τὸν dele vel lege τῶν νόμων. *Id.* Sic omn. Bodl.

Ib. Ἐπεσκόπει] Probo ἐπισκόπει cum A. & Fl. imperandi modo, *dispicias.*

P. 195. Δυσχερῶν] Similis locus in Erotico, p. 1369. ἐκ τῶν ἑκάστοτε συλλεγομένων χρημάτων ἐν τῇ τοιαύτῃ φιλοφροσύνῃ: ubi fœliciter reponit Gatakerus δυσχερασμάτων, sed omisit notare ἘΝ etiam delendum esse.

Ib. Νομίσματος] In quibusdam scriptum est τιμήματος. *H. Steph.*

P. 196. Μετοικίσει] Malim μετοικίσειε, eodem modo, quo supra, φαίη τις ἄν.

Ib. 197. Θρηνεῖν πεποιημένα] Addit V. glossæ loco, ἤτοι ἔμμετρα διὰ στίχων. Sic in Marcello, p. 250. exercitus sequebatur ᾄδων ΠΕΠΟΙΗΜΕΝΑ μέλη. Plinius in Panegyr. vocat *meditatum carmen.* imperite igitur Lapus vertit, *quæ luctum provocare solent.*

P. 198. Πονοῦντα ταπεινοῦσθαι] In omnibus est πονεῖν, rectissime: male nempe distrahebatur illud τα a sequente voce, quæ a Nostri manu fuisse puto, ΤΕΤΑΠΕΙΝΩΣΘΑΙ. Vide not. p. 225.

P. 199. Τελέοντας] Corrigit Gul. Canterus γελέοντας, quod Γελέων erat unus ex Ionis filiis: verum Noster hæc tribuum nomina non ab Ionis filiis, sed a variis vitæ rationibus deducta fuisse refert. ergo retinendum τελέοντας censet Dacerius, ab antiquo verbo τελέω, *dare, tribuere.*

P. 200. Ὅσον ἐμβάλοι] Forte ὅσον ἊΝ ἐμβάλοι.

P. 201. Συκοφάντην] Recte A. συκοφαντεῖν. idem habet περὶ πολυπρ. p. 928.

Ib. Τετραπήχει] Scriptum est in quodam τριπήχει. *H. Steph.*

Ib. Κατεγράφησαν] Scholiastes in Aristoph. Nubes, v. 447. locum hunc citans legit ἐνκατεγράφησαν.

Ib. Ἐν πλαισίοις] Ita legit Salmasius, de modo Usur. p. 103. ἐν πλαισίοις κνώδαξι vel πτερύγι στρεφομένοις: quem vide.

Ib. Πρὸς τὸ] Hinc idem Scholiastes emendandus est (quod Kusterus non animad-

advertit) apud quem jam extat hoc modo: εἴρηκέ τι περὶ τοῦ Σόλωνος. καὶ Δεάκοντος, tanquam non esset senarii particula: tum certe πρὸς, ut habet Noster, quantivis est pretii, quo notatur comici juramenti formula. Male etiam apud eundem est κάσχρυς pro κάχρυς.

P. 202. Τὴν δ' ἀπ' εἰκάδος] Hic invicem opem fert Nostro Scholiastes ad Nubes, v. 1191. ubi rectius habet τὰς δ', & postea, σελήνης ἰώρα, omisso τῆς.

